LIBRI SYMBOLICI

ECCLESIAE ORIENTALIS.

NUNC PRIMUM IN UNUM CORPUS

COLLEGIT

ERN. JUL. KIMMEL.

JENAE
APUD CAROLUM HOCHHAUSEN.
MDCCCXLIII.

Greek church.

LIBRI SYMBOLICI

ECCLESIAE ORIENTALIS.

NUNC PRIMUM IN UNUM CORPUS COLLEGIT, VARIANTES LECTIONES AD FIDEM OPTIMORUM EXEMPLORUM ADNOTAVIT, PROLEGOMENA ADDIDIT, INDICE RERUM PRAECIPUARUM

INSTRUXIT

Ernst Julius

ERNESTUS JULIUS KIMMEL,

RUTHENUS,

THEOL. LICENTIATUS EAMQUE IN ACADEMIA JENENSI PRIVAT. DOC. SOCIETATIS LATINAE JENENSIS SOCIUS ORDINARIUS.

JENAE

APUD CAROLUM HOCHHAUSENIUM.

MDCCCXLIII.

ATHENIS APUD A. NAST. MOSCOVIAE APUD DEUBNER. PETROPOLI APUD KURTH ET SOC. RIGAE APUD DEUBNER ET KYMMEL.

VIRO

CLEMENTI ET EXCELLENTISSIMO

NOBILISSIMO ET GENEROSISSIMO

COMITI

NICOLAO ALEXANDROVICIO

PROTASOVIO

SUMMO SACRAE SYNODI PROCURATORI GENERALI CAESAREAE OMNIUM RUSSORUM MAIESTATIS OPTIONI SUPREMO EXCUBIARUM PRAEFECTO SCHOLIS ADMINISTRANDIS SUMMORUM PRAEFECTORUM SOCIO NEC NON E CONSILIO PIETATI IUVANDAE CONSTITUTO COMPLURIUM SUMMORUM ORDINUM EQUITI

HUNC LIBRUM DEDICAT ET INSCRIBIT

ERN. JUL. KIMMEL.

Bona venia orandum mihi esse et obsecrandum, valde sentio, Vir Excellentissime, qui Tui Nominis Clarissimi inscriptione hanc librorum Orientalis ecclesiae symbolicorum editionem tum cunctis, quorum aliorum populorum fidem ac doctrinam cognosse interest, tum Tuae imprimis genti commendatam esse voluerim. Quae vero gravior commendatio huic libro contingere potest, quam ejus, qui ingentis imperii sacris praepositus est, praeclara eruditione atque doctrina aeque ac mentis liberalitate ornatus? Tu igitur accipias, rogo, hunc librum non donum, quod Tuo splendore minime esset dignum, sed testimonium haud contemnendum, quantopere Vestrae ecclesiae, auspiciis Imperatoris Tui Invictissimi atque Sapientissimi ad novam laudem efflorescentis, res nobis etiam curae sint. Quod si ita de hoc munusculo ut judices possis de Te impetrare — id quod mihi licet de Tua Bonitate ac Pietate sperare —; et liber asperiorem facile effugiet censuram et meum con-

silium, quod nullo partium studio imbutus peregi, justissimam habebit excusationem. Faxit Deus, ut Vestra Ecclesia, fundamentis innisa his, quae hoc volumine continentur, in diem majora faciat incrementa, atque gentes, ad unum ingens imperium pertinentes, innumerae, illae imprimis, quae olim exterorum fraude avulsae fuerunt, uni ecclesiae se obstrictas esse sentiant. Quod futurum esse, ut Tu hanc Vestrorum librorum editionem, Tibi dicatam, pro fausto omine habeas interque optima auspicia referas, hoc iterum ac saepius a Tua Clementia rogatum esse velim.

Scripsi Jenae, ipso Joannis Baptistae die MDCCCXLIII.

E r r a t a.

Pag. 5. lin. 12. lege pro *potestatum anima* potestatum: anima.
— 34. — 27. leg. pro integram: integr*um*.
— 110. — 30. leg. pro πεποικιλμ.: πεποικιλμ.
— 121. — 4. not. leg. pro ac: *ab*.
— 135. inscr. leg. pro XLV.: LXV.
— 190. lin. 1. leg. pro suam absolutio: suam, *quando* absolutio.
— 232. not. 1. leg. pro Normi: Norm.
— 325. not. 1. leg. pro sonfutatio: *c*onfutatio.
— 345. lin. 32. leg. pro specios um: speciosum.
— 376. lin. ult. leg. pro atogr.: *au*togr.
— 400. — 20. leg. pro Λαυκ.: Λουκ.
— 409. — 37. leg. pro *alias*: alios.

Prolegomena.

§. 1.

Non quidem ignoro, in Graeca ecclesia libros symbolicos fuisse nullos, si eorum naturam ac rationem ita circumscribimus ac definimus, quemadmodum ex nostrae potissimum ecclesiae consuetudine soliti sumus. Haec enim illis, quas publice proposuit, confessionibus auctoritatem *normativam* i. e. animos legentium religione obstringentem attribuit, qualem nulla fere ecclesia suis libris, quibus de fide agitur, indulsit. Obtinuit vero, opinor, non ab omni parte falsus usus, ut symbolici ecclesiarum libri et haberentur et nuncuparentur, qui, urgente necessitate vel opportunitate data, eo consilio essent editi, ut suarum ecclesiarum pro fidei essent *testimoniis*. Recte igitur facimus, quum in perscrutanda cujusvis ecclesiae fide tamquam fontes sanctos illos adimus libros, qui non sectae alicujus aut factionis nec viri cujusdam quantumvis eruditione et doctrina insignis, sed universam totius ecclesiae persuasionem exponunt, nullo ad id respectu habito, num iidem tamquam leges cunctorum animis voluerint imponi.

Quae, ubi de Graeca agitur ecclesia, nos docent viam, qua ingredientibus nobis facile de ejus natura, fide ac ritibus constabit. Quando de his rebus quaeritur; quos alios libros licebit intueri, nisi quibus totius ecclesiae fides con-

tinetur? Praetermissis igitur operibus virorum quamvis doctissimorum, qui dogmata exponere, suisque sententiis illustrare studuerunt, veluti *Joannis Damasceni*, ad confessiones potissimum mentem advertunt, qui Graecae ecclesiae naturam perspicere librisque singularibus tradere volunt. Jam vero, quum nullus exstet liber symbolicus, ab omnibus Graecorum sacerdotibus ita subscriptus, ut ab ejus doctrina se nullo modo recessuros unquam esse, quasi jurejurando se obstrinxissent cuncti, in his ipsis *confessionibus* acquiescendum est, quas vel publicas vel privatas esse scimus, quarum quae ad primum genus pertinent vel pertinere volunt, hoc quidem volumine colligere placuit, ne Graeca ecclesia honore, quo aliae jam dudum fruuntur, indigna videatur esse.

§. 2.

Prima vero occasio, publice, quae sit fides ac circa res divinas persuasio, profitendi oblata est Graecae ecclesiae, quum, Constantinopoli anno saeculi XV. quinquagesimo tertio a Muhammede altero vi expugnata, de Graecorum Christianorum juribus quaesitum esset. Narrat hujus rei locupletissimus testis in *Martini Crusii Hist. Eccles. Turcograec.* II. p. 108 sq., Muhammedem, ceterum saevum tyrannem, Gennadio tunc temporis Patriarchae mirifice favisse, eique non solum dona [1]), ab Imperatoribus Patriarchis electis dari consueta, concessisse, sed etiam domicilium ei donavisse celeberrimum apostolorum templum; denique, homine non procul occiso, verenti Patriarchae, ne ipse criminis inculparetur, permisisse, ut sibi monasterium Deiparae Pammacaristae domicilium eligeret. Addit, ipsum Muhammedem visendi et colloquendi caussa in hoc templum intravisse, cui de fide

1) Erant preciosus pileus cum velamento sub pileo, pallium undulatum, albus equus, quo adscenso Patriarchus urbem perequitabat, fausta ei precatus. Cfr. *Heineccius* Abbildung der alten und neuen griech. Kirche. Leipzig 1711. III. p. 60.

Christiana quaerenti Patriarcham liberaliter respondisse. Et hoc ipsum colloquium pro *confessione* est, quam *ecclesiae nomine* Patriarcha exhibuit. Quae quidem fidei expositio eo doctior sane esse debebat, quo magis ipse Gennadius prae ceteris quum Graecis tum Patriarchis doctrina et eruditione elucebat, quapropter σοφωτάτου cognomen ei inditum est [1]. Aetate eum illo tempore jam fuisse provectiorem, inde conjicio, quod non solum quinque annos munere suo functus diutius ecclesiam gubernare noluerit [2], quasi novis perturbationibus compescendis impar, sed etiam, quia jam anno MCCCCXXXIX. concilio Florentino interfuit, cujus etiam historiam descripsisse fertur [3]. Videtur autem Georgius Scholarius, quamvis doctrinae laude abundaret, tacitus turbulentarum illarum concionum testis fuisse, et auctoritate magis et privato consilio quam ore et oratione valuisse. Quippe sacris non inauguratum synodo ipsi non admissum fuisse, tradunt auctores. Tres alii Graeci suae ecclesiae patrocinium publice susceperant: *Bessarion*, doctrina ac prudentia praestantissimus, idemque disertus, Nicaeae, *Mar-*

1) Quod de sua ipsius eruditione dicit in libro pro concil. Florent. conscripto cap. II. sect. 7., se non in philosophorum et rhetorum literis versatum esse, sed naturam ipsam sibi pro doctore comparavisse, id aut modestius dictum est, aut testimonio, Georgium, quippe ad jus dicendum sese paraturum juvenem, in philosophorum et rhetorum scholis non versatum esse. Privatis igitur studiis postea videtur philosophiae cognitionem sibi paravisse.

2) Turcograec. p. 120.

3) Hujus libri MS. in Biblioth. Caesarea Vindobon. asservari docet *Lambecius* comment. de Bibl. Vindob. VIII. p. 509. Harum rerum mentionem fecit in libro pro *Concil. Flor.* conscripto (Biblioth. Patr. Maxim. Vol. XXVI. p. 605) cap. V. sect. 16., si verus ipsius liber est nec suppositius. Utitur his verbis: Nos vero beatissimum Eugenium IV. Rom. Eccles. Pontificem (vidimus) quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, triremibus missis et sumtibus, ut hoc magnum vulnus sanaretur, celebrataque est synodus ingens atque admirabilis Ferrariae et Florentiae, insignibus Italiae urbibus, magna doctorum et sapientium virorum frequentia et theologiae scientia atque virtute illustrium.

cus Ephesi, *Dionysius* Sardium Archiepiscopus, qui omnes hoc consilio gravi muneri initiati tunc-temporis sunt, teste *Sgyropulo*, qui ipse synodo interfuit, *ἵν' ὡς πρόκριτοι παρῶσιν ἐν τῇ συνόδῳ* [1]). Hi igitur Georgium adjutorem tam gravem habebant, ut nonnulli, qui de rebus Florentiae actis commemorarent, dignum eum haberent, quem inter eos fuisse traderent, qui post multas disceptationes Latinis assentirent. Post vero revocasse eum, auctor est *Laonicus* [2]). Scimus enim, quum Joannis Palaeologi Imperatoris de civitatis ruina verentis opera et Bessarionis, quem Latini ceperant, eloquentia id esset effectum, ut Graecos inter et Latinos foedus initum nominumque subscriptionibus confirmatum esset, novas Constantinopoli ob nimiam Imperatoris et legatorum in Romanos indulgentiam exarsisse contentiones, ita ut fieret *ἕνωσις διαίρεσις* [3]).

Quae vero mentis mutatio, qua factum esset, ut Scholarius modo Florentini concilii decretis assentiret, modo ea rejiceret, denique ea celebri illo libro *pro* concilio conscripto rursus defenderet, ut aperte fatear, me male habet. Qualem enim arbitremur virum fuisse, non illiteratum nec imprudentem, sed contra eruditionis et consilii plenum, qui brevi tempore ter sententiam mutavit? Profecto tam imbecillum, mobilem ac stolidum celebratum illum et doctum hominem fuisse, ut credam, non possum de me impetrare. Refragatur non solum ejus natura, quali fuisse eum opinamur, deinde liber ille pro quinque Florentiae a Graecis concessis locis; sed etiam perpetua, quam cum Bessarione, La-

---

1) Prodiit ejus *historia concilii Florentini* cum vers. Latina, notisque ac prolixa praefatione studio Roberti Creyghtonii, Hagae Comitis, anno saeculi decimi et septimi LX., forma maxima. Refert de illis consilii principibus sect. III. c. 15. p. 19.

2) Histor. Libr. VI.: *Μάρκῳ τε τῷ Ἐφέσου ἀρχιερεῖ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τιθεμένῳ τῷ τῶν Λατίνων δόγματι τὸ παράπαν καὶ Σχολαρίῳ τῷ τότε παρ' Ἕλλησι τὰ ἐς σοφίαν εὐδοκιμοῦντι.*

3) Histor. Politic. Turco-Gr. I. p. 4.

tinorum partes prorsus amplexato, habuit, amicitia [1]). Dedit enim Bessarion ad Graecos de Petri primatu epistolam, in qua multa fere iisdem verbis leguntur, quam quae sunt in Gennadii libro supra laudato, cujus quinto capite de Papae auctoritate quaeritur; porro locis a Leone Allatii operi de *ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione* composito [2]) ex aliis Gennadii libris intermissis nihil inest, quod istam mentis inconstantiam significet [3]). Adversantur et aliorum auctorum testimonia. Certe Joannes Plusiadenus in dialogo, cujus Leo Allatius mentionem fecit l. l. p. 907. haec habet dicentes: *Εὐλαβής: καὶ τίς ἔμεινεν ἐν τῇ τῶν Γραικῶν πίστει, ᾧ σὺ τὴν εὐλάβειαν ἀποδίδως; Ῥαικενδύτης*

1) Cfr. Biblioth. Maxim. Patr. Lugduni 1677. Volum. XXVI. p. 555., ubi brevis vitae Gennadii adumbratio.

2) Prodiit hic liber famosus Colon. Agrippinae 1648.

3) Ita p. 389. in orat. *de Pace* in concil. Florentino habita illorum se criminationibus opponit, qui patrum scripta a Romanis adulterata esse dicerent: *τὸ δὲ Λατίνους βουληθῆναι διαφθεῖραι τὴν πίστιν καὶ τὴν τῶν διδασκάλων ἁπάντων νοθεῦσαι θεολογίαν, τίς οὕτως ἁπλοῦς ἐστιν, ὥστε πιστεῦσαι; Ἢ τίς τοῦτο κατὰ Λατίνων εἰπὼν οὐχὶ καὶ γέλωτα προσοφλήσει; Οὐδεμία γὰρ ταυτησὶ τῆς κατηγορίας πλείοσί τε καὶ μείζοσι καὶ ἀληθεστέροις ἂν ἐλέγχοιτο λόγοις.* Quocum id congruit, quod in *expositione pro Florentino concilio* legimus c. I. sect. 1. in Bibl. supra allegata p. 562. de Marco Ephesio acerrimo Latinorum impugnatore, sed conventuum frequentiam ignave devitante: Sin autem in tempore ad disputationes accedebat, ac (lege *at*) sanctorum auctoritates non approbabat, corruptos et adulterinos vetustos, sacros et divinos doctorum codices dicens. Item in alter. cap. sect. 2., de sancto sacrificio agens: Praeterea divinorum et sanctorum patrum traditiones firmiter amplectimur et integre tenemus simul et capessimus, eorumque pia dogmata et scripta praedicamus, nec libros eos corrumpimus — neque eorum dicta depravamus. Neque facile Gennadius in ead. orat. *de Pace* illam synodum pro oecumenica habere potuisset (Leo Allat. l. l. p. 919.), neque una cum Bessarione Marci Ephesii *κεφάλαια συλλογιστικὰ πρὸς Λατίνους περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος* potuisset redarguere (Leo Allat. l. l. p. 935), cui responso opposuit idem ille Ephesius *Epistolam ad Georgium Scholarium contra ritus et sacrificia Romanae ecclesiae.*

apud eum valuerit. Quod enim vix fieri posse videbatur, ut, Turcis, gente horrida ac fera, urbem tenentibus, Graeci possent intra eadem moenia tranquille degere; id Patriarchae ope et liberali fidei Christ. expositione effectum est. Habemus vero hujus *fidei confessionis* duplicem editionem: unam, dialogica forma conscriptam, alteram continua oratione, quae est primae illius retractatio. Inducitur in illa Muhammedes de articulis christianae fidei, quos sane fama atque auditione potuerat accipere, interrogans, Gennadius ei respondens. Hanc primo Patriarcha videtur literis consignavisse. Post vero, quum imperator eam professionem literis mandari sibique tradi vellet, retractavit, elimavit et absolutiorem reddendo hanc alteram evulgasse videtur. Utraque vero hoc habet commune, quod *veterem* tractat *theologiam* i. e. duo illa dogmata, in quorum perscrutatione veteres praecipue versati sunt, *de deo ejusque natura* et *de Christo ejusque sublimiore natura.* Cetera quidem dogmata quod omiserit auctor, multum absum quin vituperem. Quis enim est, qui nesciat, in illis duobus tunc temporis Christianorum proprietatem conspicuam habitam fuisse? Nullo igitur pacto Patriarchae opus fuit, cetera dogmata, veluti ea, de quibus Graeci a Romanis dissenserunt, attingere. Satis fuit, illa duo ita absolvere, ut Turcarum principi etsi non plena assensio, certe lenius judicium mediocrisque reverentia exprimeretur. Id quod talem habuit eventum, ut saepius Gennadius ad imperatorem vocatus esse, utque ipse Muhammedes de sua religione addubitavisse diceretur. Ex quo id certe efficitur, eum liberaliorem ac mitiorem rebusque divinis et audiendis et percipiendis aptiorem fuisse, quam vulgo creditur.

Spirant vero illae confessiones, et a liberalitate et a doctrina merito laudatissimae, Platonicam de dogmatis illis palmariis sentiendi rationem. Viguit enim adhuc illo tempore Platonis studium, cui optimi quique sese dederunt. Sed exstiterunt jam Aristotelis amici, qui cum Platonicis concertare, eorum magistro palmam eripere eamque Aristo-

teli deferre omni ope niterentur. Ex his fuit imprimis Georgius Trapezuntius, Romae demortuus anno saeculi XV. octogesimo sexto. Scripsit is librum plenum, ut tradunt auctores, contumeliarum, quibus Platonis auctoritatem infringere studuit, cujus patrocinium Bessarion, a Papa jam inter purpuratos patres relatus, ita suscepit, ut, plaudentibus ei plurimis doctis hominibus, Trapezuntius temeritatis suae poenas daret [1]). Bessarion autem, quamquam pro Platonis gloria certamen subiit, tamen non inter acerrimos hujus propugnatores stetit. Ut in ecclesiarum discordiis mitem se praebuit, neutri plane repugnantem, sed neutri prorsus servientem; sic etiam in scholarum philosophicarum contentionibus ita versabat naturam, ut Platonis quidem fautor, non vero Aristotelis contemtor aut implacabilis hostis numerandus videretur esse. Neque hoc in genere Gennadius ejus dissimilis fuit. Platonicam palam sectatus est scholam, non vero Platonica, quae minus viderentur Christiana esse, temere amplexabatur. Constat, eum contra *Plethonem*, Byzantinum, medio saeculo XV. in Peloponneso denatum, acriter pugnasse, quia Platonis quidem placita docte et subtiliter docebat, sed destructo ipso christianae doctrinae fundamento, quod in dei unitate innititur. Hanc ille simultatem contraxerat sibi ob libros *de Platonicae atque Aristotelicae philosophiae differentia* et *de legibus* conscriptos, qui praeter Gennadium etiam Georgium Trapezuntium et Manuelem Peloponnesium [2]), magnae ecclesiae rhetorem, nacti sunt acerbissimos adversarios.

Sed ut ad Gennadii confessiones redeam, haec fere

---

1) Cfr. *Leo Allatius* diatribe de Georgiis p. 378.

2) Manuelem praeterea offendisse fertur alius liber Plethonis *περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀπόδειξις, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* etc., in quo argumenta maxime ex Platonica gentilium philosophia petierat. Quo ita exarsit Manuelis ira, ut eum infensi christianae virtuti animi insimularet. Cfr. *Leo Allatius de perpet.* etc. p. 935.

sunt, quae ad Platonicae familiae consuetudinem ac formam cogitata videntur esse. *Deum non esse interpretabilem* ut est p. 1.; summum Platonicorum dogma est: Plat. Tim. 303. Bip. edit.; Orig. contr. Cels. VII. 48.; Greg. Naz. orat. XXVIII. Per viam eminentiae, ut ajunt, de dei virtutibus posse conjecturam fieri, quod Gennadius altera confess. p. 12. docuit; hoc idem, duce Dionys. Areop. de div. nom. 7., Platonici imprimis persecuti sunt. Θεοῦ nomen repetendum esse a θέειν (p. 1.); ex veteribus illius philosophiae sectatoribus tradidit Theophilus ad Autol. I. p. 70 et 71. Homines interdum et quidem per participationem i. e. ob vitam puram, qua divinae naturae participes facti sint, Deos nuncupatos esse p. 1 et 2., non minus est sententia, a Platonicis saepe memorata: Athanas. de Defin. Tom. II. p. 44. Clem. Alex. Strom. VIII. 2. 25. Mundum a Deo ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι esse creatum p. 11.; consueta quidem formula fuit, sed eadem a Platonicis culta et frequentata, ut Aristotelicorum de aeternitate materiae somnia restinguerentur. Deum non σῶμα ἔχειν sed ζῆν νοερῶς (ibid. art. 1.); cum gravitate monet vel Aristotelicorum gratia, vel quod a Platonicis ita didicerat, qui idem proponere solerent: Orig. Eclog. in Genesin p. 25. Neque a Platonicorum axiomatis remota sunt, quae dicit p. 14. διὰ τοῦ λόγου τῆς σοφίας καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ mundum condidisse deum; similia sunt, quae Irenaeus tradit (II. 30.): *omnia fecit deus per se ipsum — per verbum et sapientiam.* Quod porro aliquoties non tam exposuit Gennadius, quam significavit, Deum et mundum condidisse et gubernare solo suo in homines amore ductum, id ipsum a veteribus Platonicis saepe disputatum esse scimus. Gravibus verbis p. 11. esse quidem *in mundo* monuit deum, sed *supra mundum*, ut, quod Platonici similibus formulis usi dicere consueverunt, deum extra ipsum mundum, cum eo non necessario natura cohaerentem monstraret. Adjecit admodum apposite, eum ἐν οὐδενὶ τόπῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ esse; quam utriusque placiti conjunctionem item veteres, qui ex

Platonicorum schola prodierunt, theologi amarunt; veluti Clem. Alex. Strom. II. c. 2. *οὐ γὰρ ἐν γνόφῳ ἢ τόπῳ ὁ θεός· ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου καὶ τῆς τῶν γεγονότων ἰδιότητος.* Magnum porro momentum tribuit divinae providentiae eamque amplioribus verbis describit p. 14., plane ex mente illorum, qui Aristotelicorum placito, *sub luna nullam esse providentiam* vellent occurrere: Tatian. II. Chalcidius 345. Theodor. II. orat. Hanc simplicitatem antiquitate venerabilem, philosophicis coloribus distinctam repraesentavit etiam in Trinitatis expositione. Ut Iren. IV. 20. *adest semper*, inquit, *verbum et sapientia, filius et Sp. S.*: eodem modo Gennadius p. 13. jam ante conditum mundum affirmat fuisse *Λόγον καὶ Πνεῦμα ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ φυσικὰς, ἐπεὶ ὁ Θεὸς νοῦς ἐστὶν*, cui id affine est, quod veteres de *λόγῳ* certe dixerunt, eum ante mundi creationem deo infuisse, id quod apud Athenag. exstat legat. pro Christianis X: *ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ θεὸς, νοῦς ἀΐδιος ὢν, εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον, ἀϊδίως λογικὸς ὤν.* Magnam porro antiquitatem sapit, quod dei naturam ob ejus trinitatem non quidem verbis definiri ac circumscribi posse censet p. 2. — idem enim sensit ex Origenis schola progressus Didymus de trinit. I. 9. 15.; II. 1. —; nihilominus vero illud ipsum mysterium imaginibus et similitudinibus illustrare, quantum possit, studet. Nec in harum delectu a veteribus dissidet. *Solis* certe imaginem (p. 2.) invenimus apud Athenagor. legat. X., qui, qualis sit spiritus, lectoribus voluit ita clarius reddere. Platonicis formulis, quibuscum locus 1 Joann. IV. 16. commiscebatur, innititur illa mysticorum magis quam scholasticorum propria trinitatis explicatio, qua tres personae esse dicebantur *deus*, *sapientia* [1]), *amor*. Hanc mysterii absconditi expositionem legimus in Gennadii conf. II. p. 13. Ipsam vero duarum in Christo naturarum earumque distinctarum et *καθ' ὑπόστασιν* tantum et *προσωπικῶς* unitarum, non igitur commixtarum et confusarum rationem illustrat

---

1) Eadem filii appellatio ejusque naturae explicatio est in libro pro Concil. Flor. cap. I. sect. 1.

exemplo antiquitus jam adhibito, quod de hominis ex anima et corpore compositi natura sumsit p. 17. Idem non solum est in Augustini plurimis locis; sed etiam apud alios, qui philosophorum Platonicorum doctrinam et dicendi rationem ad res christianas enarrandas accommodarunt. Cfr. Cyrilli altera ad Succ. epist. Opp. V. 2. 143. Huic affine est illud, quod, qui huic similitudini aliquid momenti ac ponderis inesse arbitrarentur, usi sunt formula, qua, quo pacto humana natura juxta divinam esse potuisset, explicare sese posse opinarentur, hac nimirum, quae ibidem apud Gennadium est art. 7., τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐν αὐτῷ τῷ προσληφθῆναι συστῆναι, quod idem plane est, quod ex veteribus Alexandrina philosophia imbutis dixit Hippolyt. contr. Noet. 15. ἐν λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχει ἡ σάρξ [1]), et quod Bellarminus, multis interjectis saeculis contendit, de Christo III. 17.: Verbum sustentat humanitatem. Humana natura eo ipso, quod a divina assumta est, *substitit*, *subsistendi facultas humanitati a divina altera personae parte indita est.* Ne vero Christi divinitas humanae naturae adstricta arctiore, quam par erat, loco circumscribi videretur, vindicavit ei p. 18. Dei virtutem, qua veteres, veluti Theoph. ad Autol. II. 3. Orig. de princ. II, 13. Deum mundo longe superiorem, ei minime quasi implicatum esse, conarentur monstrare; dico id, quod apud Origenem passim est τὸ ἄπειρον, ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον. Dixit Gennadius prorsus ex mente illorum philosophorum art. VIII.: ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ἄπειρος, ὥσπερ καὶ Θεός ἐστιν ἄπειρος, contendens, hunc λόγον et in Christo (homine) esse, et in mundo et in coelo et in Deo patre [2]); quippe qui ex

---

1) Disputavi de loco Hippolyti, quem inter Alexandrinae theologiae fuisse auctores comprobaturus eram in dissert. *de Hippolyti vita et scriptis* part. I. 1839. p. 35.

2) Praestat lectio ἐν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, quam in textum non admisisse ex Crusii edit., nunc poenitet. Habet etiam scripturam sacram patronam et auxiliatricem. Nec facile hoc loco Deus a patre potest secerni nec dici Λόγος et in Deo esse et in patre. Cfr. Confess. prima p 8.

eorumdem illorum sententia nunquam esse possit ἄλογος. Dicere autem ausus est, Λόγον in Deo ipso esse et tamen per se subsistentem. Priscam enim sententiam ante jam p. 17. professus fuit: quodcunque sit in Deo et ex Deo, id sua natura (Crusii rursus lectionem secutus sum) Deum ipsum esse, non ita divinae naturae quasi involutum, ut non suis viribus exsistat; in Deo enim nullum esse συμβεβηκός; unde Λόγον non solum natura sui compotem, sed etiam Deum esse. Dixi priscam hanc esse argumentationem et philosophiae speciem prae se ferre. Iisdem enim rationibus Greg. Naz. orat. XXXI. declarare conatus est, spiritum esse οὐσίαν, non συμβεβηκος, deinceps deum esse. — Viguit antiquitus de inspiratione etsi non accuratius definita haec certe opinio; non, ut videtur, apud omnes sed apud eruditiores ac liberaliores: fuisse non omnes sacros auctores eodem divino afflatu dignatos, alios potius aliis superiores vel largiore vel diutius durante revelationis beneficio. Hoc certe *Origenes* saepius fassus est; disertis verbis in homil. in Numer. XVI. 8.: aliqua quidem *dominus* locutus est, et non *prophetae*; alia vero *prophetae* et non *dominus*. Pari modo etiam Gennadius hanc sibi finxit sententiam, prophetarum, qua usi essent, inspirationem et exiliorem fuisse et interruptam. Hoc certe latere puto illis verbis, quae sunt p. 19.: Dei benevolentia magis adaucta est ex eo, quod ipse deus (ex Crusii edit. ipse Logus divinus et deus) cum omni sua virtute in Jesum pervenit, quam quod ἔπεμπεν εἰς τοὺς προφήτας αὐτοῦ μίαν χάριν ἢ δύο, καὶ εἰς ἄλλον μὲν προφήτην ἐλάττονα, εἰς ἄλλον δὲ μείζονα. Non igitur omnis prophetarum multitudo eadem inspiratione adjuta est, nedum illa, quae in Jesu fuit, postquam deus ipse ejusque Λόγος ei inhabitavit; sed modo majore modo minore, utique pro eorum dignitate. Nec eis infuit λόγος, sed χάρις, id quod etiam de cunctorum scriptorum natura dixit art. 15. — Λόγος vero cur cum homine Jesu copularetur oportuerit, bene exposuit Gennadius p. 14., nec hoc in loco a priscorum philosophantium theologorum alie-

natus. Totus enim terrarum orbis divinarum legum oblitus praeter Judaeos multorum deorum, qui non veri essent Dii (θεοὶ μὴ ὄντες p. 15), cultui addictus fuit. Voluit igitur Deus ἀνάπλασιν τῶν ἀνθρώπων fieri per Verbum et Spiritum, et ob hanc potissimum *novam creationem* — quae rursus ex Platonicorum sententia dicta est — divinitas suscepit humanam naturam. Sic quidem paravit deus ob solam suam misericordiam convertere homines et liberare ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν δαιμόνων. Quam totam opinionem ex Platonicorum scriptis mutuatus est. Hi enim deos alienarum gentium *Deorum* nomine indignos habuerunt, sed daemones vocabant, quorum fraude factum sit, ut unus deus negligeretur inque eum officia violarentur, ut deorum nomina inventa essent fabulaeque, quarum suavitate omnis veritas sublata esset, excogitatae atque in vulgus dissipatae [1]). Quod animarum post mortem statum attinet, ex priscae ecclesiae consuetudine illarum immortalitatem cum corporum resuscitatione arcte composuit, corpora sanctorum secundum Platonicas formulas ἄφθαρτα, φωτεινά, ἐλαφρὰ futura esse ratus p. 20. Quid interim usque ad illam corporum restitutionem agant ac sentiant animae, non satis liquet ex art. 12. Ni vero egregie fallor, praeparari eas putavit ad plenam beatitudinis perceptionem. Dixit enim, tales animas τελειοῦσθαι εἰς τὴν γνῶσιν, qua usque ad corpora reddita adauctae videbunt dei arcana, quae nunc quidem jam cognoscunt, sed tantum per fidem. Refellit igitur illorum sententiam, qui animarum vel justorum conditionem esse in sensus, virium et conscientiae carentia opinarentur; rectissime et cum veterum optimis et sagacissimis viris [2]) jam illo tempore, inter mortem et resuscitationem posito, esse remunerationis initium statuens [3]). — Addere denique pauca lubet de argumentis pro rei christia-

---

1) *Baumgarten-Crusius* Theol. bibl. p. 85. Hist. Dogm. II. p. 982. n. 2. 2) Justin. dial. c. Tryph. 80. 3) Eandem fere sententiam legimus multis argumentis stabilitam in libro pro Concil. Florent. c. IV.

nae veritate a Gennadio prolatis. Ac primo loco ponit *vaticinia* p. 21., quam item *Justinus* Apol. I. 30. μεγίστην καὶ ἀληθεστάτην ἀπόδειξιν esse censuit. Vaticinatos esse prophetas, quaecunque fecerint et Christus et apostoli, quem accuratum vaticiniorum in Christo eventum miratus jam fuit *Orig.* de princ. II. 2 sqq. in Joann. Tom. II. 28.; vera etiam oracula Graecorum συγχωρήσει Θεοῦ de Christo facta fuisse; id quod non multum abest a sententia late pervagata, antiquitatis doctissimis et summis hominibus infuisse σπέρμα quoddam divinum, quo ad verum indagandum et Christiana quaedam invenienda lati essent (μετὰ εὐφημίας τοῦ Ἰησοῦ apud Gennad. art. 14.). Astronomis etiam et Persarum [1]) et Graecorum ab eodem hanc tribui laudem, quod futura praeviderint, permittente scilicet deo, et quasi eminus Christum intuentes, non mirabitur, qui, quantopere astrologorum artem veteres ad futura praecognoscenda valere opinati sint, secum reputarit [2]). Alterum pro christiana veritate petiit argumentum ex scr. sacr. perfectissima consensione, et hanc ex ejus auctore, quae fuerit gratia divina (art. XV.). Quae cuilibet in veterum lectione versato id in memoriam revocant, quod est apud Iren. IV. 9 sqq. 15 sq. 32. (cll. Clem. Alex. Paedag. III 12.); hoc tantum discrimine inter utrumque intercedente, quod ille consensum ex inspiratione, hic inspirationem ex consensu repetiit. Tertio argumento ex eo desumto, quod multi et sapientissimi quidem homines ad hanc fidem accesserint, apte adnectit quartum, quod *morale* dixerim, perantiquum, ex Apologetis a *Justino* [3]) jam frequentatum: religione christiana contineri πάντα πνευματικά, nihil, quod hanc tantum vitam spectet, sed instillare hominibus amorem dei et futurae ejusque aeternae vitae; eripere eos hujus et calamitatibus et fortunis collocareque in subli-

1) Justin. Cohort. c. XI. Euseb. Praep. Evang. IX. 10.
2) *Baumgart. Crus.* Dogm. Hist. II. 869. not.
3) Dial. c. Tryph. c. 110. Apol. I. c. 15 sqq.

miore loco, unde terrena despiciant, coelestia quaerant. Qui affine est, quod deinceps sequitur art. XVIII., fideles Christi asseclas vere vitam egisse probam atque sinceram; ad quam et ii, qui primis ecclesiae saeculis ejus patrocinium susceperunt, provocabant [1]). Neque miraculorum obliviscitur per charismata, quae diu christianis data fuisse credebantur, patratorum, quippe non daemonum ope, quorum πλάνη penitus explosa est (art. XVI.), sed vi dei, qui inde suam rem sustentari voluit. Horum argumentorum seriem claudit ita, ut duo ultima *philosophicum* et *historicum* [2]) poneret (art. XIX et XX.): argumentorum, quae christianae doctrinae possint opponi, tantam esse imbecillitatem ac levitatem, ut facilia sint ad refutandum, ipsi autem hanc vim, ut per plura saecula, persecutionum et caedis plena, duraverit intacta eamque immaculatam atque incolumem dominus, ubi redierit, reperturus sit.

Haec paullo uberius disputata facile apud lectores veniam impetrabunt, quum exinde et confessionum gravitas et sententiarum pondus atque ubertas aeque conspicua sit, ac fidei, quam repraesentat, antiquitas, sensus ac mentis simplicitas. Quapropter si ea laus Graecae ecclesiae merito tribuenda est, quod tumultibus dogmaticis minus percussa sit, opinionum novitati et illecebris fere nunquam cesserit, quod denique antiquioris ecclesiae, cujus vestigiis fideliter institte-

1) *Neander* Historia eccles. I. p. 181.

2) Hoc etiam in libro pro Concil. Florent. composito c. V. sect. 18. exposuit auctor, his Chrysostomi verbis usus: Quot jam inde a principio adversus ecclesiam bellum gesserunt, quum erat planta recens, arma adversus eam sunt expedita? At nunc dei gratia et sancti spiritus robore et imperator est pius et milites, et omnis terra fide est repleta. At in origine ejus, in exordio reges impii, milites irreligiosi; ob jussa principum arae ardebant, undique fumus (in textu male: *sumus*) et nidor, aer inquinabatur, daemones bacchabantur, diabolus saltabat, pater filium abdicabat, filius patrem non colebat, natura scindebatur et religio; ubi igitur, qui ausi sunt adversus ecclesiam in acie stare?

rit, et dignitatem et venerabilem speciem prae se ferat; profecto haec cuncta cadunt in has, de quibus quaerimus, confessiones, eo laudabiliores, quod nullis admixtis incertis et dubiis ea tantum proponunt, quae omnibus Christianis non probata non esse debuerunt, Platonicis quasi luminibus ita distincta, ut facile lectorum capiant mentes et oblectent.

Unum continere me non possum quin commemorem, in quo eum video ab uno suae ecclesiae dogmate descivisse. Summam scimus omnium Graecos inter et Latinos disceptationum fuisse in *processione spiritus sancti*, de qua judicium quasi tessera fuit, qua potuit quilibet dignosci. Quid igitur dicamus, quum in conf. I. p. 3. verba legimus: *pater generat filium et a patre et filio procedit spiritus sanctus*; id quod etiam similitudine stabilit, qua illud assecutus sibi videbatur esse: Corpus solis producit radios, a sole et radiis procedit lumen? Et hoc idem est, in quo exponendo versatur primum caput libr. pro Concil. Florent. — His si refragari videntur, quae sunt p. 5.: *quemadmodum spiratio generatur ab anima, et spiritus sanct. procedit a patre*; non tam cogitandum est de quadam mentis varietate, quasi coram imperatore, harum rerum rudi atque experte, licuerit modo hoc modo illud proferre, prouti linguae volubilitas et rerum connexio postulaverit; sed tum de imaginis, qua usus est, ratione, tum de alio auxilio, quo illa discrepantia elevetur. Imaginem duxit ex anima, ut trinitatis unitatem monstraret. Anima producit et sermonem et spiritum, sic et unus deus, i. e. *unum dei principium* tum filium generat, tum spiritum, ut ajunt, spirat. Non itaque agit de deo, una in trinitate persona, sed de ipsius divini numinis substantia, quae animam humanam exaequans duorum est caussa, sermonis et spiritus. Quamquam igitur ipsius imaginis natura Gennadium prohibuit, quominus juxta patrem, spiritus auctorem, poneret et filium; tamen, non de processione spiritus sancti agens, sed de deo, universorum caussa, uno, duobus aliis in suam naturam ex se ascitis, non de sua sententia

abiisse putandus est. Ac si quis ex eo quaerere voluisset, quid ipse de his verbis, quibus secum pugnare videatur, sentiret; haud arbitror eum alia responsurum fuisse, quam quibus in libro pro concil. Florent. I. 4. in re simillima se expedivit. *Cyrillus M.* in Joann. XIV. his verbis quum usus esset: *ex divina essentia profluit*, *quod ex ea procedit;* quibus spiritus sancti processio ad solum patrem referri videtur; Gennadius non dubitavit his opponere illud, a Deo cum filio omnes sui proprias virtutes communicari, non *improprie sed naturaliter et essentialiter;* ergo etiam illam vim, qua spiritus s. ex ipso progrediatur. Quo quidem concesso illibata erit Gennadii fides, nec debebit ubivis locorum, necessitate urgente nulla, vel ne opportunitate quidem data, patris nomini addere filium, quum neuter sine altero sit [1]). — In alterius confessionis loco, ubi eamdem rem disquirit, clarius et distinctius, vel si mavis, cautius dixit; rectissime (p. 13.) et ecclesiae graecae, quae personarum semper unam πήγην et ἀρχὴν esse statuit, accommodate ἐκ τῆς φύσεως τοῦ θεοῦ exoriri verbum et spiritum arbitratus, quum in natura divina universa νοῦς, λόγος et πνεῦμα sint, ut in humana νοῦς, λόγος νοητὸς et θέλησις νοητὴ, quae tria in uno humanae animae principio innitantur. Jam vero ex iis, quae dixit ad naturarum duarum origines explanandas, facile sequitur, eum noluisse spiritus processionis filium penitus expertem esse. Deus quum se intueatur; se cogitat. Haec ipsa cogitatio — quum sit nihil inane ac vanum in deo — est dei filius seu sapientia. Per hanc vero se ipsum deus et intelligit et diligit; oritur igitur ex sua mente, se et cogitante et intelligente, dilectio, qui est spiritus sanctus. Ergo in spirando spiritu s. et ipsa dei natura

1) Id saepius de filio praedicat, eum scilicet nunquam a patre abesse, etsi in terra sit et inter homines versatus. Cfr. p. 3. 7. Quapropter dicit p. 8. *principium productivum esse patrem et etiam filium, productos autem esse filium et spiritum s.;* quod utrumque facile potest consociari.

interior et hujus sui ipsius conscientia, quasi exterior dei natura, suas habet partes i. e. et deus et filius. Hac sane ratione, quam sagacissime excogitatam esse cognoscimus, potuit Gennadius Graecum cum Latino dogmate ita consociare, ut utraeque factiones in ea acquiescerent. Monstrum enim hoc quasi carmine dimovit, quod Graeci veluti larvam semper extimuerant, dico sententiam, abominabilem ductam, in divino numine esse duo principia. Romanis vero satisfecit, quod ex uno principio divino posito produci censuit tria, quorum tertium ex primis duobus, quae vicissim in se valeant, esse atque oriri voluit.

Adnotavit *Possevinus* in apparatu sacro ad scriptores V. et N. Testam., qui liber clarissimi Jesuitae prodiit Venetiae et Colon. 1603 et 1708, memoratu dignum esse illud, quod Gennadius sacrae trinitatis personas dixerit *idiomata* seu *proprietates*. Quod quum Lugdunensis bibl. patr. maximae editores priori confessioni praefigerent, quasi ad hanc Possevini judicium spectaret; vehementer falsi sunt. In hac enim p. 2. 4. et saepius *personarum* in trinitate mentio fit. Spectat potius ad alteram confess., in cujus tertio articulo in deo praeter alias virtutes ad humanas propius accedentes esse ἄλλα τρία ἰδιώματα dicuntur, ex quibus ceterae illae tamquam ex suo fonte promanent, inque quibus ipsa dei vita consistat. Non vero Gennad. in hoc solo nomine acquievit, cujus vix excusationem nactus esset. Prudenter adjecit: haec tria idiomata nos vocamus τρεῖς ὑποστάσεις, et quae insuper apud Crusium leguntur ἤγουν τρία πρόσωπα, quae Possevinus in suo textu non invenisse videtur. Utcunque res se habet; hoc certissimum est, Gennadium, ut nos trinitatem, tria illa singula vocasse *proprietates* non *dei*, ut nos trinitatem dicimus, sed *in deo*, in quibus verbis omnis cardo vertitur. Infuerunt illa deo, tamquam ἐνέργειαι art. 4., ut supra dictum est, ita ut pro ejus expositione dici liceat: in deo est Νοῦς, Λόγος, Πνεῦμα, quod nullus graviter ferat. Non vero inania virtutum haec verba sunt; sed sua natura

in deo subsistunt tamquam naturae seu personae; sunt enim *hypostases* personae *substantiales*. Hoc igitur additamento, praeter quod illis apud Crusium lectis *ἤγουν τρία πρόσωπα* non egemus, amovit, quidquid offensioni esse possit. Evitavit fortasse de industria *personarum* appellationem, quamvis a Graecis potissimum frequentatam, non tam ne coram Muhammede, harum subtilitatum ignaro, de tribus diis loqui videretur, quam aut quia Muhammedes id in prima confessione falso intellexerat, aut quod ad sublimiorem trinitatis explicationem hoc nomen, quasi robustius et crassius, minus aptum visum est.

Ita Gennadio defensione vel certe excusatione data restat, ut de confessionum editionibus pauca apponam. Prior lucem adspexit *Viennae* 1530. per jurisconsultum Joannem Alexandr. Brassicanum, graece et latine, cujus etiam exordium *Crusius* in adnot. ad Turcograec. p. 191. mentionem injecit. Doleo, ab eodem Crusio non repetitum esse libellum. Ipse vidit et legit, nam praeter exordium alia etiam paullo post addit [1]). Non enim librum potui nancisci, quamquam repetitus esse dicitur *Zwickaviae* 1677. [2]) Latine tantum exstat in Lat. Bibl. Patr. Lugdun. XXVI. p. 556., interpretis nomine omisso. Hanc igitur interpretationem reddidi p. 1. Alterius confess. prima editio illa est, cujus exemplar *Emanuel Molaxas* Peloponnesius misit ad Crusium Tubingensem, in cujus Turcogr. libr. II. p. 109 sqq. legitur graece, latine et turcice. Turcica graecis et latinis literis consignata sunt. Sub finem adjectum etiam est Muhamme-

1) Ad verba alterius confess. *ζῇ νοερῶς*, quae sunt p. 11., notavit haec: In Brassicani libello: *Θεὸς λέγεται ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν τὰ πάντα, οἱονεὶ θεωρὸς καὶ θεὸς ἤγουν θεατὴς πάντων. Καὶ πάλιν θεὸς λέγεται ἀπὸ τοῦ θέειν καὶ διατρέχειν νοητῶς καὶ ἀχρόνως τὰ πάντα. Ὁ γὰρ θεὸς ἀεὶ καὶ πανταχοῦ πάρεστιν;* quae respondent Latinis, quae sunt p. 1. praeter id, quod haec pro consuetudine Bibl. paullo copiosiora sunt.

2) Cfr. *Baumgarten-Crusius* Compendium der Dogmengeschichte 1840. p. 244. not.

dis responsum, graece et latine redditum p. 110., quare nescio, quomodo Heineccius l. l. I. p. 232. dicere potuerit, hoc responsum nondum esse explicatum [1]). — Repetita est posterior haec confessio in *Davidis Chytraei oratione de statu ecclesiarum hoc tempore in Graecia* etc., *quibus conf. fidei a Gennadio Patriarcha Mahommeti II. exhibita* etc. *et alia accesserunt* Francof. 1583. p. 173. Non vero is cum lectoribus communicavit, unde acceperit exemplar; habuisse eum multa cum doctis Graecis vel aliis in terris commorantibus commercia, ex libello, cui non paucae eorum epistolae interjectae sunt, clare elucet. Fecerat etiam, ut ipse dicit p. 8., imperatoris Maximiliani auctoritate et vocatione ex Academ. Rostochiensi excitus multa ac magna itinera, ut de statu ecclesiarum Orientalium potissimum sciscitaretur. Latina denique illius interpretatio est in Biblioth. quam memoravimus p. 558. ex Crusii Turco-Graecia facta, sed ab hujus interpretatione paullum diversa. Meae editionis textus ex Chytraeo descriptus est, adnotatis accurate ex Crusio lectionibus et ex hoc atque ex Bibl. versione variantibus. Illas signo *Cr.*, has litera *B.* notavi.

§. 3.

Tanta fuit in sacrorum instauratione vis, ut quae a summis viris rectius praecepta et instituta essent, ad exteras etiam et vel ad remotissimas gentes pergerent ibique semina spargerent, quae apud alios populos felicissime effloruerunt, apud alios non exstincta sunt nisi vehementissimo catholicorum hominum studio et ardore pestifero. Graecia, sive ut

1) In errorem induxit Heineccium ordinis inversio. Aliis enim in articulis agmen ducunt Graeca cum Latinis, quae excipiunt Turcica. At postremo Turcica quaedam priora sunt, nempe haec: *Τέμετ ταρὰμ ὀλατί*, quae redduntur Graecis: *ἤγουν ἐπλήρωσεν*, latinis: *id est absolvit*. Turcica illa amice *Gust. Stickelius* Orientt. in hac acad. Professor mihi explicuit: His absolutus est tractatus, disputatio, expositio; quae cum illis Graecis paene conveniunt.

malunt, orientalis ecclesia otio hebescere et languescere coeperat, quum ex pluribus saeculis et cultus et doctrina apud Occidentales multa fecisset incrementa. Neque celeriter in tantam hominum orientalium barbariem et tyrannidem reformatae ecclesiae lux refulgere potuit, quum fere saeculum decursum fuerit, usquedum novae doctrinae ejusque evangelicae vestigia inter Graecos deprehenderentur. Fuit vero Cyrillus, cui cognomen Lucaris [1]) est, alacri animo vir, eruditione conspicuus, et sanctis plane atque incorruptis moribus, qui omni studio id elaboraret, ut suorum hominum torpentia ingenia excitaret, et quae apud Orientales, jugo Papae excusso, ipse didicerat, inter Graecos divulgare auderet. De cujus vita ac moribus pauca decerpere in animo est, ne ejus laudes a catholicis misere imminutae, a reformatis maxime theologis nimis concelebratae injuste lateant. Natus est Cyrillus in insulae Cretae urbe *Candaca* [2]), ut dixerunt Arabes, — *Candia* vulgo vocatur, unde tota insula nomen traxit, — anno nescio quo, auctores enim nullos novi, qui de hac re disputarunt [3]). Fuit vero illa insula tunc temporis Venetorum imperio subjecta, quapropter et ob scholarum Graecorum miserrimum statum, qui erectioris animi essent juvenes, in Italiam studiorum caussa sese conferrent. Sed insigni illis incolis beneficio cecidit, ut, quoniam Veneti Turcis mitiores et liberaliores fuerunt, post Constantinopolin expugnatam plurimi viri eruditi in Candiam, Patriarchae Constantinopolitani jurisdictionem, abiissent, qui juvenes literis imbuerent. Ita fuit Creta Graecarum literarum quasi sedes

1) Est patris nomen. Scribitur enim in *decreto synodi Const.* quod infra legitur, p. 398. 407. *Κύριλλος Λουκάρεως*, ad quam formam pertinet etiam dativus *Λουκάρει* vel *Λούκαρι*, qui p. 400 est.

2) Scribitur etiam *Chandace*, quam *Nic. Comnenus Papadopoli* hist. gymnas. Patav. Tom. II. 180., ubi de Georgio Trapezunt. agit, insulae caput fuisse dicit.

3) Quum vero plus septuaginta annos vixerit, ante annum 1568 in lucem editus sit oportet.

haud contemnenda [1]). Praeceptorem ibi habuisse fertur Meletium, quem Hottingerus dicit Cyrilli συμπολίτην, post Patriarchum Alexandrinum [2]). Pro more illius temporis, ut majores in literis et humanioribus, quae dicuntur, et theologicis faceret, se contulit in Italicas regiones, et, ut par fuit Cretensi, Venetias, ibique praeceptorem nactus est, qui libere contra Papae famosissimos satellites, Franciscanos et

---

1) Id elucet ex multis *Turco-Graeciae* locis, veluti p. 507. ex *Constantini Servii Cretensis* epistola, ubi inter alia haec: Turcarum scelere accidit, admodum paucos (doctos) tempestate nostra reperiri; quorum major pars, patria undique relicta, Cretam, unicum refugium se contulit. Enumerat deinceps haud paucos, inter quos *Maximum Margunium*, post episcopum Cytherorum, epistolae de processione Sp. S. auctorem (Bibl. patr. max. Tom. XXVI. p. 474. Exstat etiam in Ogdoade scriptorum Graecorum quae prodiit Londini 1624.), et *Meletium Alexandrinum*, omnibus, qui vitam illic agant, carissimum. Queritur hic et alias de scholis deficientibus: *Gymnasia fere nulla sunt, demtis literariis ludis.* Cfr. l. l. p. 485.

2) Append. Dissert. VIII. p. 552. ad Analecta historico-theol. 1652. Is idem videtur esse, quem in epistola paullo ante citata laudatum invenimus. Discernendus est ab alio Meletio, *Marco Syrigo*, qui in Creta natus est anno 1585, idem aequalis Cyrilli Lucaris, deinde Abbas claustri Cretensis electus, post Protosyngellus Constantinopolitanus, Galatae emortuus XVII. April. 1662. Utriusque Meletii opuscula edita sunt a Renandoto Par. 1709. Hic Syrigus nomen subscripsit synodis contra Cyrillum convocatis, primae his verbis usus: Μελέτιος Συρίγος ἱερομόναχος καὶ διδάσκαλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, alterius subscriptionem legimus infra p. 420. Tertius Meletius calculum adjecit Synodo Constantinopolitano 1643. apud Rhodum Metropolita. Sed est de Cyrilli magistro haec discrepantia. Literae ad Crusium datae dicunt Meletium *Alexandrinum*, tamquam in Creta hospitem, literas tradentem; Hottingerus eum facit *Cretensem* et post Alexandriae Patriarcham. Si rectum conjicio — Hottingerus enim nullos testes, quibus usus est, adjecit — fuit Meletius Alexandriae *natus*, in Creta *literas docuit*, ibique inter discipulos Cyrillum habuit, postremo in Patriarchae sedem Alexandriam *revocatus est.* Interim vero Πρωτοσυγγέλλου munus Alexandriae gessit, Turco-Graec. p. 234, ubi perdoctus, perhumanus, religionis studiosus dicitur. Ei Meletio Cretensi, Alexandriae Aegypti Protosyngello literas dedit Crusius anno 1582. Protosyngellus vero est primarius sigilli Patriarchalis custos, cujus munus magnum apud Orientales habitum est.

Jesuitas, libros multum lectos ediderat, Maximum Margunium, gente et eruditione Graecum, eumque etiam Cretensem, ut ex epistola, ex qua supra aliqua descripsimus, elucet. Ex eadem etiam constat, non ante annum 1583. hunc doctorem Venetias abiisse, permotum fortasse belli tumultibus, quod circa illa tempora Veneti cum Turcis habuerunt; neque Cyrillum ante eumdem annum Venetiis literis operam navasse. Invenio apud recentiores auctores, qui de hoc Cyrillo egerunt, eum *Patavium* quoque adiisse, id quod facile ob loci opportunitatem et famam et ingentem in Cyrillo scientiae ardorem credi potest, dummodo ne, ut Engelhardtius Hist. Eccl. III. 195. et alii Venetias omittamus, neve, ut Bohnstedt [1]) Margunium Patavii docuisse videamur dicere. Non vero solum audiendo et discendo, verum etiam aliorum instituta, mores et religiones coram videndo ingenium excolere decrevit. Italiam peragravit totam, vixit deinde, ut videtur, diutius apud Genevenses, inde in Belgiam profectus est. Quas praeterea provincias adierit, non satis liquet, nec ex aliorum auctorum narrationibus comperi. Hoc unum constat, ex his inter reformatos christianos itineribus ipsum illorum doctrinae et ecclesiae magnum concepisse amorem, adeo ut dogmata quoque et controversias in patriam redux magis magisque cognoscere cupierit [2]). Narrant auctores (Bohn-

---

1) Dissert. de Cyrillo Lucari ejusque pro re Graecorum emendanda certaminibus, (respond. Francke) Hal. Magdeb. 1724. p. 7.: *Venetias Pataviumque adiit — praeceptorem ibi nactus est Maximum Margunium* etc.

2) Cfr. epistola anno 1613. ad Joannem *Uytenbogaertem*, remonstrantium Hagae doctorem, qui vixit 1557—1664. et Belgica lingua de rebus ecclesiasticis librum composuit, data. Inest in libro, de quo infra aliqua dicam: *Lettres anecdotes de Cyrille Lucar, Amsterdam* 1718. p. 127. Non quidem hunc virum a Cyrillo ante cognitum fuisse, testis est epistola anni 1612, prima ad eundem data, qua amicitiae et epistolarum commercii initium fecit. Elucet his literis eximius animi candor, rei christianae amor prorsus insignis, liberalitas vehementer admiranda. Consentit cum doctore illo in eo, quod patrum auctoritas nulla habenda sit; sed laudat suam ecclesiam, quia *non novit, quae-*

stedt p. 9. Hottingerus p. 552.), eum per Walachiam domum revertentem cum Marco Fuxio, Transsylvano reformatae religionis homine, habuisse colloquium, qui eum, Sanctorum invocationi nimis confidentem, de illorum intercessionis vanitate firmis argumentis persuaserit. Addit Leo Allatius [1]) pro naturae suae varietate, Cyrillum hinc in Saxoniam perrexisse avitaque fide divendita quingentos aureos accepisse, quod capita in catholicos composita subscripserit. Ut taceam illud, Saxones nunquam tali usos esse fraude; impium est, de viro pio et severo hoc cogitare, qui non solum gravem animi constantiam etiam re adversa tenuerit, sed episcopum Alexandrinum hac potissimum de caussa felicem praedicaverit, quod nullas opes muneris et suscipiendi et obtinendi gratia Turcis distribuere debeat [2]). Neque testes adducere lubuit Allatio, in quorum fidem accuratius investigare possemus; sed Cyrilli obtrectandi gratia haec et alia in eum ementitus est. Hoc certissimum est, eum illi in Walachia commorationi aliud tempus assignare, quam Bohnstedtius et Hottingerus, quum Cyrillum a Patriarcha

---

nam sint illae pestiferae quaestiones, quae hoc tempore inficiunt aures; nova portenta monstraque sunt αἱ καινοτομίαι, metuendae magis quam amplectendae. Contentus est, pergit, *Oriens incompta fide Christi, quam ab apostolis majoribusque suis est edoctus, in illaque usque ad sanguinem perseverat, nunquam demit, nunquam addit, nunquam mutat, semper idem manet, semper integram τὴν ὀρθοδοξίαν tenet servatque; et si quis ulterius voluerit serio statum christianum in eccles. orientis observare, rem magni momenti miraculumque animadverteret. Nam ipsi Christiani, ex quo reducti* (annon *redacti?*) *sunt in servitutem, etsi ut a domesticis anguibus ab infidelibus persequantur; — ita tamen pro fide Xti pati non est iis grave.* Ipsum vero in hac Ὀρθοδοξίᾳ non satis acquievisse, ex iis, quae molitus est, apparet.

1) De perpet. eccles. occid. et orient. consens. p. 1073.

2) *Lettres anecdotes* p. 152.: Alexandrinus episcopus Turcis non solvit, nunquam cum Turcis rem aliquam gerit ecclesiasticam, nunquam illos vult consiliarios et socios. Cujus rei caussam in eo sitam esse putat, quod Alexandr. Patriarchae semper *animos subditorum unitos* conservarint.

Alex. illuc missum fuisse dicit. Hanc quidem legationem eum suscepisse annis 1612. et 1613., testes sunt epistolae supra citatae; in quibus ab hoc molesto itinere se, quam celerrime fieri possit, reverti velle significat, ut libros sibi transmissos non *cursim* sed *serio* legat [1]). Ad lares redux se ad Meletium Pegam, quo jam praeceptore eum usum fuisse conjeci, sese contulit [2]); cui jam ab juvenilia studia probatus ita sese commendavit, ut ab ipso inter sacerdotes receptus et paullo post Archimandritae honore auctus sit. Sed mox ad majora Patriarcha doctum et strenuum virum adhibuit. Quum enim ineunte saeculi XVI. ultima decade Graecae scholae, quae Vilnae floruit, esset rector, *Petrus Scarga* [3]), qui fuit ex Jesuitarum sodalitio, id elaboravit, ut, quae Ruthenicae provinciae Sigismundo III., Polonorum regi, subjectae essent, in iis orthodoxa ecclesia cum catholica coalesceret. Quae quidem unio quum regi admodum placeret, quippe qui illas regiones eo subjectiores fore speraret, partim vi partim dolo confecta est. Cesserunt Ruthenorum nonnulli episcopi, ne propter religionem de dignitate

---

1) *Lettres anecdotes* p. 160. Puto ob controversias in illa terra inter Romanos et Graecos exortas et diutius pacem turbantes, certe ob rem aliquam ad ecclesiam spectantem, iter eum fecisse jussu Alexandrini Patriarchae. Hunc enim in hoc toto genere aliorum quasi custodem fuisse, et sequentia docent et ipse Cyrillus dicit, *Lettres* p. 150.: Quod si quid praeterirent (reliqui episcopi), Alex. judex est vicinus ad limitandum et corrigendum ea, maxime quae ad fidem spectant.

2) *Engelhardtius* H. E. III. 96. dicit, Meletium Patavii studiis incubuisse, et Constantinopoli munere eccles. gesto ad Patriarchatum Alex. vocatum esse. Auctores ego ignoro, qui talia tradiderint.

3) Hunc certe dicunt *Regenvolscius* H. E. Slavon. p. 463. *Smith* Collectan. de Cyrillo Lucari 1707. p. 56. *Alegamb.* Biblioth. patr. soc. Jes. s. voce *Scarga*. Recentissimi aliqui rerum ecclesiasticarum auctores *Possevinum*, argutum cetera hominem, falso dicere videntur. Multum *Scargam* in Russis ad Romanae ecclesiae gremium reducendis versatum esse, docet etiam liber, quem de Russorum erroribus et caussis, propter quas Graeci a Romana ecclesia defecerunt, composuit. Legitur in *Latzitzki* corpore scriptorum de Russorum, Moscowitarum et Tartarorum religione. Spirae 1582.

senatoria dejicerentur; imo legatos Romam miserunt, qui rem inceptam ad finem perducerent. Romae quidem magnus triumphus; sed apud Ruthenos plurimos principes, tum civiles tum ecclesiasticos, querelae et intercessiones. Rex vero, suum consilium assecuturus, synodo Brestiam convocata effecit, ut *Michaeles Ragosa*, qui et *Rahosa* scribitur, metropolita Kioviensis (annis 1588 — 99.), cum regia cleri parte Papae se subjectum esse professus sit. De hujus synodi anno non satis convenit inter viros doctos. Heineccius l. l. I. 195. post annum 1595. convocatam esse significat, Bohnstedt l. l. p. 10. annum 1596. mens. Octobr. fuisse dicit, eumdemque annum et Hasius (Kirchengeschichte 1841. p. 454.) et Julius Wiggersius, Theol. Rostochiensis (Kirchliche Statistik p. 293.) tenent; Engelhardtius l. l. III. p. 199. unionem revocat ad annum 1589., synodi nullam faciens mentionem, Baumgarten-Crusius (Compend. der Dogmengesch. p. 424. not.) 1594. synodo attribuit. Ex libro caute adhibendo, sed quod tempora attinet, fide digno: Die neuesten Zustände der kathol. Kirche beider Ritus in Polen und Russland. Von einem Priester aus der Congregation des Oratoriums d. h. Philippus Neri. Mit einem Bande Documente. Augsburg 1841., et quidem ex documento altero citra dubitationem constat, unionem post paucas sessiones die II. Dec. 1593. confectam fuisse. Anno post Michael Ragosa hoc edidit novi obsequii documentum, quod, suis episcopis iterum congregatis, legatos Romam misit, qui Papam utpote novum dominum de unione certiorem facerent, eique XXV. d. Jun. metropolitae et episcoporum, qui ad Romana castra transierant, literas traderent, quae leguntur in eod. libr. docum. tert. — At contra altera factio, cui praeerat Constantinus, dux Ostroviensis, non solum intercessionem iteravit, sed etiam, ut isti factioni vi et numero crescenti posset resistere, cum Evangelicis Augustanae Confessioni addictis de foedere agere instituit. Et in eorum parte, qui intercedendo jugum Pontificium abnuerunt, cumque Evan-

gelicis potius conjunctionem suaderent, fuit etiam Cyrillus Lucaris. Nihilominus rex unionem suam initio leviter mox severius inductam quum nollet ad irritum cadere; ad Meletium Alexandrinum literas perhumanas ipse dedit, quem et doctrina et gravitate atque auctoritate insignem ad suam partem allicere ipsius intererat. At vero Meletius, qui semper et ubique Romani pontificis arrogantiam vel irrisit vel graviter refutavit, rescripsit modeste ac verecunde, sed omnem cum catholicis concordiam amovens. Has litteras per Cyrillum Lucarium regi transmisit, quem hac data occasione ei commendat et suae sedis Exarchum appellavit [1]). Qua quidem animi liberalitate rex tanta irae excandescentia permotus est, ut non solum Meletii epistolas [2]) quavis via supprimeret; sed etiam crudelissime in Graecos, cum catholicis commercium aversatos, saeviret. *Nicephorum*, Constant. Patriarchae exarchum, captum laqueo interemit, et Cyrillo simile quid accidisset, nisi fuga saluti et vitae prospexisset. Quae enim fabula de ejus dissimulatione ac dolo a Jesuitis sparsa est, eum prolata aliqua catholicae fidei confessione se subtraxisse supplicio, ei nemo fidem habebit, qui illius generis dolos et fucum, Cyrilli constantiam ac sinceritatem,

---

1) *Regenvolscius* l. l. IV. p. 467. Smith l. l. p. 60. Ἔξαρχοι vero legati fuerunt Patriarcharum, maxime a Constantinop., ubi opus esse videbatur, emissi ad colligendas pecunias, quibus τὸ χαράτζιον, ut dicebatur tributum illud, Sultano persolveretur. Dicti deinde sunt, qnicunque ad res eccles. ordinandas et constituendas a patriarchis, quorum vices administrabant, delegati.

2) Plures misisse Meletium epistolas, ipse Cyrillus Lucaris testis est, *Lettres anecdotes* p. 162.: Contigit Alexandrino Patriarchae patrocinium hoc se suscepisse, nec neglexit scribere ad regem, *ad Magnates omnes*, hortari illos, quo fieri potuit, protestari pro justitia, pro jure, pro legum reverentia, et tandem rogare, obsecrare. At omnia vana; adhuc usque illinc certior factus sum, pejus ingravescere persecutionem et violentiam, quo plus et Moscoviam occupare desperant. Et paullo post conqueritur de Jesuitarum machinationibus, quibus solis effectum sit, ut Poloni, Lituani et Ruteni, ne diutius vim paterentur, ecclesiae se subjecerint Romanae.

denique rei ipsius ancipitem speciem cognoverit. Nunquam testimoniis fide dignis Jesuitae rem comprobarunt; solus Petrus Scarga depromsit epistolam Cyrilli nomine falso inscriptam, quae ut genuina haberetur, magno clamore postularunt Jesuitae. Omnis vero suspicio ab ipso Cyrillo exemta est, qui, de hac fidei mutatione postea rogatus, *solemnem in modum invocato Dei, qui corde scrutatur et ad cujus tribunal extremo die sistendus esset, nomine protestatus est, totam illam epistolam esse supposititiam, neque unicum illius verbum esse suum, neque quidquid in illa contineri cum mentis suae sensibus aut antea aut illo tempore, quando in Lithuania moram fecerit, aut deinceps convenire* [1]). — Quo deinde Cyrillus sese receperit, non prodiderunt auctores pauci, quos habemus; puto Alexandriam, ad Meletium, quem patris loco colebat [2]). Mox vero quum hic diem suum obiisset; cunctorum suffragiis Cyrillus in ejus locum suffectus est anno 1602., quod munus modo quiete modo inter rixas et contentiones XIX. vel ut ipse computat, XX. annos honorificentissime administravit [3]). Otium, quando per hoc tempus usus est, omne in literis theologicis consumsit, familiaritatem, quam in itineribus cum nonnullis viris doctis reformatae ecclesiae addictis iniverat, epistolarum consuetudine

1) Ita *Smith* resp. ad nuper. Simonis cavillat. p. 115. — Mira tunc temporis fuit Batavis et Anglicanis theologis cum catholicis de Cyrilli fide concertatio. Catholici hunc calumniis insectabantur; illi eum ad Scr. sacr. accommodate et ad patres probatissimos recta docuisse confirmabant. Aliquanto post, quippe quum de Calvinista ageretur, controversia Germaniae fines intravit, intra quos *Nihusius* ex Lutherano catholicus factus vehementissime cum Marpurgicis de Cyrillo concertavit. Cfr. *Bartholdi Nihusii* progr. in *Concordia nationum christian. per Asiam etc. indicata ab Abrahamo Ecchellensi et Leone Allatio. Mogunt.* 1655. p. 266.

2) Dicit eum virum doctissimum et exemplarissimum laudatque inter alia ejus studium, quamvis irritum, quo Coptas, spurcam nationem et barbaram, ad veritatem fidei perducere studuit.

3) Hottingerus XIX annos totidemque dies assignat ejus patriarchatui, teste citato nullo.

aluit et sustentavit, alios literarum commercio sibi conciliavit. Restant hae epistolae plurimae a Cyrillo datae in libro aliquoties citato: *Lettres anecdotes* etc., cujus auctor fuisse fertur *Aymon*, ineunte saeculo XVIII. apud Grenoblenses sacra curans. Exstitit hic ex omnibus Cyrilli defensoribus longe acerrimus, sed ut ex multis elucet, omnes moderationis terminos transgressus. Hoc vero meritum sibi paravit, quod scripta haud pauca, quae nondum lucem viderunt, in vulgus edidit. Apparet ex ejus opere (p. 44.), Cyrillum, quum Alexandriae degeret, literas communicasse cum *Georgio Abbot*, Archiepiscopo Cantuariensi (vixit 1562—1633). Sed ex una hac epistola, quae exstat apud Aymonem, sequitur, plures jam inter utrumque missas fuisse. Loquitur enim Cyrillus p. 46. de Abbotis *responso*, cujus Jacobique regis votis obsecundatum se nunc nobilem et doctum juvenem, *Metrophanem Critopulum* ad occidentales mittere, anno 1616 [1]). Exstat haec et altera [2]) quaedam epistola in Pauli Colomesii Opp. p. 557., ubi etiam Archiepiscopi responsum [3]).

---

1) Paullo ante videtur Cyrillus propter itinera ex Aegypto abfuisse, scribit enim, se Aegypto suae *redditum*, pace fruentem hoc habere officium, ut fidem per literas Archiepiscopo adstrictam liberet. Sine dubio in visitandis ecclesiis occupatus fuerat.

2) Haec data est Constantinopoli 1627., in qua et Jacobi, non minus philosophi quam regis obitum deplorans optima quaeque ejus successori Carolo, vivam undequaque imaginem paternam redolenti, optat. Oratorem Anglicum tum ad Portam versantem *Thomam Roe* dicit dulcissimum suum amicum, fautorem et patronum. De *libris* ab Archiepisc. Constantinopolin. missis etiam ex his literis constat. Mox vero ille Abbot munere dejectus in urbem patriam *Guilford*, comitatus Sorry, se recepit, deinde in arcem Croydon, ubi diem suum obiit.

3) Responsum datum est Londino ad priorem Cyrilli epist. 1617. Gratulatur Abbot Aegyptiacae ecclesiae sempiternam quietem, caveri jubet ab emissariis istis novatoribus, Christianam veritatem pariter ac libertatem cuniculis oppugnantibus et pseudomonachorum turba recens e figulina prodeuntium, *intemerandum servatoris* cognomen sibi arrogantium. Collaudat suum regem tum ab assidua concionum sacrarum praesentia, tum a theologica doctrina, quae tanta sit, ut multa de re theol. calamo regio accurate exararit ad fidem orthodoxam statu-

— Duae ad Uytenbogaertem datae epistolae una Constantinopoli altera ex Walachia ex annis 1612. et 13. ad idem tempus spectant, quo Cyrillus Alexandrinum Patriarchatum administravit. De illo viro docto primum per Cornelium Hagam, Hollandiae in Turcarum aula oratorem, quem in literis ad Gustavum Adolphum, Sueciae regem, missis [1]) dicit verum, fidelem Jesu Christi promtum militem pro sua gloria, audiverat anno 1602., quum ut ipse scribit Cyrillus [2]), ex insperato ipse Belgio, ego ab Aegypto in hanc urbem proficiscentes alterutrum incredibili cum laetitia viderimus, salutaverimus, dextramque dederimus [3]). Quid vero Cyrillus anno 1602. Constantinopoli acturus fuerit; haud difficile est ad intelligendum. Scilicet qui Patriarchatus Constantinopolitani sedem tenuit; principatum quemdam de ceteris patriarchis exercuit; imo sine hujus auctoramento, inquit Smithius [4]), nemo potuit dignitatem Patr. consequi. Quum igitur eodem anno Cyrillus Patriarcha electus fuerit; quid veri similius, quam eum Constant. Patriarchae consensionem impetrare pecuniasque ei solvere voluisse? Sed praeterea confirmatur illud, quod supra conjecimus, quum fugam 1600 ex Polonia capessivisset Cyrillus, eum Alexandriam petiisse. *Profectus* enim est 1602. *ex Aegypto* Constantinopolin. — Habent vero nonnulla illae duae epistolae, quibus lectu dignae sunt. Conque-

---

minandam et errores praesertim pontificios convellendos. — Cui regi adeo Cyrillus fuit commendatus, ut ab eo non solum per archiepiscopum salutaretur, sed etiam, quem ipse literis commendaticiis prosecutus fuerat, Metrophanes Critopulus honorificentissime excipi jussus et ab ipso Abbote civibus academiae Oxoniensis jam ante ipsius adventum adscriptus esset.

1) *Miegius* Monumenta pietatis et literaria. Francof. 1702. p. 240.

2) Lettres anecdotes p. 126.

3) Antiquior igitur fuit haec amicitia, quam *Mohnike* significare videtur in dissertat.: über Cyrillus Lucaris (Studien und Kritiken herausg. von Ullmann und Umbreit 1832. 3. H. S. 566). Nam ante jam Hagae, qui itineribus orientales terras peragraverat, Cyrilli nomen auditum fuit.

4) De statu eccles. Graecae p. 73.

ritur in prima de philosophiae incremento, quam versatilem gladium esse dicit, viam non custodientem sed impedientem paradisi, quae summa injuria fidei christianae habeatur regula [1]). Celebrat suae ecclesiae fidei inconcussam constantiam, quam vult etiam a Remonstrantium ecclesia teneri; non enim objicerentur ei, inquit, quae passim hujus temporis scriptores objiciunt. — Mox ille Remonstrantium doctor responsum videtur dedisse; exstat enim altera ad eum epistola Cyrilli anno, ut dixi, 1613. conscripta [2]), in qua de statu Graecarum ecclesiarum accurate exponit, conquestus de Pontificiorum crudeli arrogantia, qui flammis et focis insurgunt iis, qui vel christiane admonuerunt, vel modo aliquo errorem eorum palam facere proposuerunt. Fatetur, se propius ad ecclesiae Batavorum placita accedere, quia, inquit, Christiane agitis, pacem christianam diligitis, unionem in veritate domini non evitatis. — De fide autem Christiana disputat pro more antiquiorum temporum; esse eam *vel de divinitate vel de incarnatione verbi.* De primo capite nullam esse dissensionem, nec de personarum distinctione, excepto illo uno, quod sit de Spiritus sancti processione. Romanam enim ecclesiam, innovationum amatricem, illam ad symbolum additionem excogitavisse, neque vero se suamque ecclesiam Papae plus quam ceteris Patriarchis cedere auctoritatis, quantumvis Jesuitis, ex quibus maxime *Sanderum* carpit, occlamantibus. Sacramenta agnoscit duo; in baptismo necessariam esse formam non inflatam sed humilem et simplicem; hujus caeremonias aeque fideliter tenendas esse atque eucharistiae. Ecclesiae regimen non esse monarchicum, sed mixtum ac temperatum, quod utique suis temporibus hominum perversitate saepe confusum esse viderit. Non vero multum interesse, si Graecae ecclesiae addictae nationes exterae suas quaeque caerimonias teneant. Patriarchas esse quattuor, olim Alexandrinum Primatem, qui vero Constantini imperatoris opera

1) Lettres anecdotes p 127. 2) Ibid. p. 130.

Constantinopolitano summam cessisset auctoritatem. Hunc vero esse barbarorum arbitrio maxime obnoxium, quum ejus sedes et dignitas a Turcis veneat [1]). Nonnullis de electione, inauguratione, juribus Patriarcharum disputatis, de quattuor Orientalis sectis, Armenica, Coptica, Maronitica et Jacobitica agit. Denique de suae ecclesiae constantia fideique perpetuitate iterum gloriatus non infitiatur, crassam ibi esse et incredibilem ignorantiam, quam commoditatem nactos Iesuitas Constantinopoli — sic enim scribit — fundamenta jecisse ad erudiendos pueros et proficere quot vulpes inter gallinas. Pollicetur vero, se omni modo cauturum esse, ne fallax illa Jesuitarum gens, quam si quis alius in odio habet, majora faciat incrementa. Libros ab illustribus ordinibus missos addit se post reditum duplici gustu lecturum esse; Jacobi Arminii theses, suo judicio addito, oratori mox se remissurum. Petit, ut sibi mittatur totus catalogus doctorum, qui graviter scripserint in utramque scripturam, maxime in libros Mosis, in majores Prophetas, in Evangelia Paulique epistolas, quibus vos, inquit, ad plus utimini, exceptis iis, quos Illustrissimi Ordines ad me [2]). Non solum vero Theologorum nomina et libros cognoscere cupivit, sed etiam Philosophorum et vel Mathematicorum opera prima occasione ad se voluit mitti. — Jam vero cur una epistola Constantinopoli altera ex Walachia data sit, hujus rei caus-

---

1) Dicebatur hoc donum, quo munus Patriarchale ab imperatore Turcarum redimeretur, *πεσκέσιον*, quod primus solvit, qui quintus ab Constantinopoli expugnata Patriarcha electus est, *Symeon Hieromonachus Trapezuntius;* electo vigesimo secundo *Dionysio*, ante Nicomediae Metropolita, adauctum illud donum est ad tria milia aureorum. Qui vero eum excepit XXIII. *Joasaphus*, Metropolita Adrianopoleos, multis machinationibus id effecit, ut uno mille detracto, bis milia numerarentur, quae jam septimus, *Symeon*, iterum sellam patriarchalem obsessurus, solverat. Cfr. Turcograec. p. 124 sq. 129. 169.

2) Rem exponit ex *Pauli Pindari*, Anglici ad Portam legati, literis, quare non est, cur ei fidem denegemus. Miror igitur, a Mohnikio l. l. p. 566, aliter rem enarratam esse.

sam tum conjectura tum ex Smithii libro (de Cyrillo p. 63.), cum cujus narratione ipsa illius epistolae ratio bene consonat, possumus assequi. Narrat Smithius, anno 1612 a Patriarcha Constantinopolitano cunctos ecclesiae orientalis praesides in urbem capitalem convocatos fuisse, ut de rebus publicis deliberarent. Nunquam enim cessarunt Romani de Graecis ad suas partes trahendis cogitare, ex quo tristes tumultus et olim et tunc Constantinopoli potissimum excitati sunt. Quum igitur Calogerus [1]) quidem, Neapoli oriundus, ore et voce Graecis de unione cum Romanis ineunda suaderet, quippe qui artibus Jesuitarum esset imbutus; non prius destitit Cyrillus; quam ejus conatus, ruinam Graecae ecclesiae minitantes, restinxisset. Hinc inceperunt lites et controversias Jesuitae contra Cyrillum machinari, quae ejus interitum maturarunt. Qui citius ei paratus esset, si jam illo tempore anno 1613 Timotheo Patriarcha Constant. in exsilium misso, sedis ipsius, opinor, vicarius, id quod optimi quique vehementissime volebant, Patriarcha electus Constantinopolique retentus fuisset. Sed aucto muneris pretio Timotheus in locum restitutus est, qui inde magno Cyrillum odio insequebatur. Hunc vero, aut ut amicos, quos in Walachia multos videtur habuisse, confirmaret, aut ut res ecclesiasticas vel adhuc vicarius Constant. Patr. vel pro Alexandrini Patriarchae auctoritate ordinaret, in Walachiam abiisse puto. Sic certe consonant epistolarum subscriptiones ad rerum gestarum seriem.

Exstant apud Aymonium XIV. aliae epistolae a Cyrillo ad *Davidem le Leu de Wilhelm*, ut ejus nomen vocatur, datae, lingua italica vel latina [2]). Fuit vero ille Davides Guilielmus cla-

---

1) *Καλόγεροι* nuncupabantur monachi, qui Basilii M. regulas et institutiones susceperunt, nulla illis certe temporibus aetatis ratione habita. Reperiuntur etiam feminae *καλόγεραι, καλογρίαι* s. *μοναστρίαι*, quae religiosum habitum induunt.

2) Tredecim alias in bibliotheca Davidis reservatas esse, ad res privatas magis quam eccles. pertinentes, adnotavit Aymonius.

rissimus, nobilitate generis aeque ac doctrinae laude insignis, natus Hamburgi d. XV. Maj. 1588. Qui quum in pluribus Academiis, in Franekeriana et in Leydensi; philosophiae, juris prudentiae et linguis Orientalibus totum sese dedisset; itinera in orientem per tres annos suscepit 1617 — 19., et familiaritate, in quam venit, Cyrilli Lucaris ita usus est, ut Graecae et Latinae ecclesiae discidia penitus cognosceret. Permansit utriusque hominis, literarum pariter amantis, perpetuum commercium [1]. Laudat Cyrillus in hoc viro elegantiam verborum (p. 172.), innatam πρᾳότητα, morum nobilitatem, libertatem ἀπροσωπόληπτον, tractandi coram qualicunque de religione materiam, (p. 173.), alias partim Italica partim Latina lingua ab eo scripta (p. 176.); sublilitatem, qua ecclesiae reformandae rationem delinearit [2]. In alia (p. 181.)

1) Adeo Davides in Orientalium rebus exquirendis fuit diligens, ut non multum Amstelodami commoratus iterum 1625 visitaret illas regiones; imprimis ut linguas populorum tum adhuc florentium tum emortuas accuratius nosceret; quarum etiam peritissimum virum Golium, inter amicos habuit. Ubi rediit anno 1631.; vocatus est a Friderico Henrico, Oraniae principe, in intimum consilium. Nec defuerunt viro tum doctissimo tum ad agendas res publicas admodum accommodato aucti honores. Provinciarum Brabantinarum per victricia Friderici Henrici arma Belgiae subjectarum consulem eum elegerunt Ordines, qui tunc vocabantur, generales 1634; post anno 1640. creatus est earumdem summus praeses. Et haec vita multis muneribus obstricta, tot officiis impedita eum non prohibuit, quominus literarum et virorum doctorum esset fautor et amicus. Linguas callebat Arabicam, Persicam, Chaldaicam; praesertim quibus olim cultiores gentes usae sunt, et plerasque recentiores. Manuscripta Arabica, Persica, Chaldaica secum in patriam portarat; Leydensi Academiae, quae tunc viros Orientalium linguarum peritissimos tulit; donata; imo cadaver arte conditum, res illis temporibus vel maxime mirabilis, ab eo ex Aegypto asportatum est. Mortuus est d. VII. Januar. anni saeculi XVI. quinquagesimo octavo.

2) Sensim in Cyrillo suam ecclesiam ad reformatarum speciem instaurandi consilium et ortum et tot virorum praeclarorum familiaritate confirmatum esse, tum humanae naturae ratio, tum ipsae Cyrilli res satis edocent. Jam in dies magis aperte de hoc studio scribit. Ad Guilielmum scripsit haec: Ego omnia illa capita apte credo ad

ad Davidem, in itinere versantem, data, qui ante de Coena Domini ad Patriarcham, tres esse opiniones, Romanorum, Lutheranorum, Orthodoxorum exposuerat, breviter vel dissimulanter vel haesitanter rescripsit, *istam se sequi*. Quae vero *ista* sit, parum liquet. De qua spinosa quaestione initio Cyrillus ipse non sibi constitisse videtur; neque in hac neque in ampliore illa epist. (p. 146.)[1]), ubi de fide Graecorum copiosius disputavit, subactum fecit judicium. Nec Davidi videtur ista ambignitas satisfecisse. Alia et certiora ab eo edoctum esse, Cyrillus ipse significat in literis, quae sunt apud Aymonium p. 182[2]). — In alia epistola (p. 183.) libros sibi mitti vult *de praedestinatione*, quam quaestionem illis temporibus exagitatam difficillimam esse arbitratus est. Misisse inde Guilielmum ad Cyrillum aliquem *Bellarmini tractatum*, suis adnotationibus adnexis, constat ex Cyrilli epistola (p. 185), in qua de Graecorum jejuniis aliqua adjecit, quorum rationem etiam in literis sequentibus (p. 186.) ad-

---

tria posse reduci, quae si missa fierent et opposita introducerentur; facilis esset reformatio. Explodatur ambitio, avaritia et superstitio. Introducatur humilitas ad exemplum Xti domini, contemptus temporalium et simplicitas evangelii et facile obtinetur cupitum. Et paullo post: Ecclesiam Graecam nil tam pessumdat ut superstitio.

1) *Statim*, scribit, (post verba, quibus ipse Xtus coenam instituit, recitata,) *spirit. sanct.* invocamus, dicimus: *Καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, τὸ δὲ ἐν ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου.* Cfr. Conf. orth. I. 9. 107.

2) Hic enim non dubitat illius *prudentiam comprehendere et suam sententiam profiteri, quae figuram admittit in hoc mysterio et modum praedicandi sacramentalem sicut et manducationem spiritualem credimus; ita ut qui fide accedit ad mensam domini, non visibile tantum corporis et sanguinis sacramentum accipit, sed spiritualiter et interne participat vero corpori et sanguini domini. Gaudeo ergo, quod una idemque sentimus in hac veritate. Utinam et in reliquis, si quae sunt, in quibus dissentimus.* Immutata haec est Cyrilli sententia anno 1619., cujus similem in sua Confess. c. XVII. exhibuit, *figura* omissa et *Calviniana* magis opinione adoptata. Cfr. Neudecker Lehrbuch der christl. Dogmengesch. 1838. p. 641.

modum collaudat. In his Bellarmini doctrinam 'judicat esse falsam et haereticam in multis locis, 'ejus libros suis sed graecis adnotationibus auctos remittens. Fere in quavis epistola aut libros poposcit aut simul remisit, imo Davides ex itinere libros ad ipsum misit (p. 192). Exstat etiam epistola luctûs plena, pestis tempore 1619. d. 13 Maj. ex urbe Cairo [1]) scripta, quadraginta milibus hominum emortuis, qua Davidi, cujus ex Batavia literas exspectat, ante factam profectionem gratulatur, seque dicit semiclausum domi magno cum discrimine ab alto semper dedisse Christianis suis responsa, quae dare propter defunctos et defunctorum ambages opus fuisset, ipse adhuc incolumis.' — Elucet, qualis fuerit hic vir: discendi cupidissimus, doctus per ratione temporis et gentis, plurimorum librorum, maxime a viris coetus reformati conscriptorum lectione imbutus, indefesso studio ita ut etiam Germanicorum doctorum scripta celebrata legere cuperet [2]); catholicorum inimicus, eorum principibus Baronio et Bellarmino admodum infensus, Jesuitarum acerrimus adversarius, cautus quidem adhuc novae doctrinae amicus, nec vero adeo aut sibi constans aut Graecorum dogmatum amans, ut aliena non approbasset, fidelis ecclesiarum, quas subditas habuit, custos, ab omni superstitione, qua Graecam ecclesiam perdi censuit, remotissimus [3]), ignorantiae et contemtor et ever-

---

1) Lettres anecdotes p. 196. Scripta haec est epistola ut plurimae ex urbe Cairo, in quo Cyrillus fere habitare enarrat in literis p. 157. exaratis: *Pestem istam* (Coptarum sectam, Dioscuri et Eutychetis, ut scribit, doctrinam sequentem) *sustineo in mea Aegypto, in magni Cairi civitate, quae, quum antea Archiepiscopatus esset Patriarchae, ego quasi toto tempore mei Patriarchatus residentiam meam ibi posui, ob temperiem aeris multasque alias commoditates raro me Alexandriam conferens.* De Coptis eorumque Patriarcha Cairi habitante monuit aliqua *Heineccius* l. l. p. 105.

2) *Lettres anecdotes* p. 174.: Nihil ambio, nihil sitio, nisi ut semper aliquid discam. Et sub finem ejusdem epistol. p. 175.: Hutterum me mittet, si ei placet, reliquos teneat apud se.

3) Narrat exemplum *Hottingerus* l. l. p. 554. Cyrillus, quum cum Dorotheo, Patriarcha Antiocheno, et aliis episcopis Theophanem, Pa-

sor [1]). Plus tentavit, quum ad summam in Graeca ecclesia dignitatem accessisset, emortuo Timotheo Constantinopolin vocatus, ut Patriarchatum administraret. Renunciatus est d. V. Nov. 1621, universae synodi, ut inquit Hottingerus, suffragiis. Sed fuit hic locus quantumvis honorificentissimus, discriminum et invidiae plenus, plurimarum sollicitudinum effector, persecutionum tristissimarum quasi officina ac domicilium, mortis foedissimae caussa. Quarum rerum si inquisiveris rationes; facillime in Turcarum avaritia, ob quam primo cuique, magnam pecuniam soluturo, Patriarchae honorem offerrent, in Antipatriarcharum, a quibus episcopi novi et sacerdotes, tamquam parati ipsorum satellites, illico renunciari solebant, studiis, in mobili Graecorum vulgo eas deprehenderis. Huc accedebat Cyrilli doctrina studiorumque laus, quae rudibus et imperitis in principibus maxime invisa est, quare Graeci sacerdotes se coram Cyrillo asinos videri dictitabant. Hinc non leve illorum odium sibi comparavit; proprium enim humani ingenii est, odisse, quem laeseris. Nec omittenda est Iesuitarum, Roma e collegio Gregoriano emissorum, arrogantia et dolus; tum ipsius Cyrilli morum integritas, quae hostibus nullam impetus ansam praebuit; ira vero diu compressa, quo serius excandescit, eo vehementius furit. Magna etiam simultatum caussa sita fuit in Cyrilli cum doctis Occidentalibus commercio, in familiaritate, quam cum legatis Hollandicis, Anglicis, Suecicis ad Portam missis

---

triarcham Hierosolymitanum designatum, manuum impositione inaugurasset, locosque sacros contemplaretur, saepius, Theophane consentiente, perseveravit, sepulcrum illud, quod Xti fuisse putabatur, non esse antiquum et verum, quippe in saxo caesum, sed novum, ex lapidibus fabricatum.

1) *Lettres anecdotes* p. 161.: Ob veritatem ego et cum propriis meis fratribus ecclesiasticis Graecis controversor; hostis sum ignorantiae, et ut populum simplicem esse, ἀμαθῆ, non moleste fero —; ita mihi displicet, pastores et episcopos nostros tenebris ignorantiae obmergi. Hoc est, quod nostratibus exprobro; at nil proficio. — Irrisit etiam propter incredibilem ignorantiam Armenum, quem Hierosolymis convenerat, l. l. p. 155.

perpetuo habuit, cui omnium illorum hostis, Gallicus legatus *Olierius de Noïntel*[1]), sagacissimus et solertissimus homo, incredibile curiae Romanae tuendae ejusque potestatis propagandae studium opposuit. Neque difficilis est conjectura, Cyrilli hostes ob ejus cum exteris amicitiam non desiisse, Turcarum principes contra eum incitare, tamquam rerum novandarum cupidissimum foederumque Portae perniciosorum auctorem. Denique haud praetereunda est aperta, quam Cyrillus non diutius dissimulavit, ad dogmata reformatorum inclinatio. — Illius enim Gallici legati opera factum est, ut Cyrilli, nondum per integrum annum sede occupata, adversarii Amasiae[2]) episc. *Gregorium* in ejus locum substituere vellent. Praetextum praebuit haeresis, cujus Cyrillum insimularunt. Ac res cessisset, nisi Cyrillus, maturo facto opus esse ratus, cunctis sacerdotibus in magna ecclesia convocatis, in Gregorium, conspirationis principem, excommunicationis sententiam tulisset. Sed Jesuitis omnia patent. Vizirium, quem vocant, muneribus corrumpunt, Cyrillum laesae majestatis incusant, quippe qui insulam Aegei maris suis consiliis ad desciscendum permoverit. Qui quidem conatus prosperiorem habuit successorem, quum anno 1622. Osman Sultanus, et primus quidem ex Turcarum imperatoribus, interfectus esset. Relegatur Cyrillus in insulam Rhodum[3]). Occupavit sedem vacantem Gregorius, ante diris devotus; sed obtinuit tantum per septuaginta tres dies, quibus transactis *Anthimus*, Adrianopoleos episcopus, per septuaginta dies summum locum tenuit[4]). Corruit uterque, quum eorum fautor *Daud* Pa-

---

1) De hoc viro legantur *Lettres anecdotes* p. 39 sqq., 463 sqq.

2) Sita est haec urbs in Cappadocia et spectat ad provinciam Patr. Constantinopolitani. Cfr. *Smith* de statu etc. p. 79. *Heineccius* l. l. p. 37.

3) Narrat ipse hanc rem Cyrillus in epistola *ad senatores, doctores, ministros, professores, gubernatores reipublicae et ecclesiae Genev.* 1636. data; quae legitur in *Lettres anecdotes* p. 8.

4) *Hilarius* ad Cyprii Chronicon p. 450. Exsultavit re gesta *Urbanus VIII.* literisque Constantinopolin ad legatum Gallicum missis

scha, Viziratum functus, strangulatus meritas dedisset poenas. Sic rediit ad suum munus Cyrillus, in quo administrando sustentatus a Rovvaeo, Anglico legato, paullisper pace usus est [1]). Quanta vero clades ecclesiae Graecae nutanti turbis repetitis afflicta sit, vix dici potest. Non enim solum ejus infirmitas Turcis in dies magis apparuit; non solum Jesuitae ac Papae satellites, veterum Romanorum constantiam aemulati, machinationes struere haud desierunt; sed etiam Graeci ipsi incredibili pecunia Patriarchas redimendo magnaque insuper tributa solvendo ad paupertatem fere redacti sunt [2]).

Vix enim istae lites compressae atque constrictae videbantur esse, quum anno 1623. ineunte venit Roma monachus, missus ex collegio, quod est de propaganda fide. Promisit imperialium viginti milia, dummodo Cyrillus iterum sive per vim sive per clandestinas artes posset removeri. Neutrum successit aut propter pecuniam deficientem aut propter Cyrilli prudentiam. Accesserunt vero mens. Febr. anni 1624. duo ex Jesuitarum nido delegati, *Berillus* et *Canacchio Rossi*, quorum ille Patriarcham inducere voluit, ut cum Caussacis

---

rem opportune aperuit: Quid autem Constantinopoli egeris, jam pridem plaudens laudibus pietatis tuae Romana ecclesia audivit. Filium illum tenebrarum et inferni athletam scimus quae calamitates perculerint, quantumque haeresi vulnus inflictum sit, dum venerabilem patrem Antimum isti ecclesiae praefici curasti etc.

1) Delituit Anthimus inter monachos, montem, cui nomen *Athos* est, habitantes, quorum sanctitatem celebravit *Heineccius* l. l. 417., ignorantiam et insulsos mores perstrinxit *Aymon* l. l. p. 467. Cfr. *Muralt* Lexidion der morgenl. Kirche. 1838. s. v. *Athos*.

2) Scribit hac de re *Chrysosculus*, magnae eccles. Logotheta, ad David. de Wilhelm (Lettres p. 209): Sed haec contentio constitit sexaginta mille dalleriis, quos usuris maximis ad extremam ferme totius ecclesiae ruinam Graeci mutuo sumsere. Nec unquam eluent hanc invidiam Jesuitae et fautor ipsorum Gallus, quod Turcas docuerint hisce altercationibus posse ingentes summas extorqueri a christianis, qui prius pauperes monachi audiebant: quod quidem nunquam dediscetur et aliquando sedem ipsam Patriarchalem pessumdabit. En zelum religionis et patrum caritatem!

consilia iniret, quo facto criminis capitalis accusandus et condemnandus fuisset, hic mandatum [1]) secum tulit, ex quo agendum erat, ut Patriarcham Romanum faceret. Fuit illud *instrumentum*, quod dicunt, *pacificatorium*, quo subscripto pacem inter Orientales et Romanos Papa tentaturus fuit. Conquestus in illo est de Cyrilli ad haereses Lutheranorum et Calvinianorum promto animo, de juvenibus in Angliam et in Germaniam missis, de Catechismis novis, erroribus aperte refertis. Quos si damnare, conciliumque Florentinum amplecti velit; curiam Romanam magnam pecuniae vim collecturum, ut unio confirmetur. Cyrillus, pericula veritus et incorruptam fidem servaturus, responsum dilatavit, remque cum Anglico legato communicavit. Qui quum vehementer dissuaderet; Papae negotium silentio contemsit.

Sed urgentibus Romanis secedere maluit Patriarcha, quam assensum praebere vel vi eorum contumaciam et malitiam tentare. Ipsius amici rem ad magistratus Turcicos detulerunt, qui, acceptis decies mille imperialibus, seditionem in praesentia compescuerunt. Ecclesia vero Romana nescit ab incepto desistere. Missus est Antipatriarcha cum quaestore, ut omni pompa ac splendore Graeculorum oculos ac mentes praestringeret. Naxi appulsum, exeunte anno 1626., legatus Gallicus honorifice per sacellanum suum salutat votisque optimis excipit. Ac primo quidem cuncta procedebant. Creavit enim novus iste sacerdos episcopos haud paucos, inque insula Chio tam pronus Graecorum in eum favor, ut pro fausto omine omnium animos conciliatos habere videretur. Sed adeo minime sibi temperare potuit, ut intolerabilem fastum prae se ferret, quo Graeci indignati apud Vizirium praeter morem tam graviter rem egerunt, ut suffraganeus iste, cum suis sociis fuga salutem peteret ejusque episcopi in carcere, quid fides esset, meditari possent.

Annus vero 1627. nova tulit pericula. Advenit Constan-

1) Legitur in *Lettres anecdotes* p. 211 sqq.

tinopolin *Nicodemus Metaxa*, Cephaloniensis, qui studiorum gratia Londini degerat, vir probus, et qui bene sciret, qua barbarie patria laboraret. Cui quum vellet prospicere, apportavit secum non solum libros jam excusos, sed etiam totam typographiam, quam suis sumtibus, bis mille et amplius imperialium pretio, emerat. Nova res fuit, — Judaeis solis hucusque concessa [1]). Anglicus legatus, re cum Belgico oratore, cum Cyrillo, cum Gelasio [2]), Cyrilli Alex. successore, deliberata ac publica venia a Vizierio impetrata, libros ac typos apud se recepit et Metaxae suscepit patrocinium. Hic vero ob commoditatem conduxit sibi aedes non longe a Gallico legato remotas, qui adjunctis Jesuitis, rumorum avidis, hanc famam spargere coepit: libros contra Romanam ecclesiam imprimi, catechismique editione Jesuitarum in juventute educanda studiis offici. Quum vero, quod primo voluerunt, suis artibus non possent Metaxam ad suas partes allicere; majora conati sunt, Lutheranum et haereticum eum appellantes, cujus rei testimonium sistere ipsos typos regis Angliae scuto percussos. Quo discrimine et ipsius Metaxae precibus permotus legatus Anglicus illi cubiculum in suo domicilio concessit, veritus, ne ille in via noctu perfoderetur. Exarsit vero hostium ira, quum Cyrilli tractatum, fidei et sententiarum Graecarum ecclesiarum expositionem, sub prelo esse sentirent. Protulerunt igitur Cyrilli librum contra Judaeos in Anglia excusum, in quo, quum Turcarum opiniones modeste vituperatas viderent, caussam contra Cyrillum stabiliri confisi sunt. Proinde haec capitalia incusarunt: Metaxam libros a Patriarcho compositos, quibus Graeci ad defectionem vocarentur, excudere; hos transmitti ad Caussacos, quos rebellare optarent; rem esse eo perniciosiorem, quum Muradus IV. imperator in Asiam expeditionem suscepisset.

1) *Helladius* de praesent. stat. eccles. graec. c. 2.

2) *Smithius* Miscell. p. 92. appellat eum *Gerasimum*. Quod quidem nomen non inauditum fortasse rectius est. Smithius enim quae narrat ex ephemeridibus ipsius legati Anglici hausit.

Sexto igitur Januarii die 1628. centum quinquaginta Janissarii Metaxae domicilium circumcinxerunt; vix ipse Metaxa, quum rem rediens domum audivisset, in Anglici legati aedes se recepit incolumis; milites irati, quod evasisset, totam typographiam pessumdederunt. Postridie vero de triumpho detractum est. Summus enim Turcarum sacerdos [1]), Jesuitis multo liberalior, de libris quaestione habita, hanc tulit sententiam: dogmata contra Muhammedis instituta non esse continuo blasphemiis aut criminibus adnumeranda, et quoniam permisisset imperator, ut Christiani libere doctrinam suam profiterentur et sectarentur; ipsos non magis reos esse typis mandando, quid crederent, quam pro concione praedicando; neque ob diversitatem opinionum, sed propter delicta legibus poenisque obnoxios esse. Ipsius vero Anglici legati intercessione et querelis effectum est, ut Patriarcha in Vizierii et Mufti gratiam rediret. Rossi, in Cyrillum invecto, quod Metaxae esset patronus librorumque haereticorum auctor, acta consistorii, Roma delata, in quibus praeter dogmata illud primo loco Cyrillo crimini datum est, quod inquieto et seditioso esset animo, quasi auxilio missa sunt. Arctius jam utraeque partes coire, confirmare vires, tentare, quid possint. Subito plures ex Romana factione correpti, eorum libri, jubente Vizierio, apportati et censura in eos facta, Gallicus legatus frustra ab imperatore alloquium petiit. Post multas deliberationes placuit Turcarum magistratibus, Jesuitas exsilio esse afficiendos, libris redditis. Et jam navibus in insulam Chium deportati sunt, ut quam primum in provincias occidentales trajicerentur. Ac brevi post sine ullius hominis luctu in Italiam remissi sunt. Testatur Chrysosculus [2]), catholicos cunctos, prae omnibus religiosos et Franciscanos Hierosolymitanos, quippe quibus sepulcrum Christi ab illis ereptum fuisset, hac peste levatos et factiosi Ordinis formidine liberatos, mirifice exsultavisse. Legatus Gallicus,

---

1) *Lettres anecdotes* p. 223. 2) *Lettres* p. 231.

quem Jesuitae, ne ipsi totam caussam perdidisse viderentur, Romae temeritatis incusabant, duos Jesuitas, quos domi suae latere passus fuerat, ut sacellanos crearet, multis demum precibus a Turcicis magistratibus impetravit; id quod, quamquam vix opera dignum, Romae pro Jesuitarum restitutione habitum et praedicatum est.

§. 4.

Prospere seditione composita Cyrilli animus crevit. Putasse videtur, tutius se nunc consilia posse peragere et fidem saepe inculpatam palam profiteri [1]). Confessionem jam in lucem edidit anno 1629., legato Hollandico, Cornelio de Haga, dedicatam; mox Patriarchae nomine subscripta et confirmata *latine* prodiit Genevae 1629. Ubi primum inter Romanos innotuit; pallescere omnes, obstupescere propter dogmatum novitatem dicendique libertatem. Quid? quod ne veram quidem clamabant confessionem esse Cyrilli, latine scribere nescientis, Hagam libelli et fraudis esse auctorem. Alii appararunt confutationem, veluti *Caryophilus Syrigus*, Cretensis et Archiepiscopus Iconii, quae latine Romae prodiit anno 1631., Graece 1632., hoc titulo: *Censura confessionis fidei seu potius perfidiae Calvinianae, quae nomine Patriarchae Constant. circumfertur;* quae quidem jejuna confutatio auctori magnas laudes peperit [2]). Graece edita est Cyrilli confessio Genevae 1633., ex quo tempore omnes de auctore dubitationes sublatae sunt. Secutae sunt aliae editiones, inter quas memoratu dignissima est, quam curavisse fertur *Hugo Grotius*, nomine et loco suppresso, anno

1) Hoc ipse significare videtur s. fin. confess. p. 44., non vero sine ullo timore, quum *huic impetui*, quo ob confess. publice exhibitam lacessitum se iri exspectat, imparem se haberet.

2) Inserta haec est *Encyclopaed.* ab *Alstedio* accuratae Tom. V. Cfr. *Wengersc.* II. E. Slavon. l. IV. c. 1. p. 460. *Andr. Bos.* de stat. Europ. dissert. III. §. 37. c. 332.

1645.[1]). Hujus editionis textum ego reddidi. Variantes, quas dicunt, contuli ex libris Franco-Gallicis, quorum unus inscriptus est: *Lettres anecdotes de Cyrille Lucar et sa confession de foi avec des remarques Concile de Jerusalem tenu contre lui avec un examen de sa doctrine, attestations et pieces diverses touchant la creance des Grecs* etc. Amsterdam, chez l'Honore et Chatelain 1718. Furtim, opinor, hic liber typis exscriptus est; qui enim Hagae prodiit anno 1708.[2]) idem est, eosdem typos, eosdem etiam errores habet. Alias lectiones depromsi ex *Hottingeri* libro: *Analecta historico-theologica*, typis Bodmeri 1652. Continet hic liber octo diversi generis dissertationes; octavae appendix adjectus est *de Cyrilli Patriarchae et Martyris confessione scripturae et patrum testimoniis vestita, vita, scriptis et martyrio* p. 398. Latina versio eadem, quae in edit. anni 1645. exstat, legitur etiam in appendice *Corporis et Syntagmatis confess. fidei* 1654. Tom. II. p. 565. Quae quidem confessio absque dubitatione Calviniana redolet dogmata, quae sensim Cyrillus in suam ecclesiam voluit inducere. Testes sunt artic. III., qui est de *praedestinatione absoluta* et XVII., qui agit de *spirituali et fideli in Coena sacra fruitione.* Ad Protestantium dogmata accommodata sunt, quae c. 1. de *spiritus sancti processione* dixit, c. 9. et 13. de *fide salvifica*, c. 14. de *servo arbitrio*, c. 15. de *duobus sacramentis.* Tota altera pars, quae quaestiones de

---

1) *Cyrilli Lucaris Confess. christ. fidei, cui adjuncta est genuina ejusdem confess. censura synodalis, una a Cyrillo Berrhoeensi, altera a Parthenio, Patriarchis itidem Constantinop, promulgata. Omnia Graece et Latine.* Hujus lectiones numeris anni, quo in lucem emissa est, insignivi; Gallicorum vero librorum syllaba *Amst.*, Hottingeri literis *Hott.*

2) *Monumens authentiques de la religion des Grecs et de la fausseté de plusieurs confessions de foi des chretiens Orientaux, produites contre les Theologiens réformez, par les prelats de France et les docteurs de Port-Roial* etc. *par le Sieur J. Aymon, Ministre du Sanct Evangile.*

scr. sacr. ejusque usu continet, consilium ecclesiae instaurandae prodit. Res sane mira eoque memorabilior, quum summus Graecae ecclesiae antistes haec auderet, quibus gravem sibi dolorem inustum iri, facile ex iis, quae jam expertus fuit, potuit praevidere. Non enim auctor privatam gessit personam, neque *suam* fidem se expositurum esse declarat; sed (p. 24) *Orientalium professionem* inscripsit libellum, quem precibus quaerentium, qualis sit illorum cultus ac doctrina, conscripserit nomine *omnium Christianorum* sine dolo et bona fide. Simulavit igitur, haec dogmata omnium Orientalium esse, quae etsi levi ac miti animo proposuit, nec de ritibus quidquam detraxit aut in iis mutari voluit, monstrant, eum nec temporum gnarum fuisse nec a rebus novandis alienum. Potentissimos quosque etiam rei evangelicae auctores et adjutores prudenter sibi studuit conciliare. Constat, eum ad fortissimum tum temporis evangelii defensorem Gustavum Adolphum epistolas dedisse. Legitur una apud Miegium l. l. p. 238., quae non prima fuit. Ac nescio an hic rex Lucarii precibus permotus fuerit, ut primum ex Suecia oratorem Constantinopolin mitteret, *Paulum Strasburk*, id quod Cyrillus dicit ita gloriosum, ita ecclesiae Xti Constantin. utile, ut hoc totum referri debeat felicissimae fortunae sacrae Reg. Maj., quam undique gloria et immortalitas comitetur [1]. Altera apud Miegium epistola anno

1) Conqueritur etiam illa epist. (XI. Jul. 1632.), quae vereor ne unquam ad regem in Germania bellum gerentem et paucis mensibus post emortuum perlata sit; se *reputari apud adversarios, tamquam oves caedis*, quia eis obtemperare nolit. Se enim nolle accipere dogmata haec: Script. sacr. non est perfecta nec sufficiens; ecclesia caput non habet Xtum; fides caerimoniis congesta fabula; justitia Christiana non opus salvatoris; sacramentorum veritas annullata; evangelium commentum humani cerebri; idololatria sequenda; tandem nemo salvari potest, nisi credat in eum, qui se facit Christum, quum non sit Christus. — Quae dogmata, ut tota controversia, cui succubuit Cyrillus, a catholicis facta fuisse ac proposita, ut ejus animus ad Romana placita et instituta amplectenda induceretur, nemo est, quin videat.

1635. ad *Axelium Oxenstirn* data luget regis gloriosissimae memoriae mortem. Enarrat ibi post aliqua in Cancellarii laudes dicta litem inter Graecos et *dominos Papistas* exortam et in aula Ottomannica agitatam de praesepi, in quo natus sit dominus, a quo visitando Catholici Graecos prorsus excludere velint. In qua quidem caussa judices Turcarum, jam accepta a catholicis (ad calcem notatus nominatim est legatus Gallicus Comes de *Marcheville*) pecunia, primum ad Papistarum partes inclinarunt; post vero remissa *excessiva quantitate pecuniae* meliora Graecis, rem suam strenue dicentibus, sunt polliciti, unde sperat Cyrillus, *pro suis futuram sententiam.* Ut igitur Graecos inter et Romanos contentio nunquam interrupta est; sic Cyrillus maxime ut avitae religionis desertor a Romanis potissimum, interdum simul a suis, incusatus semper est. Quae quidem conata initio non procedere videbantur ob Cyrilli integritatem et apud Vizierium, qua tunc pollebat, auctoritatem. Jam vero ex numero eorum, quos Lucaris beneficiis auxerat, exstitit immoderati animi vir acerrimus adversarius, ex quo frustra apud Thessalonicenses episcopus fieri voluit, dico *Cyrillum Contarenum*, quem Leo Allatius l. l. p. 1075. amplis verbis non satis potuit collaudare, quamquam quae addidit de ejus implacabilitate intemperantique studio perfacile docent, quam immoderate ille laudes suae factionis homini adsperserit. Hic igitur Cyrillus Contarenus, Berrhoeae [1]) Metropolita, quum pecuniis, quibus sedem Patriarchae emere se posse confideret, prorsus careret, petiit a Lucari, ut ipsi, Moscoviam profecturo, literas commendatitias daret, quarum ope dona ad suam ecclesiam pauperem exaedificandam accepturum se esse simulavit. Et sic dives factus 1633. Constantinopolin rediit, hoc consilio, ut, corruptis Turcarum magistratibus, Lucarium de loco moveret. Quod quidem

1) Pertinet ad Const. Patriarchae jurisdictionem; *Smith de statu* etc. p. 82.

quum assecutus esset, septem dierum gaudium ei impertivit. Quum enim L. milia imperialium — hoc pretio constabat Patriarchatus — non posset solvere; in insulam Tenedum relegatus est. Cyrillus vero, in suum locum restitutus, innato quodam an amore an errore illi nefando homini redeundi in suum episcopatum veniam dedit, qua quidem re adversariorum animos non restinxit, sed provocavit. Post sex enim quietis menses *Athanasius* apud Thessalonicenses Metropolita, sexagies milia imperialium promisit Turcis, si ipsum vellent in Cyrilli locum substituere. Nihil igitur potius habuit Cyrillus, quam in ipsulam Tenedum secedere 1634., quod quidem exsilium eo gravius fuit, quum in perpetuo versaretur vitae discrimine [1]. Vix vero Athanasius iste per XXVII. dies sedem tenuerat, quum pelleretur et Cyrillo, cujus amici Sultano magnam solverunt pecuniam, locum cederet. Interim vero Berrhoeenis Cyrillus, quod nuper defuerat, ad emendum summum sacerdotium corraserat; Romanisque legatis et satellitibus instigatus invasit Lucarii locum ejusque amicos a suis muneribus abdicare coegit, ipsum Patriarcham Rhodum exsulare jubet 1635. [2]), in qua insula novum hoc periculum, ne a Maltensibus equitibus comprehensus Romam deportaretur acerrimisque hostibus in manus traderetur. Miseruit ejus vel Turcarum Bassam, qui eum clam in tutum locum subduxit. Otium quod habuit consumsit in scr. sacr. lectione et in confessionis *Apologia* elaboranda, quam vero nunquam perfecit. Quum sex fere menses exsul transegisset; amici sui, inter quos *Neophytus*, Heracleensis Metropolita, eminuit, liberalitate et largitionibus effecit, ut Cyrillus quartum restitueretur. Abhinc usque ad ejus mortem duo anni, quibus nihil fere

1) Scripsit ex hoc consilio epistolam Italice ad *Antonium Legerum*, pastoris provincia Galatae fungentem, quae est in *Lettres anecdotes* p. 56.

2) Plures hinc misit epistolas Italico de industria, opinor, sermone exaratas ad eumdem Legerum l. l. p. 77. 85. 100. 107.

quietis, sed sempiterna sollicitudo, ne frendentes hostes incepta persequerentur. Et nisi legatus Anglicus et Hollandicus magna apud Moradem IV. imperatorem valuissent gratia; citius fato occubuisset Cyrillus. Quum vero Sultanus anno 1638. contra Bagdadum urbem exiisset; Jesuitae in Bairanu Bassae, imperatoris amici, gratiam se insinuarunt, deferentes Cyrillum laesae majestatis reum, quod Caussacos ad diripiendam urbem Azekam (Azof, Tanäis olim appellatam) evocasset. Iratus imperator, re non quaesita, trucidari Patriarcham jussit; quod quidem mandatum per urbis praefectum, qui *Kaimakan* apud Turcas audit, justo celerius peragitur. Cyrillus die XXVI. Jun. 1638. deprehensus in Bospori arcem rapitur. Nocte insequente a militibus, ipsum in exsilium mitti simulantibus, in cymba impositus, ad portum Sancti Stephani prope septem turres situm transvehitur. Sed auguratus mortem Cyrillus, genubus flexis multum et intente precatus, in mari altiore laqueo suffocatus est, vestes divisae et postridie in foro venditae, corpus in mare dejectum. Quod quum piscatores invenissent; ab amicis humatum est. Eo vero iracundiae et furoris processerunt ipsius hostes, ut corpus repertum et effossum iterum in mare dejicerent. Iterum ad insulam appulsum invenerunt et clam humarunt amici. Fuerunt etiam, qui ad successorem Cyrillum Berrhoeensem accurrerent, clamantes: *Πίλατε, δὸς ἡμῖν τὸν νεκρὸν, ἵνα αὐτὸν θάψωμεν.* Qui quum mox ipse de loco dejectus esset; qui eum excepit *Parthenius secundus*, sedata hostium iracundia, ejus ossa solenniter in ecclesia humari jussit [1]). Sic misere ille deperiit, vigesimus ex obsessione urbis Patriarcha.

---

1) Narrant rem Thom. Smith., *Eduardi Pocockii*, Orientt. Oxoniae Professor, qui quattuor annos apud Orientales degerat, narrationibus confisus, in libro *de Cyrillo* p. 123; Leo Allatius l. l. III. 11.; *Conopius* Protosyngellus, *αὐτόπτης*, literis ad Legerum IV Jul. 1638. datis, quas describendas curavit Hottingerus l. l. p. 564. Idem est ille Conopius, qui diu in *Calvini institutionibus* graece reddendis laboraverat, amicus Cyrilli et reformatae ecclesiae fautor.

Duo praeterea monere liceat, ex quibus alacre ejus et indefessum studium amorque literarum sacrarum elucet. Donavit Regi Angliae Jacobo I. illum V. et N. Testam. codicem, qui, ut fama fert, a Thecla quadam Aegypta Nicaeni concilii tempore scriptus est. Est, quamquam in N. T. mutilus, maximopere aestimabilis; Critici viri Cod. A. i. e. Alexandrinum notare eum solent. Nunc in museo Britannico Londini reservatur [1]). Non solum textus castitate et antiquitate dignus est qui memoretur; sed etiam quia Clementis Romani, qui auctor fuisse perhibetur, duas ad Corinthios epistolas continet, quae alias non leguntur [2]). Deinde Cyrillus in primam N. Test. editionem, cui in recentiorem linguam Graecam versio fuit adjuncta, incubuit; certe adjuvit *Maximum Calliopolitam*, qui illam accuravit. Testatur in praefatione ab ipso scripta, instigante Cornelio de Haga factam esse talem editionem. In lucem prodiit 1638. vel Genevae, ut olim credebatur, vel Lugduni apud Elsevirios, alterum Londini 1703. editore *Seraphimo Milylenaeo.*

Praeter auctores, quos appellavi, adeundi sunt iis, qui de Cyrilli rebus inquirere velint, *Tentzelius* Monatliche Unterredungen 1695. p. 460.; 1697. p. 482. 490.; *Joannes Franciscus Buddeus* Allgemeines historisches Lexicon Tom. I. p. 1223. et *Encylopaedia* ab Erschio et Grubero suscepta Tom. XXII.

§. 5.

Ex quo tempore catholici effecerant, ut Graecorum per Poloniam et Russiam degentium plurimi ad unionem, quam

1) Cfr. *Griesbachius* ad N. T. edit. Prolegomena p. CI. Editus est, quantum N. T. complectitur, a *Woiwodio* Londini 1776, quam edit. recudendam curavit *Spohn* Lips. 1788.

2) Primum editae sunt a *Patritio Junio*, Caroli primi bibliothecario, Oxon. 1633. Cfr. *Neander* H. E. I. 735. *Thom. Ittig* dissert. de patribus apostolicis in Biblioth. Patr. Apostolicorum, Lips. 1699. Tom. I. p. 232. sqq.

dicunt, adducti essent; permultis regionibus haec discordiarum semina suos fructus tulerunt. Erant in oppidis haud paucis clericorum duo genera; tristis ecclesiarum conditio, quarum una pars unioni addicta fuit, altera non magis ab omni cum catholicis conjunctione sive ficta sive seria abhorruit. In una urbe videres duos episcopos, duos ritus, duplicem religionem, ut de minoribus sectis taceam, quae tota Polonia et passim in Russia sedem fixerant. Poterat exspectari, talem rerum statum non diu posse sustentari, remque alienam, antiquitati non consentaneam, fore inferiorem. Consenuerunt etiam in dies magis catholicorum vires, eorum satellites pauciores facti, et qui fortissimi et sagacissimi habebantur et erant catholicae fidei auctores et statores, suspectiores exstiterunt eorumque conatus, ubicunque conspiciebantur, minus accepti quam despecti sunt. Nec vero habebant, qui antiquae fidei rationi faverent, firmum fundamentum, quo inniti, non signum, ad quod convolare possent, non arma recens apparata ad novos adversarios defendendos apta. Imo quam proximis temporibus acceperant Graeci confessionem, eam Calvinianis dogmatis plenam horrebant, nec suis consuetudinibus, suis fidei legibus, suis antiquitate sancitis decretis congruere sentiebant. Duo igitur impugnanda erant, ut prisca ecclesiae species penitus restaurata esset, tum ad catholicos inclinatio tum Calvinianae fidei contagio. Novus liber conscribendus, ad populi captum accommodatus, nec doctae rerum, de quibus lis fuit, inquisitioni dissentaneus. Non vero e media ipsa Graeca ecclesia, non ex veterum istorum Patriarcharum, qui ceteris facem praeferre olim consueverunt, sedibus illud concordiae instrumentum profectum est; sed ex ecclesia, quae, viribus additis, nuperrime ab egena Graecia patriarchatum acceperat [1]. Obtinuit sedem Metropolitae Kio-

1) Factum est anno 1588. suadente Borisio Godunovo principe; quum *Jeremias*, Patr. Const., Russorum imperatori hanc dignitatem venderet; primus ab imperatore constitutus patriarcha fuit *Jobus*. Redux in patriam factus Jerem. anno 1593. synodum convocavit, in qua iterum

viae ex anno 1632. vir amplissimo genere oriundus, scientia conspicuus, multis in Russorum ecclesiam meritis valde celebratus, *Petrus Mogilas*, a Graecis non unitis creatus aque Theophane, patr. Hieros., vacante sede Constant., muneri sancto inauguratus. Pater ipsius fuit Symeon Iwanowicius, Walachiae dux; unde et divitiis non minus prae ceteris eminebat, quam nominis celebritate. In hac vero provincia videntur maximae de fide nova et antiqua discordiae exortae fuisse. Quum enim et Walachia et Moldavia suos haberent duces; non debebant qui sacris praefuerunt Turcarum crudelitatem timere; et propter studia clericorum vere ibi fuit antiquorum dogmatum sedes ac domicilium. Et haec ipsa res videtur in caussa fuisse, cur altera in Cyrillum Lucarium synodus, cui et ipse Petrus Mogilas nomen subscripsit [1]), *Jasii* celebrata sit, mens. Maj. 1642. Ante vero jam ipse Mogilas, qui et *Liturgiarii*, quod 1629. edidit, auctor est, paraverat opus, quo non solum Cyrilli errores, sed etiam catholicorum dogmata prudentissime voluit evitare. Nec acceleravit hoc sibi a semet ipso impositum munus omnique modo cavit, ne forte — id quod Cyrillo Lucario damno fuerat — privatas opiniones subjiceret. Convocavit igitur anno 1640. synodum provincialem in suam urbem, ibique cum tribus episcopis, quibus praefuit, aliisque suae provinciae clericis, doctis ac nobilibus hominibus, *catechismum*, cujus pri-

---

ac solenniter libro exhibito jura et privilegia novi Patr. exscripta exsignataque concessit.

1) His verbis usus: *Τῇ συνοδικῇ ταύτῃ ἐπιστολῇ τοῦ παναγιωτάτου πατρὸς καὶ ποιμένος ἡμῶν Πατριάρχου Κωνσταντιν. συμφωνῶν ἐν πᾶσι καὶ συναινῶν ἐγὼ Πέτρος Μογίλας, ταπεινὸς Ἀρχιεπίσκοπος Μητροπολίτης Κιόβου καὶ Ἁλικίας καὶ πάσης Ῥωσίας, Ἔξαρχος τοῦ ἁγίου Ἀποστολικοῦ θρόνου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, Ἀρχιμανδρίτης τῆς λάμπρας Πιετζαρίου ὑπογράφω ἰδίᾳ χειρὶ δι' ἐμέ τε καὶ ἐκ προσώπου πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἐκκλησίας τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς τῆς οὔσης ἐν τῇ μικρᾷ Ῥωσίᾳ.* — Tanta vero antiquorum dogmatum ardore flagrabat, ut, simulac ad Metropolitae dignitatem enit, *unitis* Graecis sacras Sophiae aedes eripuerit.

mus auctor fuisse fertur *Isaias Trophimovicius Kosslówskius*, claustri Kioviensis Nicolao dicati *Igumen*, qui vocatur, i. e. ἡγούμενος, iterum ac saepius legit, ut quaecunque minus probarentur, resecaret, et quae desiderarentur, adjiceret. Res ipsa docet, hoc symboli breviarium lingua Russica fuisse compositum. Decreverunt vero, confessionem probatam et limatam proximo jejuniorum tempore Patriarchae Constantin. mittere, ne quid auctoritatis libro symbolico deesse videretur. Jam opus fuit, ut in Graecam transferretur linguam, quam operam ab ipso Petro Mogila libro tributam esse puto. Hanc fuisse libelli rationem, et ipsa rei natura docet, et titulus significat, quem scribit *Nectarius* fuisse: Ἔκθεσις τῆς τῶν Ῥώσσων πίστεως, de lingua utique nihil addens [1]). Non igitur, ut existimat Hofmannus [2]), falsus videtur esse *Adrianus*, ultimus Russiae Patr. 1690 — 1700, qui librum conversum edidit, in praefatione contendens [3]), suo demum tempore a se et ab imperatore catechismum, in *Russicam* linguam translatum, edendi veniam *Barlaamo Jassinskio*, Metropolitae Kioviensi 1690 — 1707, datam esse. Spectat haec, quam dedit, venia aut ad formam catechismi, qualem mutatus et probatus habuit; Nectarii vero verba l. l. p. 9., quibus librum *dudum* jam Russorum lingua divulgatum fuisse significavit, de breviore libri forma [4]) intelligenda sunt; aut

---

1) Nectarii epist. synod. quae legitur infra p. 7. Certiora de prima hujus celeberrimi libri adumbratione constaret, si illius synodi Kioviensis *acta* adhuc exstarent. Aut exaruerunt aut ab adversariis, quod alii existimant, penitus sublata sunt.

2) *Historia catechismi Russorum* praefixa edit. quae prodiit 1751. §. 8.

3) Legitur haec praefatio in *Frischii* vers. catechismi 1727.

4) Non enim exspectavit *Mogilas*, usquedum catechismum approbatum reciperet; sed jam anno 1645. Kiobi Polonica et Russica dialecto et iterum 1646. Lembergae brevem catechismum in vulgus edidit, pollicitus in praefat., se proxime uberiorem fidei confessionem emissurum esse. Non vero assecutus est suum concilium. Nondum enim amplior ille catechismus ad auctorem redierat, quum d. XXXI. Dec. 1647. moriretur. Academia autem orthodoxa (Kievo-Mogilaena,

ad linguarum diversitatem; ita ut jam ante *Slavonica* dialecto exstiterit libellus, Russica vero Adriani tempore editio prima fuerit. Denique si quis est, qui illa ratione utriusque episcopi verba non concordare putet; Nectarium in aliena re quam Adrianum [1]) in sua errasse malim. Ut igitur Constantinopolitanus Patr. sua auctoritate librum confirmaret; petierunt qui jam illam expositionem domi comprobarant, ut in eamdem Moldaviam, ab utraque urbe pari fere spatio remotam, legati mitterentur, penes quos esset, de re deliberare. Missi sunt Constantinopoli *Porphyrius*, Nicaeae Metropolita [2]) et *Meletius Syrigus*, magnae ecclesiae doctor, patriarchae vicarius et plenissima synodi universae facultate instructus. Moscovia vero delegati sunt tres viri *Jesaias Trophimus*, *Josephus Cononovicius* et *Ignatius Xenovicius*, quos Nectarius a scientia et prudentia mirifice collaudat, quique cuncti jam synodo Constantin. contra Cyrillum habitae assentiendo suam mentem aperuerant. Quorum virorum conventus, Jasiensis synodi quasi continuatio ac finis, libro in censuram vocato ultimam limam admovit, ita ut opus Kioviae inchoatum et in Moldavia emendatum dignum videretur, quod quattuor Patriarchis sanciendum et confirmandum traderetur. Russici Patr. judicio non opus fuit, quum ipsa confessio a Russis profecta ac proposita esset. Illi igitur

---

Kiewomogilaenoza, Borowskiana), quam fundaverat, ejus memoriam noluit obliterari. Sanxit enim hanc legem, ut quotannis die, quo vita excessit, et doctores et discipuli, sacris peractis, orationi super ejus tumulo habendae interessent.

1) De hoc Adriano ejusque libris, quorum nullus lucem adspexit, vide *Strahlii* librum: Das gelehrte Russland, Leipz. 1828. p. 271. Miror sane, hanc Adriani operam silentio ibi fuisse praeteritam, neque ullo loco Jasinskianae vers. mentionem injici.

2) Idem esse videtur, qui nomen subscripsit synodo Const. primae in Cyrillum habitae: ὁ *Πολιανῆς Πορφύριος*. *Poliane* vero urbs ad archiepiscopatum Thessalonicensem pertinet. Alteri illi synodo Jasiensi adstipulatus est ὁ *πρώην Νικαίας Πορφύριος*, in quo quid sibi velit πρώην non satis possum computare. Nectarius enim eum l. l. p. 7. pluribus annis post dixit *Μητροπολίτην Νικαίας*.

Patriarchae non dubitarunt suis nominibus subscriptis commendare librum eique totam Orientalem ecclesiam obstringere 1643. Quantum vero legati illi in breviario, suo judicio subjecto, mutarint; id ignoramus; hoc vero verisimile, adumbrationem jam formam catechismi habuisse ac tribus partibus omnia absolvisse, scilicet ad tres virtutes, ex Augustini aetate frequentatas, fidem, spem, caritatem. Quaeramus potius de perfecti libri, qui vel catechismi vel *ὁμολογίας* nomen accepit, natura. Prima parte de *fidei* definitione agitur, primusque Nicaenae formulae articulus quid sibi velit declaratur. Disseritur de deo, tribus personis, de divinis attributis, de angelis tum bonis tum malis, de protoplastorum statu innocenti ac per peccatum in deterius immutato, de providentia, de septem spiritus s. donis, de novem ecclesiae praeceptis, de mysteriorum natura et numero. Altera parte quid sit *precatio* s. *oratio* exponitur, et, ut decebat, regales illae preces, quas Christus instituit et docuit, latius explicantur; etiam de epilogi antiquitate et usu disputatur, denique novem evangelicae beatitudines pertractantur. Tertia parte exponitur, quae sint *opera bona* ex Matth. V. 3, — 12., ex quibus tamquam maxime praecipua *jejunium* et *eleemosyna* disputantur. Hinc facilis fuit ad *peccata* transitus, quorum partitio in *letalia* et *non letalia* etiam hic obtinuit. Ex primo genere imprimis inquiritur in peccata in Spiritum s. commissa et quae ab ipso deo ultionem exposcunt. Alterum genus ex decem Mosis praeceptis colligitur, ita ut in primi expositione *sanctorum invocationis* fit mentio, et in alterius, quod ut apud reformatos [1]) de imaginibus agit, ex-

1) Cfr. *Geffken* über die verschiedene Eintheilung des Decalogus und den Einfluss desselben auf den Cultus. Hamburg, 1838. Ut enim de librorum canonicorum et apocryphorum Augustinum inter et Hieronymum dissensio fuit, quae post multa saecula revixit; sic etiam de decalogi ordine, quamquam in hac certe re non ad litis acritatem perventum est. Lutherus, Augustinum secutus, secundum textum Hebr. ac Vulgatam imaginum interdictionem cum primo praecepto copulavit;

plicatione de *cultu imaginum* edoceamur. Liber hac forma instructus, ad vulgarem et popularem sensum accommodatus, doctiores tamen inquisitiones non omisit lectoresque ad obscuriores et abstrusiores quaestiones deduxit, veluti de trinitate, de Sp. sancti processione, de purgatorio et aliis. Lubet fere, eum contendere cum Catechismo Romano, cujus sane auctores magis et curatius pastorum officia exponere eorumque fidei succurrere voluerunt. Habet uterque etiam id commune, quod magno cum studio eorum, quae tractantur, fundamenta e script. sacr. petita adversariis studet opponere, deinde vero veterum patrum auctoritatem magni aestimans illa fere exaequat. Nec volumus diffiteri, catechismi Orientalis auctores ad optimos eosque probatissimos provocasse patres, iis nimirum exceptis, in quos antiquitus aliqua haereseos infamia adspersa fuit, veluti in Origenem ejusque pares, aut quos per mediam aetatem injusta pressit oblivio, veluti Justinum M., Hippolytum, Eusebios. Collaudant Dionysium Areopagitam, Gregorios, Cyrillos, Basilium, Athanasium et concilia ea, quae Graeci acceperunt.

§. 6.

Illo tempore, quo et Lutheranae et catholicae ecclesiae adhuc spes fuit, fore, ut ad alterutrum coetum Orientales possent duci; exstiterunt, qui hanc confessionem aut nostrae aut Romanae fidei favere audacter affirmarent vel temere arbitrarentur. Multa hoc libello contineri, quae nostris dogmatis aut congruant aut possint cum iis conferri, adnotavit aliquoties *Feuerlinius*, theol. quondam Gottingensis, in dissert. *de religione Ruthenorum hodierna* 1745. Neque id falso videtur dictum esse. Sic enim mihi est persuasum,

---

at vero Hieronymus, antiquiorem et, Philone et Josepho testibus, inter Judaeos usitatiorem rationem sectatus erat, quae in ecclesia Graeca continuo permansit. Cfr. *Daserus* tract. in quo Augustiniana decalogi divisio stabilitur et vindicatur p. 7. sqq.

Orientalem ecclesiam in plerisque dogmatis antiquam et liberalem prae se ferre speciem, quam tantum absum ut ei crimini vertam, ut contra in ea summam ejus laudem positam esse existimem. Nostri igitur majores, quum vellent ecclesiam ad priscam formam revocare, debebant sane in aliis cum Graecis prorsus consentire, in aliis ad eorum similitudinem accedere, in quibus ipsi sinceriorem et antiquiorem rationem conservarant. At contra alii asperius judicarunt, multa inesse, quae Romanorum dogmata redolerent, et quanto magis ipsi a quovis Romani moris, ritus et religionis vestigio abhorruerunt; tanto majore cum fastidio hanc confessionem persecuti sunt. Non sine ira judicium tulit Thom. Smithius, qui in Miscellan. p. 9. Meletium Syrigum, quem in elimanda et perficienda confessione multum elaborasse constat, *Graeculum tenebrionem* dicit, *partium studiis addictissimum* et in collegio Graecorum Romae educatum. Mirifice factum est, ut, quicunque de confessione tamquam ad Romanorum opiniones plus justo inclinante male sentirent, omnem in hunc Meletium, quem et Feuerlinius l. l. p. 14. manifestum *Λατινόφρονα* dixit, culpam transferrent, id quod praeter Smithium multi fecerunt. — Non vero mihi ita indulsisse videtur Romanae doctrinae, quam quod pernovit, nemo prudens audebit reprehendere, ut prisca suae ecclesiae dogmata per vim abrogaret vel obscuraret. Neque eum ab omni parte catholicis probatum fuisse, testatur et illud, quod, quum in libro contra Cyrillum Lucarium conscripto septem tantummodo synodos legitimas et obstringentes voluisset esse, ipsi Romani prohibuerunt, quominus liber Venetiis typis exscriberetur. Et ipsius catechismi levis lectio docet, Romana dogmata, de quibus contentiones inter utramque ecclesiam saepissime fuerunt, magno cum studio esse impugnata, veluti de Sp. s. processione, quem locum tam firmiter circumvallatum esse contra Romanorum incursiones videmus, ut Scr. sacr. loci, patrum scripta, acta synodalia, eccles. historiae libri, codicum manuscr. fides, duae istae

argenteae tabulae, Romae in Basilica S. Petri appensae, in auxilium vocentur. Ipsa vero rei natura docet, in aliis auctores catechismi, quippe Calvinianae doctrinae, quam propter Lucarium vellent ex sua ecclesia tollere, adversarios, quasi imprudentes ac fere invito animo ad eam rationem deferri debuisse, quae reformatae esset e contrario esset opposita. Elucet hoc clarissime tum ex vocabulo *μετουσιώσεως*, quod non, opinor, usurpassent, nisi Cyrillus spiritualem in coena sacra usum protulisset; nec locum spurium 1 Joann. V. 7. (Confess. I. q. 9.) Graecis usque ad saecul. XIII. penitus ignotum adhibuissent, nisi is inter discordias demum de unione habitas innotuisset ac sine judicio et fortuito adoptatus fuisset [1]). Sed in alia re primaria, in loco de ecclesiae moderatione, de singularum ecclesiarum auctoritate prorsus aequabili, Papae potestati, in qua sola aut respuenda aut admittenda rei cardo vertitur, omnino nihil largiuntur. Denique si voluntas Romana dogmata admiscendi auctoribus vere fuisset; vix puto sibi tantopere temperavisse, nec latuisset ecclesiae Graecae tunc temporis et post principes. Nullus vero exstitit, qui confessionem renueret, quin potius non solum synodus Hierosolymitana a. 1672. orientalem ecclesiam agnoscere librum et complecti ut veram suorum dogmatum expositionem contestata est; sed etiam *Dionysius*, Patr. Const., eodem anno hanc confessionem iterum confirmavit.

Etiamsi Heineccio (l. l. p. 236.) credimus, contendenti, in inferioribus Graeciae regionibus semper fuisse, quorum quisque suam ex Epiphanio aliisque patribus sibi composuerit confessionem; excusatos tamen illos habeam, quod sensim symboli severitati adsuefierent. Et quo magis veterem eamque nobilem liberalitatem retinuit ecclesia Graeca; eo minus de scripta litera voluit dependere. At certe in Rus-

---

1) Cfr. *Griesbachius ad locum 1 Joann. V. 7.* dissert., quam edit. N. T. Tom. II. s. fin. adjecit p. 11 et 12.

sia, quippe in libri patria, mox haec confessio ad summam laudem atque gratiam effloruit. Post alias, ut videtur, editt. jussu imperatorum Joannis et Petri Alexiovicii Adrianus, quem supra dixi, eam typis exaratam evulgavit 1696. idiomate Slavonico; quam editionem mox secutae sunt Moscoviensis 1702., Kioviensis 1712., Tschernigoviana 1715., Petropolitanae duae, 1717. et altera, ut in ipso titulo significatur [1]), Russica 1722. Haec ipsa est, quae Petro M. jubente et sacra generali synodo confirmante accurata est. Comprobavit iterum summus ille imperator eam in *Ordinatione ecclesiastica (Geistliches Reglement)* p. 20., quam conscribendam curavit a. 1723. Quamquam enim de prolixitate catechismi paullulum conquestus est, eaque de caussa *minorem catechismum*, de quo alias agetur, edendum curavit; tamen quum illum divulgari jusserit, Adrianusque Patr. in praefatione, quae adjecta est, enixe commendarit; id magno testimonio est, hunc librum pro summo symbolo, a quo recedere nefas semper putabatur, habendum esse. Merito igitur ejus auctoritas ita semper viguit, ut, quicunque de orientalium ecclesiarum fide ac natura exponere vellent, ad illam confessionem ceu ad limpidissimum et quasi perennem fontem lectores revocarent. Id quod non solum apud nostros homines usu venit, qui dogmatum historiam perscrutati sunt; sed etiam apud Graecos Russosque, qui, quamquam aliquoties nova doceri, inaudita proponi videbant, tamen, ubi ad discernendas controversias ventum est, ex hac confessione cuncta vellent dirimi ejusque ope ad pacem et concordiam invitare. *Feuerlinius* quidem (l. l. p. 16.) arbitratur, in illis rebus, in quibus Petri M. placita, tum in

1) In titulo, qualem apud *Frischium* legimus, haec sunt: Zu Ehren der heilig. Dreieinigkeit ist dieses Buch die rechtgläubige Bekenntniss der Kirche im Morgenl. auf Befehl Petrus des Grossen etc. unter hoher Verordnung des heiligen Synodi im Druck herausgegeben worden in St. Petersburg zum andernmahl a. 7730. (1722, Indict. V.)

ordinatione illa tum in catechismo minore proposita, ab hac orthodoxa confessione recedant, nullam hujus apud Russos esse auctoritatem; videntur tamen haec discrimina partim pauca esse et exilia; partim ipse ille scriptor confessus est, in plurimis partibus religionem Graecorum et Russorum recte illo libro symbolico contineri. Unicum symbolum nuncupavit hunc librum etiam Frischius in praefat., quam praemisit interprett. Germanicae, testatus, se de summa libri auctoritate ab ipsis Russis certiorem factum esse. Item legimus apud Hofmannum (hist. Cat. §. 9.), se ex multis Russis, quibuscum familiaritatem habuerit, quaesivisse de catechismi sanctitate, sibique semper responsum esse, optime et certissime ex eo religionem Orientalium posse cognosci. Quapropter etiam qui non de ipsis dogmatis sed de statu vel de cultu illius ecclesiae scripserunt, ex hac confessione veluti ex totius ecclesiae fundamento cuncta repetere satis habuerunt. Sic rem suam exsecutus est *Th. Smithius* aliique, et qui recentissime ex ipsa Russorum gente de sacris, quae obire officium est, exposuit *Murawieff*, superior procuraturae adjutor ad sanctam synodum, cujus libellus eleganter et sagacissime conscriptus a *Muraltio* in vernaculam versus est: *Briefe über den Gottesdienst der morgenländischen Kirche*, *Leipz.* 1838., cui addendus est libellus ab ipso Muraltio conscriptus: *Erklärender Anhang zu den Briefen* etc. s. *Lexidion der morgenländ. Kirche nach den besten schriftlichen u. mündlichen Quellen*, *Leipzig* 1838. Nec potest prisca illa et ab omni parte commendabilis confessio ad veterem suam gloriam, si quid ei unquam detractum sit, hac tempestate non pervenire, qua potentissimi ac fortissimi imperatoris auspiciis, qui hucusque intra sui imperii fines catholicorum dogmata sectati sunt, ad avitae ecclesiae gratiam redirent. Quae quidem res imperatoris potentissimi sapientibus consiliis eo magis debuit convenire, quo magis amplissimi imperii gentes in unum coalescere in votis habet.

§. 7.

Forte vero nec immerito hanc confessionem oculis perlustrans mireris, qui factum sit, ut Graecae linguae mirifica venustas tam subito ad hanc non mediocritatem sed verborum ac formarum farraginem defloruerit. Qui enim paullo ante vixit Cyrillus Lucaris, ita Graece scripsit, ut certe quid velit facillime intelligas. At contra hujus libelli auctores mirum quantum abhorrent a puritate linguae. Non enim solum proprias habent verborum structuras, veluti quum praecedente part. ἵνα ne Infinitivum quidem ponere dubitant, sed novas et inauditas formas usurpant, ut τινὰς, οὐδένας, nova vocabula fabricantur; ut τέτοιος, κάποιος, ἐσὺ, et antiquis ita abutuntur, ut nova eorum species exsistat, ex quorum genere et partic. in — ωντας — οντας et verba in — ωνω sunt, novas tribuunt verbis significationes, veluti quum partic. κάθα modo pro proposit. modo pro pronom. distribut. modo pro adject. habeant. Haec omnia, quae facili negotio poteram ita augere, ut lexicon et grammaticam componerem, lectorem terrent magis quam alliciunt. Difficultas crescit, quum non tam pravum dicendi genus videatur esse, quam nova dialectus, cujus propria nec lexico ullo nec grammatica adhuc descripta videas. Nec enim *Dufresnii* nec multo minus *Suiceri* lexicon ad vocabula tum nova tum mutata tum novis significationibus praedita facilius intelligenda sufficit, ita ut, qui tanta esset lectione tantaque assiduitate, ut illorum thesauris exhaustis novum et uberius opus, quo, quaecunque a Graecitate abhorrerent, diligenter composita essent et in ordines redacta, exarare voluerit; is profecto de ista lingua et recentiorum Graecorum placitis theologicis optime meruerit. Est enim ista quasi media, nec prisca nec illa recens, qua nunc utuntur Graeci; mixta igitur, a vetustate vero magis quam a recenti linguae forma aliena, qualem tunc temporis Graece loquentes formarant. Quam quidem auctor confessionis non eo elegit, quasi rectius dicere

et scribere nescivisset; sed ut eo melius ad lectorum etiam illiteratorum captum sese insinuaret [1]). Quod consilium, illis temporibus accommodatum his molestum, libello ipsi, quippe catechismo, fuit aptissimum.

§. 8.

Sequitur, ut de editionibus nostris aliqua disputem. Edit. princ. prodiit Amstelodami a. 1662., praemissis *Nectarii* et *Parthenii* epistolis commendatitiis. Hanc procuravit *Panagiota*, ad Turcarum aulam interpres, ea re magnam laudem nactus et apud Nectarium (p. 50.) et apud plurimos, Graecae ecclesiae studiosos. Viderat enim exemplarium manuscript. inter Graecos paucitatem, quam ita voluit elevare, ut Graecum exemplar latinitate donatum Amstelodamum mitteret typis exarandum. Hinc falsa Caroli du Fresne opinio [2]), Panagiotam ipsum catechismum in linguam Graecam eamque vulgarem convertisse; quum Nectarius (p. 51.) id tantum laudis ei tribuat, quod in *latinam* verterit linguam et quamquam multis et alienis curis districtus suis impensis (οἰκείοις ἀναλώμασι) edendum curavit. Addit vero *Antonius Arnoldus* [3]), misisse illum quidem in Belgiam pecunias, Ordines vero tanta fuisse liberalitate ac munificentia, ut, remisso auri pondere, suis sumtibus librum typis describi maluerint. In qua re id potissimum videtur mirabile esse, quod Belgiae ordines, ante Cyrillo amicissimi, ei subito ita mente alienati fuerint, ut sine ulla caussa librum Cyrillo oppositum gratis in lucem edere voluerint; nisi forte putas eos Panagiotae gratificari cupiisse, ut ejus gratia apud Tur-

---

1) Id ipsum Nectarius recte vidit, qui in epist. p. 51. πεζὴν istam φράσιν, quam interpres bene *vulgarem* et *rudem* dicit, eo excusat, quia ita οὐ μόνον σόφοις ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς facile omnia pateant.

2) In *lexico med. et inf. Graecitatis* s. v. μά p. 839. et in indice auctorum, quorum opera laudantur, s. calcem lexici p. 57.

3) *De perpetua eccles. cathol. fide in negotio eucharistiae Tom. III.* p. 650.

carum imperatorem nescio quid consequerentur [1]). Sed tum id certe non satis possum computare, omnia exemplaria ab Ordinibus, qui ipsi sumtus fecissent, Constantinopolin esse transmissa. Illa enim editio nusquam apparet; ejus vero vel πρωτότυπον vel manuscriptum aliquod fertur a Gallico legato Parisios missum fuisse [2]). Iterata etiam et quidem precibus Dionysii esse dicitur [3]); de qua nova edit. minus etiam quam de prima constat. Hinc Normannus conjicit, in iteratis editt. a Panagiota, homine doctissimo quidem sed vaferrimo ingenio [4]), haud pauca fortasse esse mutata. Quod tum difficillimum est ad demonstrandum, quum nullum emendationis clarum appareat vestigium, tum a veri similitudine videtur abhorrere, aliquem vel doctrina et auctoritate maxime conspicuum libro ecclesiastico non pepercisse, praesertim quum idem ille de summa in rebus dogmaticis et liturgicis constantia maximopere semper gloriatus sit. — Prima editio, quae Graecorum doctrinam Germanis ceterisque exteris gentibus impertivit, fuit *Normanniana*. Laurentius enim Normannus, Upsalae Professor Theologiae ibique bibliothecae Praepositus (denatus 1703.) anno 1688. a *Gabriele Spar-*

---

1) *Tentzel monatliche Unterredungen* 1695. p. 441.

2) De prototypo narrat idem Tentzelius p. 442. cll. cum praefat. quam *Normannus* suae confess. edit. praefixit, p. 24. De manuscripto refert *Normannus* p. 22. Illud jam anno 1671. ab ipso Panagiota dicitur ad Marchionem de Nointel cum epistola missum esse, ut ab oratore in patriam reverso possit palam declarari et hoc documento comprobari, Graecorum fidem longissime a Calviniana discrepare. *Manuscr.* autem anno 1673. Dionysii Patr. sigillo confirmatum cum literis misit legatus Parisios, de re quasi nova et inaudita gloriatus, teste Normanno. Videntur haec discrepare, quippe alterutro jam sufficiente, vel prototypo vel hoc manuscr. Utrumque fortasse stare poterit, quum prototypon ab interprete traditum, post patriarchae sigillo probatum Parisios missum esse dicimus. Vix vero puto legatum duos fere annos praeterire passum fuisse.

3) *Tentzel* l. l. p. 444. *Arnoldus* l. l. p. 685., qui et Dionysii literas edit. commendantes operi suo inseruit.

4) *Tentzel* l. l. p. 449.

wenfeldio, cujus museum peregrinis et rarissimis libris plenum fuit, exemplar acceperat confessionis, quod huic Moscovita nobilissimus donaverat. Normannus festinanter descripsit et in linguam latinam vertit. Fuit igitur edit. sine latina vers., in qua, ut addit, paginis adversis et Graeca typis exarata et Slavonica calamo descripta haberentur, ergo nec Amstelodama nec Constantinopolitana. Jam vero Upsalam venit bibliopola, qui ubi vidit rarissimum librum, summo opere rogat, ut ipsi typis describendum committatur. Haud abnuit Normannus. At ille post triennium nihil nisi verba dedit; frustratus fuit doctus vir. Venit interim liber Lipsiam ad *Adamum Rechenbergium*, qui quid libro fecerit, non satis liquet. Eidem Rechenbergio magnas Normannus ut editionis suae adjutori habet gratias, non addens, quo pacto ipsi auxiliatus fuerit. Miro vero fato occidit, ut eodem anno, quo Normannus suam edit. in lucem misit, accepto ex Belgia, ex bibliotheca Ryckiana, altero exemplari, inscio Normanno, altera editio prodiret; eodem titulo, iisdem typis, iisdem erroribus sive typographicis sive antiquioribus, iisdem paginis et suis et ad marginem adscriptis, iisdem notis marginalibus, eadem equi volantis figura titulo impressa, denique altera alteri ita similis, ut unus liber videatur esse. Habet uterque hunc titulum: *Orthodoxa confessio catholicae atque apostol. ecclesiae orientalis*, *quam cum interpretatione latina primum edit Laurentius Normannus. Lipsiae, apud Th. Frisch* 1695. Differt uterque liber eo tantum, quod vera Normanni edit., Carolo XI., Sueciae Regi, dedicata, praefatione instructa est, qua de catechismi auctoritate, de editionibus et aliis a Normanno disputatur; in falsa autem ipse bibliopola praefatus est, se accepisse *Lipsiae anno superiori* manuscriptum ab *ipso Normanno*, praefationem se scripturum pollicito; de quo quum non constet, num incolumis domum redierit an perierit, se librum sine prolegomenis nunc emittere quam remorari malle. Quae quum ab iis, quae Normannus ipse de manuscr. sorte narrat, prorsus

dissentiant, probabile reddunt, bibliopolam fucum fecisse, ut malam fraudem obtegeret. Sed praeterea cuncta, quae ad hanc edit. attinent, obscura sunt. Vellem si possem ex Normanno redivivo quaerere, quae non satis patent; veluti hoc, quem sua editio textum referat? Sine dubio Belgicae, quam ab *Joanne Oldermanno* se accepisse scribit. Sed tum quid Rechenbergio gratias agit, qui prius illud exemplar, quod amissum doluit Normannus, nescio quo fato acceperat? Quae ratio est inter primum et alterum exemplar? Ne syllabam quidem addit Normannus. Non multum absum, quin credam, lectiones ad marginem adscriptas partim etiam conjecturas, illas opinor, quae lit. *f.* i. e. *fortasse* indicantur, a Rechenbergio ex priore exemplo additas esse. Quod si ita res se habet, altera illa editio furtim *repetita* est *ejusdem* libri editio. Deinde vero quaererem ex illo, num ista e Belgia asportata editio latinam versionem habuisset, an non? Quae enim Amstelodami prodiit, ea, uti dixi, Panagiotae translatione fuit ornata. Jam vero, si talem recepit Normannus, quidni reddidit? Nam de *sua* semper dixit et versione et editione; et quod omnem de hac re eximit dubitationem, sub finem praefationis sic inter alia scribit: *Dum ab eruditis terrae Galliae viris hoc impetraverimus, ut primigenia illa ipsorummet auctorum interpretatione Latina e Regiis Gazis primo quoque tempore in lucem prolata nostrae huic, cuicuimodo est, quod egregii publici respectu avemus sane optamusque, oblivionem et caliginem inducant.* Ex quo non solum id efficitur, quod modo dixi, exemplar a Normanno emtum versione caruisse, sed etiam illud, quod jam tetigi, cuncta primae edit. exempla Constantinopolin demigrasse. Si enim suppetiisset tale exemplar; hoc amicus Upsalam mittendum curavisset, nec Normannus antiquam auctorum translationem desiderare debuisset. Conjicio igitur, manuscriptum fuisse, quale Belgus nescio quis per Graeciam proficiscens emit, bibliothecaeque concessit, unde *rarissimus liber* — sic enim dicit Normannus — Upsalam emtione

devenit. Videmus hinc, quam scriptores illius aetatis istarum rerum incuriosi fuerint, quas hujus temporis editor nunquam silentio praeteriturus fuisset. Nam ut ad variantes, ut ajunt, lectiones revertar; de tribus tantum Normannus locutus est, quae spectant ad prius illud Sparwenfeldianum exemplar; de reliquis tacet. Prima spectat ad quaest. 70. I. part., altera ad III. q. 20., tertia ad I. q. 109. Ille uterque locus unicus est, teste Normanno, cui emendationes adjectae erant; in tertio suam protulit conjecturam. Primus ille est, quo de Sp. s. divinitate absoluta agitur. Ipse Normannus de origine lect., quae ita ei probata fuit, ut adversus textum apponeret et interpretatione redderet, exponit. Sed fortasse operae pretium est, ipsum Sparwenfeldium haec apud Normannum disputantem audire. „Quae p. 90., inquit, in margine notata et passim correcta sunt, adscripta sunt a reverendis patribus Graecis *Joannikio* et *Sophronio Licudi* ex Kephalonia, cum quibus Moskovae familiaritas mihi magna erat per integros tres annos 1684—86., requisitis, ut hoc scriptum in majorem meam confirmationem de rebus Graecis reviderent, et quae ab iis improbarentur, notarent, ut postea sine mendis esset catechismus hic orientalis ecclesiae Graecae et Slavveno-Russicae.“ Et quum Normannus hanc marginalem lectionem sibi in schedula descripsisset; ille amicus suapte manu consensionem praebuit hisce verbis: *Haec in margine adscripta tamquam necessaria et essentialia a RR. PP. Gioannichio et Sophronio Licudi, fratribus germanis Graecis, ex insula Kephalonia, monachis Ord. S. Basilii M., Moskovae, qui Paduae XVI annis studuere.* Sed idem dolendum est, de quo supra sum conquestus. Res criticas boni illi homines minus accurate susceperunt. Unde enim ista lectio sit desumta, num de suo dederint fratres docti, an ex libro sive scripto sive publice edito, id plane nos fugit. Non vero possum credere, ex libro edito fuisse eam depromtam, aut sua sponte scripsisse monachos; sed usos illos esse libro manuscr., idque ex his

caussis, quibus puto omnes ad assentiendum perduci. Rogarat Sparwenfeldius, ut a Licudis suus liber mendis purgaretur. Profecto non decuisset, nec ille passus esset, ab iis conjecturas qualescunque libro typis exarato aspergi, nec Sparwenfeldius temere his cessisset locum. Quod vero impedit, quominus de libro edito cogitem, hoc est. Apud Normannum (f. 118.) invenio ad illius loci marginem haec: *Licudi p.* 28., ut significetur, Licudis hanc lectionem deberi. Paginae numerus non esse potest, nisi libri, in quo Licudi verba ista legerunt. Jam nullo pacto potest comprehendi, eum locum, qui apud Normannum fol. 118. legitur, in Sparwenfeldii libro fol. 90., apud Hofmannum p. 126., in Licudorum edit. jam pagina seu si vis folio 28. lectum esse. Et si vel forma maxima editio fuisset accurata; multo post exspectandus locus erat. At vero in Cod. manuscr., in quo vocabula minutioribus signis exprimuntur, sane plus dimidio prius possunt exstare, quam in libro typis evulgato, quo literae plus spatii sibi vindicant, et siglorum, quae dicuntur, minus loci est. Jam vero de illius emendationis auctoritate me secus atque illos homines doctos sentire fateor, quare multum abfui, quin in textum vocarem. Molesta est propter repetitionem epithetorum ὁμοούσια καὶ ἰσότιμα, redolet deinde elegantiam quamdam scribendi, a qua hic auctor remotiorem sese habuit, tum vero importuna est, quum de trinitate agat, siquidem potius de Sp. s. natura Patri et Filio congrua sermo est. Denique vix possis satis explicare, unde brevior textus lectio, durior, obscurior, a Graecitate maxime abhorrens enata sit, quam nemo facile, opinor, in faciliorîs et elegantioris locum substituisset. Patria, quae eam procreavit, sine dubio Russia est; exemplar, quo fratres usi sunt, in Russia excusum, quod non solum inde auguror, quod diutissime Moscoviae vixerunt, testeque Normanno scholam a multis frequentatam ibi habuerunt, quum de eorum in Graecia commoratione nihil audiamus; sed etiam inde potissimum, quod Frischius Slavici exempla-

ris interpres eam reddiderit.[1] Quam male cum antecedentibus et post sequentibus cohaereat; manifestum erit, qui de totius loci cohaerentia altius repetierit. Quae locum vexatum antecedunt, dicta sunt, ne quis spiritum filio aut filium spiritu inferiorem esse arbitretur; id quod harum rerum rudis facilius possit in animum inducere, quia in scr. sacr. modo Sp. s. modo filius veluti in doxologiis primum teneat locum. Sequitur vero locum conjectura lacessitum ex script. sacra conclusio, Spiritum s. ipsum Deum esse. Quid igitur exspectes aliud esse interpositum, nisi id, Sp. sanct. naturam filium honore et dignitate aequare? Sic enim talis, quae dicitur, gradatio evadit: Ne quis putet, ex scr. sacr. posse quamdam filium inter et spiritum differentiam effici; tria potius in deo illa sunt aequalia. Jam repetit animo auctor, quod offensionem poterat movere: Si qua est in Scr. sacr. varia Filii et Sp. collocatio; non hinc fit, quasi utriusque personae ad patrem non eadem esset ratio; at contra ad filium sine ulla re in medio posita (ἀμέσως) et maxima cum similitudine se habet spiritus. Esto igitur ex scr. sacr., ad Deum etiam spiritui eandem esse rationem; ut breviter dicam: Spiritus non solum cum filio, sed etiam cum ipso patre eadem natura est. Quae omnia minus bene se habent, marginali lectione vera habita. Displicet non solum illud ἄπαγε τοῦ τοῦτο λέγειν, quod a libri lenitate paullulum abhorret; sed etiam tota expositio quasi circulo saepius jam descripto vertitur, in totius trinitatis natura maxime aequali adumbranda; nec transitum facit ad id, de quo uno sermo est, de Spiritus s. divino numine. Moleste me-

1) His verbis usus: Nicht dass desswegen einiger Unterschied wäre unter dem Wesen des Sohnes von des heil. Geistes seinem, oder des heiligen Geistes von des Sohnes seinem. Weg mit dem, der so redet: sondern weil sie eines Wesens und gleicher Ehre sind, wie wir vorgemeldet, und dass unmittelbar und gleich zusammen der Sohn und der heilige Geist ihren Ursprung vom Vater haben. Der Sohn zwar der Geburt nach, der heilige Geist aber dem Ausgehen nach.

morat duarum personarum e Patre originem aequalem sed diversam; quasi auctor de cunctis non de una edisserat persona. Quare etiam fit, ut legenti totum locum, adjecta lectione marg., mirum videatur, cur tam subito aliqua praeterea addantur, quae tantummodo ad Spiritum s. pertinent. Ut strictim judicium de tota re faciam; adscripsit, qui sibi temperare non potuit, quin opportunitate data capitale dogma iterum lectoribus inculcaret, offensus fortasse loci brevitate obscuritati juncta, quapropter illa verba difficiliora ἀμέσως καὶ ὁμοίως εἰς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα dilatando rem ac cumulando clariora reddere his verbis non dubitavit: Καὶ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀμέσως καὶ ὁμοίως ἐν τῷ ἅμα ἔχουσι τὴν ἀρχὴν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα. Quae ex illis emendationis gratia emanavisse, quis est, qui non videat?

Alter locus, in quo Licudi fratres lectionem discrepantem a textu apposuerunt, minus laboris facesset. Is locus est p. III. q. 20., ubi de baptismo agitur ejusque saluberrimo effectu. Verba vulgatae sunt: ὅποιος δὲ ἐβαπτίσθηκεν, ἐκεῖνος δὲν εἶναι ἐλεύθερος ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν. *Qui vero baptismo purgatus est, ille non liber a peccato;* quae quum per se insane dicta sunt, tum vero maxime illius loci connexioni contraria. Per Licudos illos recte ad marg. libri Sparwenfeldiani pro δὲ scriptum fuit δὲν, quo facto omnia sana sunt. De iis scilicet sermo est, qui non lavacro sacro initiati peccatis involuti sunt divinaeque irae adhuc subjacent. Sed nullus editorum hucusque illam veram et sine dubio antiquam lectionem quantumcunque omnibus probatam in suum textum recepit. Sustentatur a Frischio vertente: Daher wer *nicht* getauft ist, der kann von der Sünde nicht befreyt seyn, sondern ist ein Kind des Zorns und der ewigen Qual. Quae omnia Graecis patribus omnino esse congrua, in his rebus mediocriter versati haud nesciunt [1]).

---

1) Docet jam Just. M. Dial. c. Tryph. c. XIV. p. 231., baptismo hominem adipisci de deo cognitionem peccatorumque remissionem;

Tertiae nec vero ex Licudorum libro exortae varietatis mentionem injicit Normannus, quae spectat ad I. q. 109. Conjicit, Thom. Smithium de statu etc. p. 146. verba εἰς τὴν οἰκονομίαν τούτην δύο πράγματα περιέχονται ita legisse, ut τρία pro duobus agnoverit. Ac videtur sane ille doctus Anglus aut ita legisse aut tacite catechismi, ut audacter loquar, negligentiam correxisse. Non vero ausus sum lectionis constantiam mutare, quamquam ipse catechismi auctor duobus illis, quae per adverb. πρῶτον et δεύτερον effert, adnexit λειτουργεῖν, i. e. προσφέρειν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν πρὸς Θεόν.

Ex his ita disputatis de textus, quo nunc utimur, ratione ac natura constat. Arbitrati, Normannum libro edito et manuscr. uno usum esse, illo in Russia recuso, hoc in Batavia locato et inde transmisso, Licudos etiam ex suo manuscr. examinasse textum Normannianum, hoc facile possumus, etiamsi de illorum librorum origine non quovis velimus pignore spondere, affirmare, eumdem fere textum Normanno apparuisse. Aut enim ipse, si varietatem invenisset magnam, hanc rem stupuisset lectoresque suos monuisset, aut Rechenbergius, ad quem Russicae devenerat edit. descriptum exemplum, quique hoc cum textu Batavo contulisse videtur, paucis certe verbis Normannum certiorem fecisset, aut Licudi fratres non duas tantum fecissent emendationes, aut denique Frischii ex Slavonica lingua interpretatio non adeo cum Graeco textu consonaret. Hoc igitur nobis habemus persuasum, praeter lectiones in Normanni edit. adjectas fortasse nullas inveniri aut paucissimas, easque nullius momenti. Ab hoc igitur textu recedere non ausi sumus, nisi natura loci omnino cogente, vel ubi errore typographico textus videbatur conspurcatus, vel lectione marginali textum praecedente.

Apol. I. 61. Idem Clem. Alex. Protreptr. f. 89., per baptismum fieri ex libero malitiae liberum dei, quocum consentit Cyrill. catech. II. mystag. f. 233. III. c. 12. ed. Milles., quibus ut in Confess. nostra libertas a satanae vi adjicitur a Gregor. Naz. orat. XL. p. 621. ed. Billii Prunaei, Paris. 1609. p. 638. Cfr. *Murawieff* Briefe etc. p. 128.

Hoc vero, quod ultimo commemoravi loco, saepius in mea edit. factum esse, videbunt lectores attentiores, ita ut lectio, quam dicunt, vulgata in notas relegata sit. Saepissime etiam scriptura differt — scribendi enim legum antiquiores editores aeque incuriosi fuerunt atque intercidendi —; paucis interpositis plagulis apparet alius saepe accentus, quasi alia essent vocabula. Elegi igitur eam scripturam, quae videbatur ad Graecum tunc temporis sermonem proxime accedere. A conjecturis vero etiam in obscurioribus et difficilioribus locis fere abstinendum esse duxi, quum in universum certe de textus sinceritate et antiquitate mihi constaret.

De paginis marginalibus, quae in Normann. edit. inveniuntur, diutius dubitavi; praesertim quum eaedem sint, quibus in Thom. Smithii libris loci allegantur, unde efficitur, et Normannum et Smithium eadem usos esse editione. Sed ex ipsis illis verbis Sparwenfeldii, quae supra de emendadatione illa longiore retuli, quaelibet eximitur animo dubitatio. Is dicit, p. 90. esse illam lectionis discrepantiam, et eadem haec est apud Norm. margini adscripta, quam deinceps ceterae suo ordine excipiunt. Apertum igitur est, pagg. margg. esse Sparwenfeldianas, puto a Rechenbergio Lipsiae edit. Norm. adjectas. Ergo tali edit. Russica, de qua supra dictum est, usus est Smithius. Ejus enim citationes, quae dicuntur, omnino cum paginis illis marginalibus congruunt; veluti apud *Smith. de statu* etc. p. 111. laudatur locus *Confess.* p. 125; quem facile reperies, ubi Normannianarum paginarum numerum contuleris. Inde etiam fit, ut Smithii interpretatio, quam locis descriptis addit, a Normanniana recedat, quod sane scio jam ex eo debuisse fieri, quod, ut auguratus sum, *Normanni* est interpretatio, qua nunc utimur, post Smithii studia elaborata.

§. 9.

Sequitur post Normanni curam Germanica ex Slavonica editione, per Adrianum parata, facta interpretatio, quae pro-

diit hoc quidem titulo: *Liber symbolicus Russorum oder der grössere Catechismus der Russen, welchen auch die ganze Griechische Kirche angenommen hat, aus der Slavonischen Sprache, wie sie in Russland gebräuchlich, ins Teutsche übersetzt von Joh. Leonhard Frisch. Francf. u. Leipzig.* 1727. Testatur auctor, se hoc opus suscepisse, ut tandem aliquando clarius ac certius Russorum doctrina et ritus intelligerentur. Quum omnes editiones Slavonicas in manibus voluntaverit; in animum sibi induxisse, ex his Germanicam interpretationem primum apparare, quod eo magis suis hominibus probatum iri sperat, quia Russi potissimum hujus catechismi auctores sint. Confidere vero sese, hanc fore amussim, ad quam tum Graecus textus tum latina interpretatio, quae circumferatur, denique etiam Normanni variantes lectiones, quas inutiles ac falsas inde redargui conjicit, possint ac debeant dijudicari. Nos vero arbitramur, hanc interpretationem posse ad singulorum quorumdam locorum crisin, ut dicunt, vocari, non vero utpote auxilium secundarium tanti momenti esse, ut ex illo de quocunque loco possit subactum judicium fieri. Quod denique Normanni lectiones margini adscriptas attinet; pleraeque non possunt ex hac vers. judicari, nedum, ut ille voluit, ut absonas et inutiles refutari. Partim enim ipsam Graecam linguam spectant, verborum formas, structuras, nullo pacto ad Germanicam e Slavonicis interpretationem judicandas, partim per se tam commendabiles videntur esse, ut illinc nec probatione egeant nec reprobationem accipiant; partim ad Graecos fontes ad libros vel manuscr. spectant, quorum auctoritas temere ex Slavonicis editt. aestimetur. Denique monet Frischius de aliis notis marginalibus in Slavonicis libris repertis, quarum duas praecipue recenset, quibus Lutheranos immerito pungi affirmat. In tert. part. q. 39. ad verba τοιοῦτοι εἶναι ἐκεῖνοι — σωτηρίαν τῆς ψυχῆς τους, quibus temeritas eorum, qui ad praedestinationis severum dogma accesserunt, castigatur, in omnibus Slavonicis editt. haec

esse adscripta: *Lutherani et Calvinistae ita dicunt*, similiter ad verba ejusd. quaest. exeunt. ὁμοίως σφάλλουσι — κληρονομήσουσι τὴν αἰώνιον ζωὴν esse ad marg. notatum: *Etiam hoc dicunt Lutherani.* Quae, ait, adscripta esse ab homine, qui utriusque coetus dogmata et male intellexerit nec bene discernere potuit; conjicit, ab ipso Adriano factum esse, qui hujus opinionis ansam in sua praefatione praebuerit. Ibi enim tum in Lutheranos tum in Calvinistas invectus, illos ex ambitione et libidine e Romana ecclesia descivisse putat, hos a vera doctrina omnino recessisse, membra putrida sua putredine cuncta praecessisse misere a corpore disjecta. Denique addit ille interpres, se duas Damasceni de cultu imaginum homilias catechismis Slavonicis adnexas, quum alibi possint legi, omisisse. Invenio vero aliud additamentum ob raritatem pluris aestimandum, catechismum Petri I. [1]), cujus supra mentionem feci. De quo, ut de ceteris, qui prodiere, catechismis alias disserere lubet, ubi, his probatis studiis, eorum collectionem instituendi tempus et otium suppetit.

Illam istis temporibus magno plausu exceptam interpretationem etiam *Hofmannus* (Theol. Viteb. Profess. Primar. idemque General. Superint.) suae confessionis editioni apposuit. [2]) De qua editione dudum vendita paucis absolvam, quum nova vix dici possit. Graecus textus est Normannianus, eaedemque variantes sunt adjectae, nullo de iis facto judicio. Ipse editor confitetur, se nescire, unde pro-

1) Habet hunc titulum: Eine Unterweisung der Jugend, enthaltend ein A B C büchlein, wie auch eine kurze Erklärung der zehen Gebote des Gebets des Herrn und des Glaubens-Bekänntnisses auf Befehl Petri M. Imperatoris von gantz Russland in den Druck gegeben.

2) Prodiit hoc titulo: Ὀρθόδοξος ὁμολογία τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς. *Hoc est, Orthodoxa confessio catholicae atque apostolicae ecclesiae orientalis cum interpretatione latina et versione germanica. Praemissa est historia hujus* ὁμολογίας *sen catechismi a D. Carolo Gottlob Hofmanno. Vratislaviae apud Jo. Jacob Korn. MDCCLI.*

fectae sint. Nec in earum originem voluit aut potuit inquirere. Adeo enim mordicus Normanni vestigia pressit, ut eadem fere interpunctio, una esset scriptura, erroribus etiam typographicis fideliter conservatis. Versionem quod non mutavit, nolo vituperare, nec illud, quod eam *satis bonam, textum commode exprimentem nec prorsus inelegantem* dixit; displicet vero, quod ne tentavit quidem exquirere, sed simpliciter se nescire confessus est sitne a Panagiota an a Normanno confecta. Igitur nil ad Normann. edit. adjecit, nisi vernaculam istam, quam textui subscripsit, interpretationem, et pro Normanni prolegomenis amplioribus succinctam illam catechismi historiam praefixit.

Memoriae caussa nolo Batavam confessionis interpretationem praeterire, quae Normanni prolegomenis instructa prodiit Haarlemi hoc titulo: *Orthodoxe Homologia of regtsinnige Bekenntnisse des Geloofs der orientalische Kerke, door Johannes Antonius Seinerus* 1722.; accedit appendix, quae explanationes singulorum articulorum continet.

Ut denique de hac qualicunque editione pauca addam; placuit, textum vulgatum ita percensere, ut necessitate coactus ab eo recedere non dubitarim, aut lectiones aut conjecturas marginales recipiens; interdum etiam ingenii mediocritati confisus ex illis aliam lectionem elicere conatus sum. Interpunctioni, ut dicunt, ab antiquioribus vel neglectae vel omnino aliter, ac nos solemus, constitutae magnam navavi operam, utpote quae ad faciliorem intellectum plurimum valeat. Invenisse mihi videor locos, quibus sola intercisionis mutatio simplicissimam poterat offerre medelam. Commentarium vero nec ad hanc nec ad ceteras confessiones componere lubuit; quae adnotavi, vel ad varietatem lectionum pertinent, vel ad locos tum e Patribus tum e Scr. Sacr. vel ex aliis scriptoribus arcessitos, vel ad versionis Normannianae, quam nolui dimittere, veritatem, vel ad intercis. mutatam. Raro in textu conformando mutare ausus sum, nulla adjecta nota. Interdum etiam de accentibus monui.

quibus non, prouti illa aetas dialectusque postulavit, ab editoribus satis provisum fuit, qui, quae puncta, stigmata et alia sigilla attinent, mirifice incuriosi aut etiam inconstantes fuerunt. Ita in animum meum induxi, ut his bene perpensis, et ubi opus visum fuerit, emendatis, textum lectoribus praeberem purum, rectum et ad intelligendum faciliorem, in quo, recentioribus legibus conformato, si quis linguae paullum adsuevit, quae ad se pertinere putat, reperire animoque percipere ac comprehendere possit.

§. 10.

De *concilio Hierosolymitano*, cujus Acta hoc volumine pro rei et temporis ratione ultimo loco posita sunt, paucis praefari lubet, quum ipsi patres de rebus, quae prolegomenis contineri soleant, sedulo et uberius dixerint. Tametsi enim Mogilae catechismo, a cunctis Graecis approbato ac recepto, quae Graecorum sit fides, satis clare esset expositum; tamen non solum intra ecclesiae Graecae terminos manserunt Cyrillianae familiae aliquae reliquiae; sed etiam extra illos non destiterunt plurimi ex Reformatorum potissimum sodalitio de consensione Graecos inter et Reformatos intercedente temere gloriari, quamquam de ingenti dissensione facile et Lucarii res et utriusque ecclesiae dogmata potuerunt persuadere. Catholici vero doctores, eadem via ingressi, sibi vires studuerunt addere; quo factum est ut utraque factio de Graecorum fide vehementissime contenderet. Quarum controversiarum sedes tunc temporis Gallia praecipue fuit; res primaria, de qua concertabatur, de eucharistia locus; ex viris, quorum contentione res latius manavit, a parte Reformatorum exstitit *Joannes Claudius*. 1)

1) Natus hic est in urbe *Sauvetat* 1619; in Gallia usque ad Reformatorum expulsionem sacra munera administravit; tunc temporis apud Carentonenses, ut ex Actis hujus synodi elucet p. 328. 480., denatus *Hagae* 1687. Cfr. de hoc viro *Monuments authentiques, dissertation preliminaire* p. 5. 17. etc.

Eum jam confutare nisus erat *Nectarius*, Hierosolymorum Patriarcha intra annos 1660.—1674., libro contra eum composito, quem *Eusebius Renaudotus Gennadii Homiliis*, quas edidit, adjecit p. 171—186. Illius vero successor *Dositheus* (1672.—1706.), qui tam strenue munus obiit, ut Latinos ex urbis suae ecclesiis expelleret et suae ecclesiae gratia itinera in Georgiam et Russiam susciperet, quum de Claudii opinionibus audivisset, noluit tacere, et Orientales potissimum clericos in fidei castitate constituit tenere. Synodi igitur convocandae cepit consilium, tum sua natura latus, tum turbis ipsis Hierosolymis, ante quidem sedatis, sed quae facile possent redintegrari[1]), denique legati ad Portam Gallici, quocum habuit familiaritatem, admonitionibus instigatus. Cujus consilii exsequendi occasio data fuit Patriarchae anno 1672, quum Bethleemi ad aedis, ubi Jesus natus fuisse perhibebatur, instaurationem et inaugurationem sacerdotum Orientalium plurimi confluxissent. Convocavit et alios sat multos, ut, quae a domino esset tradita, ab apostolis promulgata et ab sanctis patribus conservata Graecorum fides universo mundo manifesta fieret (p. 329. Actorum), publicaque deliberatione et confessione hostes perterrerentur animique forte nutantes valde confirmarentur. Quapropter etiam ἀσπὶς ὀρθοδοξίας ἢ ἀπολογία voluit esse synodus (p. 325.), quae Calvinistis, quos maxime adortus est, nullo modo parceret. Non vero ipsa synodus Bethleemi habita est; sed ut par fuit, in urbe capitali, Hierosolymis; immerito igitur vel quia Bethleemi decreta est, aliquoties

---

1) Nectario adhuc sedem Patriarch. tenente, *Peter* quidam, ex Franciscanorum ordine, Hierosolymis quinque *theses de Papae imperio* evulgarat, quo permotus Nectarius libellum composuit κατὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ Παππᾶ, qui Jasii *Graece* 1682., *latine* ab Allixio versus Londini prodiit 1702. Cfr. *Acta Eruditorum* 1703. p. 292—305. *Dionysio* igitur tum cavendum fuit, ne Catholici nimium auderent, tum Reformatorum, quos synodus ut volaticos et ventosos homines descripsit, arrogantia penitus reprimenda.

Bethleemitica nuncupata est. Ipsi enim patres se Hierosolymis esse palam professi sunt p. 425, 439, 481, 485; Bethleem vero significabant tamquam oppidulum remotius a se situm p. 469.

Calvinistae vero quum acerrimi hostes haberentur; is maxime fuit profligandus, qui illorum dogmata in Graecam ecclesiam voluit quondam inducere, ad cujus confessionem Gallici Reformati provocabant, quum Graecos eadem sentire declamarent. Cyrillus igitur Lucaris, qui hujus controversiae praebuerat ansam et cujus studio intra ipsos Graecos adhuc reliqua fuit factio, rursus erat impugnandus et si fieri possit penitus exstinguendus. In qua re conficienda patres non sine dexteritate, magna vero cum vi et gravitate ita versati sunt. Contendentes, Calvinistas haereticos haud ignorare Orientalium dogmatum discrepantiam, quam vero dissimulent, ne extra quamlibet ecclesiam i. e., ne Christianos quidem eos esse, possit convinci (p. 330), quum ab ecclesia catholica injuste recesserint, non vero in cunctis cum Graecis consentiant (p. 331), illos scientes ac prudentes, quum ex Jeremiae, Joannis Nathanaelis, Gabrielis Severii Moreani aliorumque scriptis (p. 335. et 483.) certiora de Graecorum fide potuissent comperire, et ipsa Confessio Orthodoxa, quam universa agnoverit Graeca ecclesia (p. 336.), vera et sincera Orientalium placita proposita habeat, falsissima excogitavisse conqueruntur. Quae quum ita sint, sex locos sibi sumunt patres explanandos ac demonstrandos, quibus adversariorum, simpliciorum mentes corrumpere volentium (p. 337), impudentia ab stirpe tolli confiderent. Sex capitibus, quibus constant synodi acta, haec comprobantur: primum Cyrillum nunquam ad Calvinistarum rationem de rebus divinis vel cogitasse vel publice privatimque dixisse ac scripsisse; deinde, ut fuerit confessionis auctor, hanc, non publicis documentis comprobatam, nullam mereri fidem; tum eam non pro *Orientalis ecclesiae* fidei expositione habendam; porro eam nunquam Orientales

amplexos, vel si quando, eos non Christianos fuisse; post etiamsi Cyrillus nec confessionem suum opus esse nec ejus doctrinam se unquam probare jurarit et ipse publice contraria docuerit; tamen ipsam Orientalem ecclesiam, ut res extra omnem posita esset dubitationem, bis synodis convocatis vel illam, quae insit confessioni, doctrinam vel ipsum Cyrillum publice reprobasse; denique proposuerunt ipsi patres, quorum nomine *Dositheus* verba fecit, *confessionem*, quae illis Cyrillianis articulis e contrario responderet (p. 338). —

De his singulis non alienum esse puto, deinceps exponere, ut facile de iis judicium fieri possit. Primo igitur capite id demonstratum eunt patres, Cyrillum Graecorum nulli haereticum visum fuisse, eumque et publice verba facientem et privatim cum amicis, quorum multi superstites adhuc essent, colloquentem recta semper et antiquae fidei congrua protulisse (p. 340). Neque, addunt, superesse Cyrilli *librum* omni dubitatione exemtum, quo talia professus sit. Dubitant igitur obiter certe de confessionis veritate, firmis argumentis destituti. At contra depromunt librum Cyrilli manu exscriptum, quo orationes sacrae Constantinopoli habitae continentur, exque hoc, tamquam certissimo testimonio, locos interjiciunt, quos singulis Confessionis articulis opponunt. Cyrillus igitur quum in primo articulo Sp. S. ex patre *per filium* procedere dixisset (p. 24); patres ex duabus homiliis contrarios proferunt locos, quorum unus certe rem conficit (p. 342), alter cum illa opinione potest consociari. Altero articulo (p. 25) Cyrillus detraxisse videbatur de traditionis et ecclesiae auctoritate, praecipuo interpretationis sacr. scr. habito respectu. Cui opposuerunt patres plures homiliarum loci, quorum is certe, qui p. 344 exstat, aliquid valere opineris. Contra tertium artic., qui est de absoluta praedestinatione, primum aliquam Cyrilli homiliam producunt, in qua vere illius dogmatis severitatem divina praescientia, unde pendere dixit praedestinationem, lenierat p. 347, aliam deinde p. 348, in qua Deum quali-

bet creata ad bonum contendere docuerat, tertiam p. 349, in qua Deo contraria inesse negarat, quartam p. 350. et quintam p. 352., in qua in quovis homine non nihil boni, sed fidem sine operibus nullius momenti esse statuerat. Quartum et quintum Confessionis articulos patres intactos reliquerunt, seu quod probarunt seu quia ex orationibus Cyrilli nihil habuerunt, quod illis possent opponere. Caput vero octavum et sextum apte copularunt p. 353. In illo enim (p. 29.) Cyrillus Sanctorum intercessionem despexit, in hoc nullum hominem exsistere dixit, quin fructus peccati originalis sentiat; ex quo satis constabat, neminem posse ad sanctitatis laudem pervenire. Jam proferunt orationem, in qua magnam Mariae potestatem et vel apud Filium gratiam Cyrillus magnifice concelebravit, Sanctos appellavit perfectos (354.), virginem Mariam nulla peccati sorde pollutam fuisse praedicavit (355.), quapropter et in coelestes spiritus valeat (357.), hominesque precantes adjuvet. Huic hominum piorum auxiliatrici et patronae adjunxit Cyrillus alios, Joannem Theologum Sanctum a Christo in coelos translatum (358), angelos, per quos accessus pateat ad deum (359). Decimum deinde articulum impugnant patres, quo Cyrillus eccles. caput voluit esse Christum (p. 30). Afferunt locum (p. 359) vix satis validum, ut, praeesse ecclesiis episcopos non sacerdotes, dixisse Cyrillum coarguerent. Hoc enim et illic non negarat Lucaris. Prosperiore cum successu ad c. XIV. (p. 33) evertendum sese accingunt, locis ex Cyrilli homiliis depromtis (p. 262), quibus omnibus hominibus liberum esse arbitrium, ipsi in rerum oratione infusum, docuerat, hominemque ipsum sua sponte eligere malum (p. 364). Nimium quum Cyrillus tribuisse videretur c. XVI. (p. 35.) baptismo, utpote hoc solo cum Christo communionem posse impetrari opinatus; proponunt patres locos (p. 367.), quibus praeter baptismum bona opera requiri ipse Cyrillus publice de baptismo verba faciens contenderat, addentes insuper alios non ad rem necessarios, sed ad cog-

noscendum haud injucundos de baptismo necessario et triplici p. 368. Articulum Confess. XVII. (p. 35.) de coenae sacrae spirituali usu agentem per duos homiliarum locos (p. 370.) impugnant, quorum posterior certe, quum vocem μετουσιώσεως habeat, illi articulo potest opponi. Quae vero contra alteram Cyrilli quaest. (p. 41.) leguntur p. 370.; ea non vere spectant istam, sed potius, ut videtur, quartam, qua imaginum cultum contemtum animadvertas. Errarunt igitur patres in numero; siquidem rectum quaestionum Cyrillianarum ordinem tum ex rerum natura tum ex Dosithei Confess., de qua infra dicetur, facile est intelligere. Tertiam quaest. (p. 42.) libros apocryphos relegantem tum ex oratione, in qua Raphaelis in libro Tobiae fit mentio (p. 374.), labefactant, tum ex commentariis theologicis Cyrilli, in quibus et Sapientiae locum ascivit, tum ex alia homilia, in qua Susannae historiam tetigit [1]). Ex quibus omnibus concludit synodus, orationes Cyrilli illis capitulis et quaestionibus e contrario adversari, ita ut vix ipse confessionis auctor habendus sit. *Alterum caput* hoc vult arguere, confessionem certe non publicam sed privatam vel potius clandestinam esse; idque ex tribus potissimum efficitur. Publicus Patriarchae libellus oportet subscribatur ab episcopis ceterisque ei auxiliantibus sacerdotibus; deponatur necesse est in eccles. codd. exemplum primarium, idque potissimum cadit in quaelibet de fide scripta; denique describendus est a clerico, cujus hoc est officium. Quum igitur etiam Jeremias ita egerit, quamquam ut privatus contra Lu-

---

1) Profecto gratiae patribus illis habendae sunt, quod illa orationum fragmenta nobis reservarunt, praeter quae nulla exstant Cyrillianae eloquentiae exempla. Est quidem ejus dicendi ratio non ad elegantiam facta formataque; per totam vero diffusus quidam est antiquae venustatis vigor magnaque vis, in eo etiam conspicua, quod subitas ac tortuosas habet transitiones; neque abest ab omni affectatione, qua scilicet Cyrillus ecclesiae placita pro muneris, opinor, officio explicabat, ita ut etiam per allegorias accumulatas satisfacere illis studeret.

theranos scripsit; quis dubitct, quin Cyrilli confessio, his tribus testimoniis carens, non sit publicum fidei documentum? Neque potest esse Orientalis ecclesiae — adjungit *tertium caput* p. 379.—, quae quum spiritum sanctum ducem perpetuum habeat, errare nunquam potuit. At illa confessio nova protulit a pristina fide vel maxime abhorrentia. Quae vero esse potest inter haec communio? Scripsit illam non Patriarcha, sed homo obscurus Cyrillus, ex dolo factus. *Quarto capite* p. 381. ostendunt, Orientales ad hanc confessionem nunquam adhaesisse; sin vero, Christianos eos non esse. Primum illud demonstrant ex ritibus et institutis ecclesiae; habent enim suos episcopos, summos rerum gubernatores, quos Cyrillus ceteros sacerdotes exaequare significarit, habet septem sacramenta, sacras imagines, hymnos, quibus emortuis refrigerium ferat; quae omnia cum traditione consentiant, ab ista autem confessione toto coelo distent. Christianos vero eos esse, probat eorum fides, professio ac bonorum operum exercitatio; quae tria Christiani hominis certa sunt signa (p. 385.). Eorum fides vera est, non simulata, professio fidei externa, quae ore fit; sincera non fucata; bis enim quotannis publice, Dominica post undecimum Octobris diem, qua memoria Nicaenae synodi alterius pie recolitur, et prima Quadragesimae dominica, quae Ὀϱϑοδοξία vocatur, diris devovent eos, qui vel figura vel metaphora coenae sacrae veritatem tollunt cultumque imaginum reprobant. Talia vero palam profitentur non metu quodam hominum, id quod Hispanis Judaeis accidit (p. 390.); neminem extimescunt et permultis jam saeculis Graeci saevissima quaeque perferre quam fidem ejurare antiquius habuerunt. Quod credunt, et verbis et cultu palam exprimunt. Gravius est *quintum caput*, quippe cui inserta sunt duarum in Cyrillum synodorum judicia. Quas quidem synodos, ajunt patres, nulla alia de caussa congregatas fuisse, quam quod sub vero fortasse at suspecto praetextu Cyrillus

contra illam confessionem scribere recusarit, Basilii exempli haud memor (p. 396.); ipse ita ambitiosus, ut post primam et justam Patriarchatus administrationem bis temere in hanc sedem honorificam irrepserit (p. 397.). Ut verbis fidem faciant, decretum prioris in Cyrillum synodi interserunt (p. 398.), habitae 1638. Constantinopoli sub Cyrillo Berrhoeensi, ipsius Cyrilli successore, qui anno post 1639. in exsilium missus et gutture chorda eliso suffocatus est. Haec quidem synodus XI. anathematis in Cyrillum elatis, quaecunque a Cyrillo novata viderentur esse, penitus sustulit, *praedestinationem*, *operum bonorum vanitatem*, *sanctorum et traditionum contemtum*, *liberi arbitrii et septem sacramentorum imminutionem*, *panis et vini in coena sacra immutabilitatem*, *eleemosynarum et precum pro mortuis imbecillitatem*, qua concessa praeter alia *ultimum judicium* tollatur, *imaginum sanctarum negligentiam*. Altera vero synodus, cujus decreta sequuntur, Jasiensis dicta (p. 408. 420.), sub Parthenio I., Patr. Const. annis (1639—1644.), post plures Patriarchas sua morte defuncto, 1642. congregata fuit. Qua in re id potest offensioni esse, quod Constantinopol. Patr. *Jasium* eam convocare voluerit, non in suam urbem. Dixerunt etiam nonnulli ut *Cossartius* in conciliorum collectione, quae prodiit Paris. 1671. sq. et *Cabasutius* in notitia eccles. historiarum, conciliorum et canonum etc. quae Lugduni exarata est 1680. Constantinopolitanam non Jasiensem, ad quos accedere video Graecorum tunc temporis doctissimum *Arsenium*, monachum Constant., Cyrillo maxime infensum, qui in literis, editioni anni 1645., supra p. XLV. memoratae, interjectis, cujus lectiones infra etiam anni numero insignire lubuit, dixit, synodum ἐνταῦθα i. e. in hac urbe Constantinopoli congregatam fuisse. Et ipsae subscriptiones coarguunt, Constantinopoli hunc conventum habitum fuisse. Praeter episcopos enim et alios paucos nomina dederunt XX. viri, qui ad *magnam ecclesiam* i. e.

Constantinopolitanam muneribus fungerentur. De qua re ita judico, fuisse vere Constantinopolitanam synodum, ejus jussu epistolam synodicam Jasium, quo ab Joanne Basilio Voevonda duce etiam sacerdotes convocati essent, transmissam fuisse, ut ibi a Russiae legatis, qui Mogilae catechismi perpoliendi gratia Jasium venerant, simul confirmaretur. Id quod cuilibet elucebit, qui subscriptiones p. 420. cum legatorum nominibus contulerit, qui appellantur a Nectario p. 49. Sunt enim iidem viri. Et quamquam patres, qui Hierosolymitanae synodo interfuerunt, de re obscuriore clarius poterant dicere (p. 420.); tamen posteriorem etiam synodum ad Constantinopolin potissimum spectare, haud ignorarunt; siquidem verbis disertis hoc (p. 421.) significarunt, ubi utrumque hunc conventum et Constantin. magnum et Jasiensem minorem discernunt. Sed factum est sive incuria hominum sive ne cum priore haec altera synodus confunderetur, ut Jasiensis, quae appendicula fuit, nuncuparetur, quae *altera* Constantinopolitana esset dicenda.

Haec igitur synodus cautius vel lenius se praestitit. Noluit enim Cyrillum anathemate percellere; satis potius visum est, confessionis singulos articulos, excepto septimo (p. 409.), et quaestiones devovere, quasi eam, Calvinianis erroribus repletam spuriam habuerit, quoniam Patriarcha ille nunquam ab ecclesiae fide recesserit. Poterant vero et septimum illum articulum damnare, quamquam de Christo, omnium fidelium servatore, agentem. Qui enim praedestinationem tenent, saluti Christianae reprobatos eximunt.

Sequitur caput VI., idque gravissimum, quum ad articulos et quaestiones Cyrilli penitus exstinguendas, novam confessionem Dositheï expromat itidem capitulis et quaestionibus constantem, qua ejus auctor Cyrillum ita persecutus est, ut iisdem verbis sententiarumque ordine uteretur. Ac pri-

mum quidem decretum totum descripsit, utpote incorruptum praeter formulam, qua Cyrillus usus fuit de Sp. S. processione; Dositheus enim omisit illud δι' υἱοῦ. *Alterum* decretum temperavit ita, ut scripturam sacram ex traditione exegetica, quam dicunt, interpretandam esse praeciperet, quod haeretici ea multifariam abusi sint aliterque ecclesia stare non possit. Et ut Cyrillus scripturae sacrae auctoritatem ecclesia superiorem esse dictitaverat; ita Dositheus earum gravitatem parem habuit, Spiritu s. utriusque auctore. Unde ecclesiam falli nesciam dixit, quam Cyrillus utpote ex hominibus conflatam erroribus implicari contenderat. *Tertium* articulum copiosius Dositheus perstrinxit; scilicet quo uno Calviniana doctrina potissimum continetur, tum scripturae sacrae testimoniis usus, tum praedestinationem secundum praescientiam factam esse, et praevenientem gratiam, cui sua sponte suaque quisque cum culpa ac poena possit resistere, omnibus suppetere, denique injustitiam ab iis, qui praedestinationem severam inducant, in deum converti ratus. *Quartum* paucis auxit, nihil de ejus veritate decerpens, tametsi Parthenius in sua synodo (p. 410.) pugnare hoc cum antecedenti haud male asseverarat. In *quinto* capite decebat Cyrillum quippe praedestinationi faventem lectores ab investiganda divina providentia dehortari; at contra Dositheus liberaliori animo usus ac voluntati et intellectui humano non nihil concedens ea certe jubet lectores perscrutari, quae de dei consiliis in scriptura sacra tradita sint. Quapropter etiam Dositheus non tantam originali peccato vim attribuit, quantam Cyrillus debebat, sed ejus naturam (c. 6.) in poenis et in morte sitam esse contendit, non in peccato, cujus aliqui expertes fuerint. *Septimo* articulo nihil fere addidit, nec in eo mutavit gravius quidquam. *Octavo* vero quum Cyrillus solum Christum intercessorem ecclesiaeque moderatorem dixisset; inter hunc et homines precantes interponit Dositheus Sanctos et imprimis Mariam, ex illis tum qui adhuc vivunt,

tum qui his terris erepti per contemplationem trinitatis, quae inter homines fiunt, cognoscunt. Fidei, quam adumbravit Cyrillus c. IX., aliam notionem Dositheus dat; non justificantem in Jesu Christo satis habens, sed latiorem ei ambitum praebens bona opera insuper adjecit, quae sane iste pro sua ratione aut omittere aut contemnere debebat. Quod dixerat c. X. Cyrillus, Christum eccl. visibilis et invisibilis esse caput; et singularum ecclesiarum praefectos non esse vere praesides sed membra praecipua; id vehementer displicuit Dositheo, qui tali ratione utramque ecclesiam male confundi et episcopalem dignitatem detrimentum capere contendit. Addit, ut episcopis subveniat, multum inter sacerdotem et episcopum differre, hujusque munus tam necessarium esse, utpote a Sp. S. ipso constitutum, apostolica successione servatum, in sacra scriptura significatum, historiae monumentis confirmatum, ut aliter ecclesia esse non possit. Oportebat Cyrillum pro re nata (art. XI.) reprobatos ab ecclesia relegare, Dositheum vero cunctos fideles ad eam admittere, eos etiam, qui peccatis adhuc involuti sunt; nec enim alia ratione judicari ab ecclesia nec ad poenitentiam posse incitari. Desperatos tantum de sua salute in nullo numero habet. Decretum XII., quod est de ecclesiae tutela, quam suscipit spiritus sanctus, ita mutat Dositheus, ut *illuminationem mediatam* doceat, quae per patres, doctores et episcopos ad totam ecclesiam, inde infallibilitate ornatam, penetret. Fidem per se justificantem, dummodo ea apprehendat Christi justitiam, absque operum merito, quam Cyrillus c. XIII. proposuerat, Dositheus paucis respuit, tamquam rem ab omni pietate alienam. Talis enim fides, quum omnium esse possit, vana esset atque inanis, *opera* potius ad eam, tamquam fidei fructus necessarii accedant necesse esse. Opera vero Cyrillus quum aliis de caussis tum imprimis ideo contemsit, quod hominis nondum regenerati liberum arbitrium penitus exstinctum esse voluit c. XIV. Contra Dositheus debilitatem illius facultatis, qua exuta

hominem non amplius esse hominem contendit, concessit, unde fieri potest, ut homo nondum gratia adjutus ad bonum morale jam proclivis sit ac pronus. Longiore oratione usus est Dositheus contra decretum XV., *septem* sacramenta a Jesu Christo esse instituta asserens, nec solum illa *signa* esse, sed *instrumenta*, quibus, qui illis ornantur, gratiam sibi comparent, neque rei corporalis usu perfici sacramentum, neque ei obesse fidei carentiam. Partheniana quidem illa synodus Cyrillum art. XVI. de baptismo disserentem reprehenderat, quod nullum sacro lavacro imbutum perire posse dixerit (p. 414); Dositheus vero hunc nec alium detexit errorem. Uberius vero tum ex Scriptura sacra tum ex patrum testimoniis de parvulorum baptismo exponit, de ejus materia, effectu, nominibus. Excerpsit porro synodus ex artic. XVII. quam proposuerat Cyrillus realem quidem Christi in coena sacra praesentiam, sed quam *fidei* tantum participes sentiant. Praecipiunt, tenendam esse absolutam Christi et veram per *transsubstantionem* sub elementorum aspectabilium specie ac figura praesentiam, per quae etiam manibus contrectetur orique immittatur ipse totus Christus, in omnibus Missis pariter et praesens et adorandus. Ultimum denique articulum de animarum post mortem statu ita Dositheus aggreditur, ut generalis judicii, quod apud Cyrillum obliteratum fuit, satisfactionum, missarum pro mortuis celebratarum patrocinium suscipiat. Quaestionibus Cyrillianis quattuor alias eodem ordine propositas objicit Dositheus, quarum prima exercitatis tantum et literatis hominibus, studiose in scripturam sacram incumbentibus, ejus lectio permittitur, altera ejus difficultas sublimitati juncta ut caussa affertur, cur et regeneratis plurima in ea maneant obscuritate et involucris obtecta, tertia libri apocryphi ut germanae scripturae sacrae partes enumerantur, quarta cultus sanctorum et imaginum ita defenditur, ut Mariae supremus, quae ὑπερδουλεία dicitur, ceteris inferior, δουλεία, cruci, praesepi, Calvariae loco et aliis pius etiam at-

tribuatur, hancque venerationem non ad idololatriam spectare demonstretur, arcessitis etiam scripturae s. testimoniis, locisque patrum illum cultum improbantium aliter explicatis. — His ita disputatis Dosithei confessio [1]) ad finem perducta est (p. 474.). At patres sibi non potuerunt temperare, quin et alia quaedam, Graecis injuste in culpam versa, disputarent. Exponunt de precibus, maxime monachorum, quas potissimum ab adversariis impugnatas esse queruntur. Quare et monachorum eorumque, qui conventibus sacris intersunt, orationes et hymnos in Christi praecepto et Pauli mandatis tamquam in firmissimo fundamento inniti dicunt; monachorum praecipue precationes Spiritus s. fructus esse contendunt. Deinde a jejuniis, sanctorum exemplis commendatis, suaque natura ad quamlibet virtutem exercitandam valde aptis, haereticorum criminationes (p. 479.) prohibent. Tum Claudii, Galli illius, opprobrium breviter repellitur (p. 480.); Orientalium panem consecratum vel intra vel extra sanctuarium conservandi mos et explicatur et contra falsam adversariorum argumentationem defenditur; libri, ex quibus vera possit Graecorum doctrina hauriri, recensentur (p. 482.), ejusque veritas et candor vel ex haereticorum Orientalium institutis et placitis indicatur. Denique synodo, quae Graecae doctrinae expositionem fideique professionem ad perfectionem perduxit, finem facit *epilogus* (p. 486.), quo de convictis adversariis, quos in posterum ad ecclesiam redituros esse sperant patres, laetantur, iisque, nisi resipuerint, poenas aeternas minitantur.

---

1) Haec quidem Confessio, synodi valde frequentatae actis inserta, et cum ceteris decretis pariter tot sacerdotum nominibus subscripta quomodo a *Neudeckero* (*Münschers Lehrbuch der Dogmengeschichte fortgesetzt von Neudecker. Zweite Hälfte, zweite Abtheil.* 1838. p. 113.) possit dici *privata*, non possum exputare. Neque ejus auctoritas minor fuit *Gennadiana*, quae, ut supra dixi, quamquam multum praedicata, nunquam, neque in Catech. Mogilae neque in hac synodo, ut Graecae fidei testimonium appellata est.

§. 11.

At vero accidit huic synodo, quod catechismo accidisse supra diximus. Nacta enim est adversarios acerrimos, qui quaevis ejus decreta et argumenta ex Romanorum ore effluxisse constanter affirmarent. Ex quibus idem ille Aymonius fuit, vir magno sed intemperanti studio. Concedimus ei, Dositheum aliosque ecclesiae Graecae tunc temporis principes arcta fuisse cum Gallico legato et aliis magnae gratiae et dignitatis viris, Romanam fidem sectantibus, familiaritate conjunctos, quorum fortasse auctoritate et ipsa synodus convocata est. Nec vero ii mihi videntur fuisse, qui, ut Romanorum plausum reportarent, de suae ecclesiae placitis nedum de ejus fundamento quidquam detrahi paterentur. Scimus, Dositheum ipsum non quidem contra Romanos scripsisse; sed tamen Graecorum scriptorum collectionem instituisse, qui Romanae ecclesiae dogmata aliquando adorti sunt [1]). Dimicarunt quidem patres synodi Hierosolymitanae contra Reformatos potissimum, controversias cum Romanis vel obticentes vel ab iis discrepantia dogmata ad summum leniter tangentes; sed tenere memoria debemus, eas illa de caussa convenisse; abque iis hoc consilium strenue ac fortiter simul etiam docte patratum fuisse, ne nostrum quidem quisquam est qui perneget. Impugnandi et profligandi erant, quibuscum altercatio fuit; alios adversarios, quid necessitatis fuit, novis incursionibus consulto lacessere? Neque sperari poterat fore, ut Graecorum ecclesia ad tranquillitatem ac pacem prius possit redire, quam Calvinianae doctrinae ultimae reliquiae essent deletae. Quid igitur vituperemus, acriter in hanc factionem esse pugnatum? Neque de libris apocryphis, in scripturae sacrae corpus receptis, ambigo, ut Tzschirnerus [2]), qui

---

1) Cfr. Fabricii Biblioth. Graec. XI. p. 452.

2) In Schroeckhii hist. eccles. post reform. continuata Tom. IX. p. 95.

hac re patres placitis Romanorum nimis indulsisse crederet. Quamquàm enim illorum usus non tam late patuit apud Graecos quam apud Romanos scriptores; tamen nunquam ita infrequens fuit, ac multis visum est. Ut breviter repetam, quod de catechismo jam dictum est, ita de his actis sentio, nullam a me deprehensam esse a Graecis dogmatis vel detractionem vel eorum in Romanorum gratiam immutationem.[1]) In materia vero vel congerenda vel ordinanda, in argumentorum ratione ac natura *Winero*[2]), qui et illud Tzschirneri judicium de apocryphis repetiit, visa est aliqua ad Romanos inclinatio. Neque vero haec, si qua est, crimini verterim patribus. Facta est inde Graecorum professio dilucidior, apertior, justis terminis magis circumscripta, contra hostes et vel Romanos tecta ac septa. Has igitur habemus patribus gratias, quod, nullis Romanorum consiliis cedentes, Calviniana placita exstirpantes, etsi non omnium certe praecipuorum articulorum indicem et expositionem, cui si quid desit, facile ex *Confessione* possumus supplere, nobis reliquerint. Et si quando praeter Graecos auctores Romanos laudarunt, veluti *Tertullianum* (p. 439.) et *Augustinum*, illum de episcoporum successione, hunc de infantium baptismo praecipientem; quis est qui audeat cum iis exprobrare? Si Graeci a Romanis argumenta formasque argumentorum, rationes ac caussas mutuati sunt nonnullas, ut *suam* fidem tutarentur, *suam* doctrinam magis probabilem et vel plausibilem redderent; non a pristina fide, non a patrum doctrina descivisse putandi sunt; sed in ea exponenda tuendaque esse progressi. Quare synodum, de qua quaerimus, non pro sacrorum desertionis atque infidelitatis

---

1) Lentz Geschichte der christlichen Dogmen p. 286. not.

2) Comparative Darstellung des Lehrbegriffs der verschiedenen christlichen Kirchenparteien 1837. p. 12. not.

signo habenda est; sed processum ad rectiorem, certiorem et subtiliorem suarum rerum descriptionem fecisse Graecos hujusque rei luculentum documentum in illis actis nobis repraesentari non dolemus aut reprehendimus, sed grato animo agnoscimus.

Editiones habemus duas. Quae enim prodiit Graece et Latine Parisiis 1676., absente auctore, qui nomen reticuit, typis descripta et ex mendoso quidem exemplo, ea mox ab eodem viro repetita est[1] Paris. 1678. Testatur editor, se menda illa et latinam suam versionem emendasse, accentus etiam Graecos certe passim ad leges ac rationes revocasse, scripsisseque nunc in titulo pro *Bethleemitica* synodo *Hierosolymitana*. Continet praeterea libellum *Dionysii*, Patr. Constantinopol., *super Calvinistarum erroribus ac reali imprimis praesentia responsio* 1672., quae quidem cum Hierosol. decretis prorsus consonat. Omisi eam interim in hac editione, utpote non necessario ad synodum ipsam spectantem. Alterum edita est synodus in *Harduini Actis Conciliorum Tom. XI. p.* 179. — 274., adsumtis p. 172. — 180., ubi Jasiensis utpote ante habitae synodi acta. Fatetur auctor, se Paris. edit. et quidem alterius emendatae textum et interpretationem secutum esse, utrumque vero interdum emendantem. Quomodo utravis discrepet, ex mea editione videre est. Ut enim lectores intelligant, quomodo uterque editor se gesserit, primum Harduini textum et interpretationem, quantum licuit, reddidi usque ad acta *Jasiensia* (p. 408.), subscriptis Paris. edit. variantibus, quas litera P. si-

1) Hoc titulo: *Synodus Ierosolymitana adversus Calvinistas haereticos, orientalem ecclesiam de Deo rebusque divinis haeretice, ut sentiunt ipsi, sentire mentientes pro reali potissimum praesentia anno* 1672., *sub Patr. Jerosol. Dositheo celebrata, interprete domno M. F. e congregatione sancti Mauri, Ordinis S. Benedicti; edit. secunda ab interprete emendata.*

gnificavi. Abhinc sectatus sum Paris. editionem, additis Harduini lectionibus, et si qua visa est memorabilior interpretationis dissensio, signo *B.* vel *Bibl.* usus. Habet et Harduinus illum Dionysii libellum et quod intermissum est Gallici legati documentum, ex quo colligi licet, quantum ad synodum convocandam valuerit. Tertia editio vix hoc nomine digna est. Scilicet Aymonius in librum saepe memoratum (p. XLV.) recepit quidem et haec acta (p. 259—447.), adjectis suis disputationibus; sed tantopere decurtavit, tam multa resecuit, quod miror viros doctos latuisse, ut vix quod praebuit, pro editione possit haberi. Enotavi plurimis locis has lacunas et variantes, signo quidem supra memorato notatas. Consulto illa omissa esse ab editore, non alium fortasse textum redditum, sequitur ex eo, quod, quae praeteriit, ea plurima spectant ad loca, quibus patres omnem vim argumenti indiderunt, quod leviter attentum non latebit. Duas illas synodos, Hierosolymitanis actis interjectas, editioni anni 1645., saepe memoratae, inesse, supra dictum est. Ejus variantes et hoc loco adjeci. Leguntur eaedem etiam apud *Allatium de eccles. occid. atque orient. perpet. cons.* p. 1061. sqq., qui, ut ipse dixit, ex suis cimeliis dedit. Convenit vero ejus textus cum edit. a. 1645. praeter errores vel calami vel typorum, quos habet; interpretationem etiam latinam, quam adjecit, desumsit ex illa edit. Non igitur operae pretium visum est, hujus edit. propria Allatii nomini adscribere. Idem valet de *Jasiensis* synodi actis, quae leguntur in *Labbei* et *Cossartii sacrosanctis Conciliis Tom. XV. Lutet. Paris.* 1672. p. 1714. Editores enim, qui illud concilium dixerunt *Constantinopolitanum*, reddiderunt textum et interpretationem *Jasiensis* edit., quae prodiit a. 1642., accurate vel Genevae vel in Belgia repetita a. 1645. Hujus, quam ultimo loco posui, variantibus collectis, non opus fuit Labbeanae edit. mentionem fieri.

Conferri possunt de hac synodo, quae disputavit *Ittigius* in dissert. *de actis Synodi Hieros: anno* 1672. *sub Patr. Hieros. Dositheo adversus Calvinianos habitae*, quae diss. *quinta* est in *appendice dissertationis de Haeresiarchis aevi apostolici, cui accedit Heptas dissertationum. Lipsiae.* 1696.; praeterea *Kiesslingii Historia concertationis Graecorum Latinorumque de transsubstant. in s. eucharistiae sacramento* p. 310—324., tum *Basnage Histoire de la religion de Eglises Reformées P. I. Chap.* 32. *p.* 452., denique *Joannes Covel Account of the present Greek Church L. I. c.* 5. *p.* 136. *sqq.*

Sapientissimi et doctissimi Viri D. Gennadii Scholarii, Patriarchae Constantinop. novae Romae, Sermocinatio habita de recta et inculpata Christianorum fide: translata est autem haec confessio in Turco-Arabicam linguam ab Achmate Berrhoeae Praetore, qui Mahumetis Zelebi Commentariensis pater fuit.

Mahum. Quid est Deus?

Gennad. Deus est substantia invisibilis, intelligibilis, intelligensque et non interpretabilis. Deus est spiritus sine materia, oculus pervigil, intellectus actu, semper existens. Deus est caussa omnium visibilium et invisibilium creaturarum.

Mahum. Unde dicitur θεὸς, quod est Deus?

Gennad. Dicitur ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν, quod est a speculari, eo quod cuncta speculetur, quasi speculator et spectator omnium. Dicitur praeterea θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν hoc est percurrere, anima intelligibilis sine tempore, Deus enim semper et ubique adest.

Mahum. Et quot dii sunt?

Genrad. Unus Deus deorum et Dominus dominantium et praeter eum non est alius. Dicuntur tamquam

dii aliquando homines per participationem, ut puta: Ego dixi Dii estis et filii altissimi; vos autem tamquam homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis. [1])

Mahum. Si itaque unus Deus est, cur dicitis etiam tres esse personas, patrem videlicet, filium et spiritum sanctum?

Gennad. Ecce sic esse tres dicimus et unum.

Mahum. Doceas nos quaeso, quomodo est unus Deus et tres personae, quoniam nobis mirum videtur, quomodo unus Deus sit, et tres in eo personae.

Gennad. Animadverte quaeso et facile poteris intelligere mysterium sanctae Trinitatis, quantum mens humana valeat intelligere: ego autem pro viribus exprimere contendam. Idcirco dicitur Deus non interpretabilis, quia non possis ejus naturam percipere, neque similis est ulla nobis persona. Si enim esset persona unica, illum procul dubio cognosceremus, quemadmodum nos invicem cognoscimus. Sed est unus quidem Deus, tres autem personae ejusdem deitatis; proinde animadverte, quae dicturi sumus. Quemadmodum est unus sol, qui quidem radios habet et lumen, suntque in sole tres quasi personae, substantia solis, radius et lumen; radius vero, qui discedit, lampadis instar terram percutiens, lumen autem, quod illuminat loca tenebrosa, absque radio: ecce itaque tres quasi personae, corpus scilicet solare, radius et lumen, non tamen dicimus tres soles, verum unum et solum, nec dicimus personam unam, sed tres. Si enim fueris interrogatus, quot sunt soles in coelo? respondere debes, unus est sol. Si autem interrogatus fueris, quae sunt personae in sole? responde tres, solare corpus, radius et lumen. Similiter sentiendum est etiam de Deo. Deus quidem unus, personae autem in Deo

1) Ps. LXXXII. 6. 7.

tres, Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Ex his poteris intelligere, quod, quemadmodum sunt in sole tria distincta, ita est et unus Deus trium personarum. Pater est ipse corpus solare, Filius autem est radius, Spiritus Sanctus est lumen solis. Et, sicut in sole est corpus solare, est radius et lumen, et tamen unus sol, et non tres; similiter et in Deo Pater, Filius et Spiritus Sanctus unus Deus et non tres Dii. Insuper dic sic. Quando substantia solis et radius et lumen non invicem separantur, propterea dicitur unus sol, et non tres, quia non separantur ab invicem; et quemadmodum substantia solis producit radios, et a sole et radiis procedit lumen: ita pater generat filium seu verbum ejus et a Patre et Filio procedit Spiritus Sanctus. Sis igitur attentus quaeso. Quod sicut radius solis descendit de coelo ad terram et a corpore solari non separatur, et neque a coelo abest neque a terra, sed est in corpore solari et in coelo, in terra et ubique, neque sursum neque deorsum abest; ita et filius seu verbum Dei descendit in terram et neque a patre abest, neque a coelo, neque a terra, sed fuit et semper est in gremio patris, inseparabilis et sursum et deorsum ubique et nusquam deest. Et quemadmodum est lumen solare et in corpore solari et in radio et in coelo et in terra et ingreditur interiora domus et omnia illuminat, ita et Spiritus Sanctus ubique et cum Patre et cum Filio est sursum et deorsum et omnes homines illuminat et nullibi deest. Spiritus enim, ut ait Paulus, etiam inquirit et profunditates Dei. [2]) Ecce igitur quemadmodum si nunquam Heliam Thesbytem, prophetam illum, potuissemus cognoscere, qualis fuerit, quando autem videmus illius imaginem, tunc paullatim intelligimus figuram prophetae illius Heliae, licet non ejusdem honoris: ita etiam de Deo intelligere oportet; nam

2) I. Cor. II. 10.

Deum nullus unquam vidit. Et quia Deum non videmus, nec cognoscere possumus, qualis est, quia tamen Deus est lumen, reperimus autem lumen sensibile solis, tanquam imaginem invisibilis Dei. Si autem dicimus, quoniam sol visibilis et unus est, et tria in se habet et haec tria sunt inseparabilia, sol itaque est imago intelligibilis solis videlicet Dei, cum sunt in sole uno tria distincta, et cum ita sit, ita sentiendum est et credendum. Si autem exemplum hoc tibi nequaquam satisfacit ad cognitionem trium personarum deitatis, animadverte et aliam imaginem Dei. Est autem anima hominis; quando enim Deus hominem creare voluit, dixit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. [3]) Ecce igitur et homo ipse imago Dei est: videlicet anima hominis. Est enim anima hominis una quidem, et trium quasi personarum, tres enim potentias, quasi tres personas habet anima, et quomodo, animadverte. Est autem anima una persona, anima vero producit sermonem, et ecce sermo, alia persona, anima producit spirationem, et ecce spiratio, alia persona; sunt ergo quasi personae tres: anima, sermo, spiratio. Animae sunt personae et non corporis, quoniam evolans anima ab corpore, nec sermo, nec spiratio remanet in corpore, sed jacet corpus absque sermone et spiratione, sermo vero et spiratio sunt in anima; et hoc quidem patet, quia sermo et spiratio ab anima sunt personae: et ecce igitur anima est persona, spiratio alia. Anima est trina quasi in personis, licet anima sit una et non tres. Si autem interrogatus fueris, quot personae unius animae, respondere convenit tres; quoniam anima, sermo et spiratio est una anima, et tres personae. Et anima quidem est ad modum patris, sermo vero animae ad modum filii et verbi Dei, spiratio vero animae est ad modum spiritus sancti. Quemadmodum enim anima est ingenita, ita Deus

3) Genes. I. 26.

pater ingenitus est, et quemadmodum sermo generatur ab ipsa anima, ita et verbum Dei a patre generatur, et quemadmodum spiratio generatur ab anima, et spiritus sanctus procedit a patre; et dic sic: Anima, sermo, spiratio, anima una et non tres. Ita et pater, verbum et spiritus sanctus unus Deus, non tres. Inseparabilis anima, et sermo et spiratio una anima et non tres, inseparabilis pater et verbum et spiritus sanctus. Invisibilis anima, invisibilis et Deus. Et quando mente haesitabis, quomodo possit esse unus Deus, et trium personarum, cogita et dic: Quemadmodum anima mea est una, sed trium potestatum anima, sermo et spiratio; ita et Deus unus est, sed trium personarum, pater, verbum et spiritus, et dic menti tuae: Si enim anima, quae est creatura Dei, similiter et sol est quasi trium personarum, si natura autem eorum una est; tanto magis Deus creator omnium horum; quare igitur non sequitur esse, ita ut sit unus et trium personarum? Ita profecto anima, sermo et spiratio tres personae sunt; sic unus Deus et non tres. Ita enim si semper consideras, de sancta trinitate nunquam errabis. Ecce ignis unus est, sed trium potestatum, ista enim est persona igni subjecta, calefactiva autem virtus altera persona, illuminans autem alia: ecce igitur quasi tres personae unius ignis, videlicet ignis, calefactivum et illuminativum, una tamen natura ignis est. Similiter et in Deo Pater est ignis, Filius vero calefactivum, et Spiritus vero Sanctus illuminativum. Et quemadmodum in igne calefactivum et illuminativum dicimus unum et non tres: ita et in Deo tres sunt personae, Deum antem unum dicimus et non tres Deos. Et de cognitione sanctae Trinitatis satis est, haec credere. Sermo vero hominis duplicem habet originem, duabus enim pronunciationibus producitur, una ab anima, altera a labiis. Producitur quidem sermo ab anima, quando aliquis cogitat aliquid exprimere: cogitatio fit ante formationem sermonis, quoniam cogitat sermonem, ut exprimat il-

Credimus Spiritu Sancto sanctificari et doceri Ecclesiam in via; ipse enim est verus Paracletus, quem mittit Christus a Patre, ut doceat veritatem, tenebrasque excutiat a mentibus fidelium. Certum enim est, quod Ecclesia in via errare potest, falsum pro vero eligendo, a quo errore solius Spiritus sancti lumen et doctrina nos liberat, non mortalis hominis, quamvis mediante opera ministrantium Ecclesiae hoc possit fieri.

---

1) Edit. Hott. v. 28.

1 Cor. 3, 16; 6, 11. 2 Thess. 2, 13. Joan. 17, 17; 6, 45. Esai. 54, 13. Jerem. 31, 32. Ezech. 11, 19. Ephes. 1, 13. Joan. 14, 16[1]); 16, 13. Joel. 2; Act. 2, 16; 10, 44; 13, 2. 15, 28. 1 Cor. 2, 10. 1 Joan. 2, 27. Rom. 8, 9. 1 Cor. 12, 7. Ephes. 4, 4. 2 Paral. 15, 3. Judic. 2, 12. 3 Reg. 19, 10. 2 Paral. 29, 6. Jerem. 11, 10. Dan. 9, 11. Esai. 1, 21. Jerem. 18, 18[2]). Ezech. 7, 26. Jerem. 23, 11; 2, 8. 1 Tim. 4, 1[3]). 1 Tim. 4, 3. Act. 20, 30. 1 Joan. 2, 18. 2 Thess. 2, 3. Rom. 11, 22. 1 Joan. 4, 1. Apoc. 2, 2. Rom. 3, 4. Act. 5, 29. Ezech. 2, 18. Hose. 2, 2. Matth. 7, 15. 1 Thess. 5, 19. Act. 17, 11. Matth. 22, 29. Joan. 5, 39. Gal. 1, 8. 2 Joan. 9. Joan. 8, 31.

Κεφάλαιον ιγ΄.

Πιστεύομεν πίστει δικαιοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἐξ ἔργων. Πίστιν δ' ὅταν λέγομεν, τὸ τῆς πίστεως νοοῦμεν ἀναφορικόν, ὅπερ ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη τοῦ Χριστοῦ, ἧς ἡ πίστις, χειρὸς[5]) ἔργον πληροῦσα, δραξαμένη, αὐτὴν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν προσοικειοῖ,[6]) ὅπερ ἐπὶ συστάσει, καὶ οὐκ ἐπὶ ζημίᾳ τῶν ἔργων ἀποφαινόμεθα· ἐπεὶ καὶ τὰ ἔργα μὴ δεῖν ἀμελεῖσθαι, ὡς μέσα ὄντα ἀναγκαῖα ἐπὶ μαρτυρίᾳ τῆς πίστεως, πρὸς βεβαίωσιν τῆς ἡμῶν κλήσεως, διδάσκει ἡμᾶς αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. Ἅμα δὲ ἐξ ἑαυτῶν μηδαμῶς ἀρκετὰ εἶναι ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ βήματι παῤῥησιάσαι, καὶ ἐπάξιον αἰτήσασθαι τὴν ἀντιμισθίαν, καὶ σῶσαι τὸν κτησάμενον· τοῦθ' οὕτως ἔχειν μαρτυρεῖ ἡ ἀνθρωπίνη ἀσθένεια. Ἡ δὲ τοῦ Χρι-

Caput XIII.

Credimus hominem justificari per fidem, non ex operibus. Quum autem dicimus per fidem, intelligimus fidei correlativum, quod est Justitia Christi, quam fides apprehendit nobisque applicat ad salutem: hoc autem optime, sineque operum praejudicio stare cognoscimus. Nam et opera non esse negligenda, esseque media necessaria et fidei nostrae testimonia, advocationis nostrae confirmationem, veritas ipsa nos docet. Ipsa vero per se esse sufficientia hominem salvare, in tribunalique Christi comparere posse, ut ex condigno salutem retribuant, hoc esse falsum testatur humana fra-

1) Edit. Hott. falso Joann. 4, 16. 2) Ead. edit. omittit h. l. 3) Ead. addit v. 2. 4) Ead. laudat v. 12. 5) Edit. Hott. addit ὡς. 6) Edit. Hott. male προςφκειοῖ.

στοῦ δικαιοσύνη τοῖς μετανοοῦσι προσαχθεῖσα καὶ προσκφειωθεῖσα μόνη δικαιοῖ καὶ σώζει τὸν πιστόν.

gilitas: at Christi justitia, applicata resipiscentibus, sola justificat atque salvat fidelem.

Gal. 2, 16. Rom. 3, 20; 4, 2. 1 Cor. 1, 30; 6, 11. 2 Cor. 5, 21. Esai. 53, 4. 5. 6. 1 Petr. 2, 24. Joan 1, 29. Matth. 20, 29. Joan. 6, 11. Ebrae. 23, 6 [1]). 1 Joan. 1, 7. Ephes. 1, 7. Rom. 5, 9; 10, 4. Gal. 3, 10. Jac. 2, 10. Gal. 3, 13. 22. 24. Act. 13, 38. Rom. 9, 31; 10, 3. Tit. 3, 5. Rom. 11, 6. Ephes. 2, 8. Tit. 2, 11. Jac. 2, 14 [2]) 17. 20. Rom. 8, 13; 6, 1; 3, 31. 1 Cor. 4, 4. Phil. 3, 8. Psal. 129; 142; 31 [3]), 1. 2. Prov. 29. Esai. 53, 6, 64, 6. Dan. 9, 18. Matth. 8, 8. Luc. 15, 21. Rom. 8, 18, Luc. 17, 10; 18, 9. Rom. 5, 20; 6, 23.

Κεφάλαιον ιδ΄.

Πιστεύομεν ἐν τοῖς οὐκ ἀναγεννηθεῖσι τὸ αὐτεξούσιον νὲκρὸν εἶναι, μηδαμῶς ἐκείνων ἰσχυόντων ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν καὶ ὅ, τι ποιήσαιεν ἁμαρτίαν εἶναι· ἐν δὲ τοῖς ἀναγεννηθεῖσι διὰ τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτος ζωογενεῖσθαι τὸ αὐτεξούσιον, καὶ ἐνεργεῖν μὲν, οὐκ ἄνευ βοηθείας δὲ τῆς χάριτος. Ὁ ἄνθρωπος τοιγαροῦν ἀναγεννηθεὶς, ἵνα ποιῇ τὸ ἀγαθὸν, ἀνάγκη προηγεῖσθαι καὶ προφθάνειν τὴν χάριν, ἧς ἄνευ τραυματίας ἐστὶ καὶ τοσαύτας ἔχει πληγὰς, ὅσας παρὰ τῶν λῃστῶν λαβὼν, ὁ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ καταβαίνων, ὥστε μηδὲν ἐξ ἑαυτοῦ ἢ δύνασθαι ἢ ἐργάζεσθαι.

Caput XIV.

Credimus liberum arbitrium in non renatis esse mortuum, quia nihil boni possunt facere et quicquid faciunt esse peccatum, in renatis vero esse per gratiam Spiritus sancti arbitrium excitatum, et operatur quidem, sed non sine gratiae auxilio. Ergo ut homo faciat bonum, praevenit gratia arbitrium, quod sine gratio invenitur esse vulneratum, ut a latronibus ille qui descendebat ab Hierusalem, ita ut nihil ex se vel possit vel faciat.

Matth. 7, 18. Rom. 11, 24. Joan. 15, 5. Rom. 8, 7. 1 Cor. 2, 11. 14; 12, 3. 2 Cor. 3, 5. Ephes. 2, 1.

---

1) Edit. Hott. Ebr. IX. 12. Act. IV. 12. 2) Ead. cit. v. 13. 3) Ead. omisit 31, 1. 2. Prov. 29.

Col. 1, 21. Rom. 8, 9. Matth. 16, 17. Joan. 1, 5; 6, 44. Ephes. 5, 7. Rom. 6, 17. 1 Petri. 2, 19. Rom. 14, 23. Ephes. 2, 8. Joan. 3, 3. 1 Petr. 1, 3. Joan. 8, 34. Rom. 6, 18; 8, 2. Col. 1, 12; 2, 13. Ephes. 2, 5. 2 Cor, 3, 5. Psal. 99 [1]). Ephes. 2, 10. 2 Cor. 5, 17. Phil 2. 13. 1, 29 [2]). Deut, 30, 6. Ezech. 11, 19; 36, 26. Jerem. 31, 33; 32, 39. 1 Cor. 12, 3. Jacob. 1, 17. 2 Petr. 1, 3. 1 Cor. 15, 10. Act. 16, 14. 2 Tim. 2, 25. 2 Cor. 4, 6. 1 Cor. 1, 8. Rom. 7, 14. 15 etc. Gal. 5, 17. Marc. 9, 24. Psal. 118, 34. 36. 37; 142, 11. 12; 85, 10; 102, 2. 3.

Κεφάλαιον ιε΄.

Πιστεύομεν τὰ εὐαγγελικὰ μυστήρια ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἶναι, ἅπερ ὁ κύριος παρέδωκεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, κἀκεῖνα δύο εἶναι. Τοσαῦτα γὰρ ἡμῖν παρεδόθη· καὶ ὁ νομοθετήσας οὐ πλείω παρέδωκεν. Ταῦτα δὲ συνίστασθαι ἐκ ῥήματος καὶ στοιχείου· εἶναι δὲ σφραγῖδας τῶν τοῦ θεοῦ ἐπαγγελιῶν [3]), καὶ χάριτος πρόξενα, κατέχομεν ἀσφαλῶς. Ἵνα δὲ τέλειον ᾖ τὸ μυστήριον καὶ ὁλόκληρον, δέον συντρέχειν τήν τε χοϊκὴν ὕλην καὶ τὴν ἐξωτέραν [4]) πρᾶξιν μετὰ τῆς τοῦ χοϊκοῦ πράγματος ἐκείνου χρήσεως, τῆς νομοθετηθείσης παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡνωμένης μετὰ πίστεως εἰλικρινοῦς· ὅτι ἠλαττωμένης τῆς πίστεως τοῖς μεταλαμβάνουσιν ἡ ὁλοκληρία τοῦ μυστηρίου οὐ σώζεται.

Caput XV.

Credimus Evangelica Sacramenta esse in Ecclesia, quae Dominus instituit in evangelio, et ipsa esse duo; ampliorem numerum Sacramentorum non habemus, quia institutor non plura tradidit. Porro constare verbo et elemento, esseque signacula promissionum Dei, et conferre gratiam non dubitamus: ut autem Sacramentum sit integram, opus esse ut concurrat res terrena, et actio externa, cum usu rei terrenae a Christo domino instituto, atque cum vera fide conjuncto, quia fidei defectus praejudicat integritati Sacramenti.

Matth. 28, 19. 20. Luc. 22, 19, 1 Cor. 11, 13; 10, 23. 12, 13, Gal. 3, 15. Eph. 5, 25. Marc. 1, 4. 1 Cor. 11,

1) Ead. omisit. 2) Ead. omisit. 3) Pejus ed. Hott. εὐαγγελιῶν. 4) Ead. deterius ἐξοτέραν.

23. Rom. 4, 11. Exod. 12, 11; 13, 9. 1 Petri 3, 21. Col. 2, 11. Rom. 2, 28. 29. Act. 8, 36. Joan. 3, 5. Marc. 16, 16. Ebrae. 10, 22, 1 Cor. 11, 27.

Κεφάλαιον ιϛ'.

Πιστεύομεν τὸ βάπτισμα εἶναι μυστήριον παρὰ τοῦ κυρίου γενομοθετημένον, ὅπερ εἰ μή τις λάβῃ, κοινωνίαν οὐκ ἔχει μετὰ τοῦ Χριστοῦ, οὗτινος ἐκ τοῦ θανάτου, τῆς ταφῆς, καὶ τῆς ἐνδόξου ἀναστάσεως ἀναβλύζει πᾶσα ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐνέργεια τοῦ βαπτίσματος, διὸ τοῖς οὕτω βαπτισθεῖσιν, ὡς ἐντέταλται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, οὐκ ἀμφιβάλλομεν ἀφεῖσθαι τὰς ἁμαρτίας, τήν τε προπατορικὴν, καὶ ὅσας ἄλλας ἦν πεπραχὼς ὁ βαπισθείς· ὥστε τοὺς λελουμένους ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναγεγεννημένους εἶναι, κεκαθαρμένους καὶ δεδικαιωμένους. Περὶ δὲ τοῦ ἐκ δευτέρου βαπτίζεσθαί τινα ἐντολὴν οὐκ ἔχομεν, ἀναδιπλάζεσθαι τὸ βάπτισμα. Διὰ τοῦτο ἀπέχειν ὀφείλομεν ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἀτοπήματος.

Caput XVI.

Credimus Baptismum esse sacramentum a Domino institutum, quem nisi quis susceperit, communionem non habet cum Christo, cujus ex morte, sepultura et gloriosa resurrectione promanat tota virtus et efficacia Baptismi; ideo ea forma, qua Dominus praecepit in evangelio, baptizatis, certi sumus, quod remittantur peccata tum originale tum actualia; ita ut quiqui abluti fuerint in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti regenerati, mundati atque justificati sint. De iteratione autem non habemus mandatum, ut iteretur Baptismus, ideo abstinendum esse ab hoc inconvenienti.

Marc. 1, 4. Joan. 1, 6. 33. 3, 22. Matth. 28, 19, Marc. 16, 16. Rom. 6, 3. Col. 2, 12. Gal. 3, 12. Gal. 3, 26. Luc. 3, 3. Act. 2, 38; 10, 47; 22, 16. Tit. 3, 5 [1]). Ebrae. 6, 4.

Κεφάλαιον ιζ'.

Πιστεύομεν τὸ ἕτερον μυστήριον, τὸ παρὰ τοῦ

Caput XVII.

Credimus alterum Sacramentum a Domino institutum

1) Hott. addit Eph. 4, 5.

κυρίου νενομοθετημένον, ἐκεῖνο εἶναι, ὅπερ εὐχαριστίαν λεγομεν. Τῇ νυκτὶ γὰρ, ᾗ παρεδίδου ἑαυτὸν ὁ κύριος, λαβὼν ἄρτον καὶ εὐλογήσας, ἔλεγε τοῖς ἀποστόλοις· λάβετε, φάγετε, τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμα μου. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήρων εὐχαριστίας ἔλεγε· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμα μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Καὶ προστίθησιν ὁ Παῦλος· ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἁπλῶς ἀληθὴς καὶ γνησία τοῦ θαυμαστοῦ μυστηρίου παράδοσις, οὗτινος ἐν τῇ ἐγχειρίσει καὶ διακονίᾳ τὴν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν παρουσίαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦμεν καὶ πιστεύομεν· πλὴν ἣν ἡ πίστις ἡμῖν παρίστησι καὶ προσφέρει, οὐχ ἣν ἡ ἐφευρεθεῖσα εἰκῇ διδάσκει μετουσίωσις. Πιστεύομεν γὰρ τοὺς πιστοὺς μεταλαμβάνοντας ἐν τῷ δείπνῳ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐσθίειν, οὐκ αἰσθητῶς τοῖς ὀδοῦσι τρύχοντας καὶ ἀναλύοντας τὴν μετάληψιν, ἀλλὰ τῇ τῆς ψυχῆς αἰσθήσει κοινωνοῦντας. Τὸ γὰρ σῶμα τοῦ κυρίου οὐκ ἔστιν ὅπερ ἐν τῷ μυστερίῳ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται τε καὶ λαμβάνεται, ἀλλ' ὅπερ πνευματικῶς ἡ

esse illud, quod vocamus *Eucharistiam*. Nocte enim qua tradebat semet ipsum, accipiens panem et benedicens, dicebat Apostolis: Accipite et manducate, hoc est corpus meum, et accepto calice gratias agens, dicebat: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur, hoc facite in meam commemorationem, et addit Paulus: Quotiescunque enim comederitis panem hunc et calicem hunc biberitis, mortem Domini annuntiabitis. Ista est simplex, vera et legitima hujus mirabilis sacramenti institutio, in cujus administratione *praesentiam veram realem* Christi Domini confitemur et profitemur, at illam quam *fides* nobis offert, non autem quam excogitata docet *transsubstantiatio*. Credimus enim, fideles Christi corpus manducare in coena Domini, non dente materiali terendo, sed animae sensu percipiendo, quum corpus Christi non sit illud, quod oculis in sacramento sese offert, sed illud quod *spiritualiter Fides apprehendit*, nobisque praebet, unde verum

πίστις λαβοῦσα ἡμῖν παριστάνει τε καὶ χαρίζεται. Ὅθεν ἀληθές ἐστιν, ἐσθίειν ἡμᾶς καὶ μετέχειν καὶ κοινωνοὺς εἶναι, ἐὰν πιστεύοιμεν, ἐὰν οὐ πιστεύοιμεν, παντὸς ἡμᾶς τοῦ [1]) μυστηρίου κέρδους ἀφίστασθαι· ἀκολούθως τὸ ποτήριον πίνειν ἐν τῷ μυστηρίῳ εἶναι τὸ αἷμα πίνειν ἀληθῶς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν τρόπον καὶ περὶ τοῦ σώματος εἴρηται. Ὁ γὰρ νομοθέτης ὡς περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἰδίου οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐνετείλατο, ἣν ἐντολὴν οὐ δεῖ κατὰ τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ [2]) κολοβοῦσθαι, ἀλλὰ σῶαν τηρεῖσθαι τὴν νομοθετηθεῖσαν παράδοσιν. Ὅταν οὖν ἀξίως μεθέξωμεν καὶ ὁλοκλήρως κοινωνήσωμεν ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἶναι ἡμᾶς ἤδη ὁμολογοῦμεν διηλλαγμένους τῇ κεφαλῇ ἡμῶν καὶ ἡνωμένους καὶ συσσώμους μετὰ βεβαίας ἐλπίδος καὶ συγκληρονόμους ἔσεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ.

est, si credimus, manducamus et participamus, si non credimus, omni fructu destituimur: consequenter calicem bibere in sacramento, esse sanguinem verum Domini nostri *JesuChristi* communicare, eo modo sicut et de corpore asseruimus. Institutor enim sicut de suo corpore, ita de suo sanguine mandavit, quod mandatum lacerari nec mutilari debet pro libito humani arbitrii, imo servari debet institutio prout nobis tradita est. Ubi ergo participaverimus digne, et communicaverimus integre corpus et sanguinem Christi in sacramento, fatemur esse jam nos reconciliatos, capiti nostro unitos et *συσσώμους*, cum certa spe et cohaeredes futuros in regno.

Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 23; 10, 16. Act, 1, 9; 3, 21. Col. 3, 1. Ephes. 3, 17. Gal. 2, 20. 1 Cor. 12, 13. 2 Cor. 5, 7. Ebrae. 11, 1. Joan. 6, 35. 53. 56. 57. 58. 60.

Κεφάλαιον ιη΄. — Caput XVIII.

Πιστεύομεν τὰς τῶν κεκοιμημένων ψυχὰς εἶναι

Credimus *defunctorum animas* esse vel in beatitu-

1) Hotting. ἐκ μυστ. 2) Sic Hott. Reliquae edit: ἑκάστου.

ἢ ἐν μακαριότητι, ἢ ἐν κατακρίσει, καθ᾽ ὅ, τι ἕκαστος ἔπραξεν· ἐκδημοῦντας γὰρ ἀπὸ τῶν σωμάτων παραυτίκα, ἢ πρὸς Χριστὸν, ἢ πρὸς κατάκρισιν ἐκδημεῖν. Οἷος γάρ τις εὑρίσκεται ἀποθνήσκων, παρόμοιον ἀπολαμβάνει τὸ τάλαντον, μὴ οὔσης μετὰ θάνατον μετανοίας. Καιρὸς γὰρ χάριτος ὁ παρὼν αἰών. Διὰ τοῦτο οἱ ἐνταῦθα δεδικαιωμένοι οὐδαμῶς μετὰ ταῦτα ὑποκείσονται κατακρίσει. Ὅσοι δὲ πάλιν οὐκ ἐδικαιώθησαν κοιμηθέντες, εἰς αἰώνιον ἀποκληροῦνται κατάκρισιν. Ἐξ οὗ δῆλον, τὸν περὶ καθαρτηρίου μῦθον μὴ δεῖν ἡμᾶς προσίεσθαι, ἀλλ᾽ ἐν ἀληθείᾳ ἀποφαίνεσθαι, δεῖν ἕκαστον ἐν τῷ νῦν μετανοεῖν, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξαιτεῖν, εἰ σωθῆναι θελήσειε. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω.

Τὴν σύντομον ταύτην ὁμολογίαν ἡμῶν εἰς σημεῖον ἔσεσθαι ἀντιλεγόμενον τεκμαιρόμεθα, οἷς ἐραστὸν ἀδίκως ἡμᾶς διασύρειν καὶ τῶν ἡμετέρων καταψηφίζεσθαι. Ἀλλ᾽ ἡμεῖς θαρροῦντες εἰς τὸν κύριον βεβαιούμεθα, ὅτι οὐ παρόψεται τοὺς ἰδίους οὐδ᾽ αὐτοὺς ἐγκαταλείψει, οὔτε πάντως ἀφήσει τὴν ῥάβδον τῶν πονηρευομένων ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων.

dine, vel in damnatione, prout quisque gesserit: migrantes enim ex corporibus illico ad Christum, vel in infernum migrare, quia qualis unusquisque in morte invenitur, talis judicatur, post hanc vitam nulla est facultas resipiscentiae, in hac vita tempus est gratiae. Ideo qui hic justificantur, nullam amplius posthac subibunt poenam, qui autem non justificati moriuntur, in poenos destinantur aeternas. Ex quo patet, commentum de Purgatorio non esse admittendum, sed in veritate statuendum, unumquemque debere in hoc saeculo resipiscere, remissionemque peccatorum per Domium nostrum Jesum Christum impetrare, si salvus esse voluerit. Et hic finis sit.

Compendiosam istam confessionem nostram futuram conjecturamus in signum contradictionis apud illos, quibus placet nos calumniari et injuste persequi. At nos confidimus in Domino nostro Jesu Christo, et speramus quodcausam suorum fidelium non relinquet, neque virgam malignorum super sortem justorum.

Ebrae. 9, 27. Luc. 16, 22. Eccl. 11, 3. Apoc. 14, 13. Esai. 57, 1. 1 Thess. 4, 13. Rom. 14, 8. 2 Cor. 5, 1. Phil. 1, 21. 22. 2 Tim. 4, 6. Luc. 2, 25; 23, 42. Esai. 55, 6. Psal. 31, 6. 2 Cor. 6 [1]). Joan. 9, 4; 11, 9. 10; 12, 35. Matth. 25, 1. Eccl. 9, 6. Matth. 25, 19; 24, 42. Ebrae. 3, 7; 4, 1; 10, 26. Gal. 6, 5. 2 Cor. 5, 10 [2]). Matth. 16, 26. Ezech. 18, 4. Psal. 48, 6. 1 Petr. 1, 18. Abac. 2, 4. 1 Joan. 1, 7; 2, 1. Ebrae. 1, 3; 7, 25; 9, 12. 22. 25; 10, 10. Tit. 2, 13. 1 Cor. 6, 11. Rom. 3, 24. Ephes. 5, 25. Apoc. 1, 5. 1 Cor. 1, 30. Joan. 15, 3. Act. 15, 9. Ps. 31 [3]); 102, 12. Esai. 43, 25. Ezech. 18, 21; 36, 25. Col. 2, 13. Rom. 5, 1; 8, 1. 30. 38. Joan. 3, 16. 36; 5, 24.

Τὴν ἄνωθεν ὁμολογίαν, Λατινιστὶ πρῶτον συγγράψαντες, τόγε νῦν εἰς τὴν ἡμετέραν φράσιν μετεγλωττίσαμεν κατὰ λέξιν, ὡς κεῖται ἐν τῷ Λατινικῷ πρωτοτύπῳ· ἐν ᾧ συντομῇ χρησάμενοι οὐκ εὐρύχωρον τὴν πραγματείαν παρεστήσαμεν, ὡς ὁ καιρὸς ἐν χρείᾳ ἴσως ἀπῄτει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τεταμιεύσθω· μετ' οὐ πολὺ γὰρ σὺν Θεῷ φροντίσωμεν, ἵνα ἕκαστος γκῷ, ὅτι ἡ πίστις ἡμῶν ἐκείνη ἐστὶν, ἣν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παρέδωκε, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐκήρυξαν, καὶ ἐδίδαξεν ἡ ὀρθοδοξία. [4]) *Διὰ τί δὲ τόγε νῦν τινες ὀρθόδοξοι ἠρώτησαν ἡμᾶς, ὡς φρονοῦμεν περὶ μερικῶν ἄρθρων* [5]) *καὶ ἠτήσαντο ἐκδοῦναι ἡμᾶς τὴν ἡμετέραν γνώμην· διὰ τοῦτο ταῦθ' ἅπερ ἕπεται τοῖς ἀνωτέροις, προστιθέμεθα, ὡς ὁρᾶτε.*

Superiorem confessionem a nobis Latine primo conscriptam nunc quidem nostra lingua de verbo ad verbum expressimus, ut in Latino habetur exemplari et archetypo, in quo quum rem in compendium contraxerimus, amplum adeo, et ut tempus ac necessitas postulassent, tractatum non exhibuimus, verum haec in futurum rejecimus; brevi enim divino favente numine curabimus, ut omnes fidem nostram illam ipsam esse agnoscant, quam Dominus noster Jesus Christus tradidit, Apostoli praedicarunt et Orthodoxa docuit Ecclesia. Quapropter quum Orthodoxi quidam quid de particularibus quibusdam articulis sentiamus, nos impraesentiarum interrogarint, nostramque super hac re sententiam expetierint, ea quae sequuntur, superioribus, uti videtis, annectimus.

---

1) Omisit h. l. Hotting. 2) Editt. 1645 et Amst. male 1 Cor. 5, 10. quum graecus textus habeat β κοριν. ε. ς. 3) Edit. Hotting. omisit. 4) Edit. Amst. melius ὀρθοδοξά, vertens: l' Eglise Orthodoxe. 5) Edit. Hott. male ἄθρων.

Ἐρώτησις α΄.

Εἰ δεῖ τὴν ἱερὰν γραφὴν κοινῶς παρὰ πάντων τῶν Χριστιανῶν ἀναγινώσκεσθαι;

Ἀπόκρισις.

Ὀφείλουσιν οἱ πιστοὶ πάντες Χριστιανοὶ τὰ τῆς ἱερᾶς γραφῆς, εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ γοῦν τὰ ἀναγκαῖα οὐκ ἀγνοεῖν, καὶ πιστεύειν, καὶ ὁμολογεῖν, καὶ ἀπαγγέλλεσθαι τὰ ἐν αὐτῇ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλοθεν ἢ παρὰ τῆς ἱερᾶς γραφῆς μανθάνομεν, ἢ αὐτὴν ἀναγινώσκοντες, ἢ τὰ ἐν αὐτῇ παρὰ πιστῶν ἀνθρώπων ἀπαρερμηνεύτως ἀκούοντες. Ὡς γὰρ τὸ ἀκούειν τὰ τῆς ἱερᾶς γραφῆς οὐδενὶ τῶν Χριστιανῶν ἀπηγόρευται, οὕτως οὐδὲ τὸ ἀναγινώσκειν· ἐγγὺς γὰρ αὐτῶν ἐστὶ τὸ ῥῆμα καὶ ἐν τῷ στόματι καὶ [1]) τῇ καρδίᾳ. Διὰ τοῦτο ὁ πιστὸς Χριστιανὸς, ἐν ὁποίᾳ οὖν τάξει, ἀδικηθείη προφανῶς ὑστερούμενος καὶ κωλυόμενος ἢ τῆς ἀκροάσεως τῆς ἱερᾶς γραφῆς, ἢ τῆς ἀναγνώσεως. Ἴσον γάρ ἐστιν ὑστερεῖν καὶ ἅπτεσθαι κωλύειν τροφῆς πνευματικῆς τὴν πεινῶσαν ψυχήν.

Interrogatio prima.

An sacra Scriptura communiter ab omnibus Christianis legi debeat?

Responsio.

Fideles omnes Christiani sacrae Scripturae, si non omnia, at ea saltem quae in ea cognitu necessaria sunt, nosse, credere, confiteri ac profiteri debent, neque enim aliunde quam a sacra Scriptura discere possumus, eam videlicet aut legentes aut ab ore fidelium virorum sincere eam enarrantium excipientes. Quemadmodum autem sacrae Scripturae auditorem esse nulli Christiano prohibitum, sic nullus ejus lectione arcendus est: prope enim est verbum in ore illorum et in corde illorum. Idcirco fideli Christiano, cujuscumque tandem sit ordinis ac conditionis, manifesta infertur injuria dum sacrae Scripturae auditione vel lectione privatur et arcetur. Unum enim idemque animam esurientem cibo spirituali vel privare vel quominus attingat et degustet prohibere.

Deut. 6, 6; 17, 18. Jos. 1, 8. Deut. 31, 11. Nehem. 8, 31. Joan. 5, 39; 10, 27; 8, 31. Luc. 16, 29; 4, 16.

---

1) Edit. Hott. addit ἐν.

Act. 13, 27; 15, 21; 8, 28; 17, 11. 2 Tim. 3, 15. Rom. 15, 4. Col. 4, 16. 1 Thess. 5, 27. 1 Joan. 1, 4; 2, 12. Esai. 5, 13. Jerem. 8, 9. Hos. 4, 6. Joan. 7, 49. Luc. 11, 52. Matth. 23, 13; 15, 14. 1 Joan. 4, 1. 1 Thess. 5, 19. 20. Joan. 17, 3; 21, 31. Psal. 119, [1]) 9; 1, 1, 2; 118, 1. Luc. 11, 28. Apoc. 1, 3.

Ἐρώτησις β΄.

Εἰ σαφής ἐστιν ἡ γραφὴ τοῖς ἀναγινώσκουσι Χριστιανοῖς;

Ἀπόκρισις.

Τὴν ἱερὰν γραφὴν ἱκανὰς μὲν ἔχειν πολλαχοῦ τὰς δυσκολίας ἐν τῷ γράμματι καὶ ταῖς λέξεσι, βέβαιόν ἐστι. Τὰ δὲ ἐν αὐτῇ τῆς πίστεως δόγματα λαμπρὰ καὶ σαφῆ τοῖς ἀγεννηθεῖσι καὶ φωτισθεῖσιν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἐξ οὗ δῆλον, τὸν ἀναγινώσκοντα δύνασθαι μὲν πολλάκις εἰς δυσκολίαν ἥντινα οὖν ἐμπεσεῖν· ἀλλὰ τῇ τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτι φωτισθέντα παρ' αὐτῆς τῆς γραφῆς ἀναλόγως τὰς λέξεις καὶ τὸ γράμμα συγκρούοντα τήν τε λύσιν ἀναλαμβάνειν, καὶ σὺν αὐτῇ ὀρθὴν τὴν διάνοιαν· διὸ καὶ λύχνος καὶ φῶς ἡ γραφὴ, φωτίζουσα τὴν διάνοιαν τῶν πιστῶν, καὶ ἀπελαύνουσα τὸ σκότος.

Interrogatio secunda.

An perspicua sit seu intellectu facilis Scriptura Christianis lectoribus?

Responsio.

Multas quidem et multis in locis sacrae Scripturae, sive literalem sensum spectes sive dictiones, difficultates inesse certum est, quae vero complectitur fidei dogmata, a Spiritu sancto regeneratis et illuminatis perspicua et plana esse. Unde manifestum fit, lectorem saepe quidem posse in aliquam difficultatem incidere, sed a Spiritu sancto illuminatnm ab eadem Scriptura, si analogice et dictiones et literalem sensum inter se composuerit et contulerit, cum solutionem tum simul rectam ac veram intelligentiam assequi valere, eo quod Scriptura lucerna sit ac lumen, quod fidelium mentem illuminat ac tenebras fugat.

2 Petr. 3, 5. Psal. 18 [2]), 8; 118 [3]), 104; 24, 5. Esai. 53, 10. Jerem. 31, 33. Joan. 6, 45. Matth. 11, 25; 13, 11; 16, 17. Luc. 24, 45. 1 Joan. 2, 27; 12, 3. 2 Cor. 1, 13; 3, 9. 13; 4, 3. Ephes. 1, 17; 3, 16. 19, Rom. 12, 6.

---

1) Sic edit. Hott. ceterae 118. 2) Hott. melius 19, 8. 3) Hott. melius 119; sed Graeca habent ριη. Uterque lovus jam supra.

Ἐρώτησις γ'.

Ἱερὰν γραφὴν ποῖα βιβλία καλεῖς;

Ἀπόκρισις.

Ἱερὰν γραφὴν πάντα τὰ κανονικὰ βιβλία λέγομεν, ἅπερ ὡς κανόνα τῆς πίστεως ἡμῶν καὶ τῆς σωτηρίας παρελάβομεν καὶ κρατοῦμεν· μάλισθ' ὅτι θεόπνευστον ἡμῖν προβάλλουσι τὴν διδασκαλίαν, καὶ αὐτάρκη κατηχῆσαι, φωτίσαι καὶ τελειῶσαι τὸν τῇ πίστει προσερχόμενον. Ταῦτα δὲ τὰ κανονικὰ βιβλία τοσαῦτα τὸν ἀριθμὸν εἶναι πιστεύομεν, ὅσα ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἀπεφήνατο,[1]) καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ καθολικὴ καὶ ὀρθόδοξος ἐκκλησία ὑπὸ τοῦ παναγίου πνεύματος φωτισθεῖσα μέχρι τοῦ παρόντος ὑπαγορεύει. Ἅπερ δὲ ἀπόκρυφα λέγομεν, διὰ τοῦτο τὸ ἐπώνυμον οὕτως ἔχουσιν, ὅτι τὸ κῦρος παρὰ τοῦ παναγίου πνεύματος οὐκ ἔχουσιν ὡς τὰ κυρίως καὶ ἀναμφιβόλως κανονικὰ βιβλία, ἐν οἷς ἡ τοῦ Μωϋσέως πεντάτευχος, καὶ τὰ ἁγιόγραφα, καὶ οἱ προφῆται, ἅτινα ὥρισεν ἀναγινώσκεσθαι ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος, ἀπὸ τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλία εἴκοσι δύο· ἀπὸ δὲ τῆς νέας πλουτοῦμεν τοὺς τέσσαρας εὐαγγελιστὰς, τὰς πράξεις, τὰς ἐπιστολὰς μακαρίου Παύλου, καὶ τὰς καθολικὰς,

Interrogatio tertia.

Quosnam libros Scripturae nomine dignaris?

Responso.

Sacram Scripturam Canonicos omnes libros appellamus, quos tanquam fidei ac salutis nostrae regulam accepimus atque adeo retinemus, eaque potissimum de causa, quod divinitus inspiratam nobis suggerant doctrinam, quae tum ad institutionem tum ad illuminationem et perfectionem illius, qui ad fidem accedit, sufficiat: hunc vero canonicorum librorum numerum esse credimus, quem Laodicensis Synodus pronuntiavit, et quem Catholica et Orthodoxa Christi Ecclesia a Spiritu Sancto illuminata in hunc usque diem confitetur. At ii, quos Apocryphos appellamus, hoc propterea nomine insigniuntur, quod eandem a Spiritu Sancto autoritatem et approbationem non acceperint, quam qui proprie et citra controversiam pro Canonicis habentur, quorum ex numero sunt, Pentateuchus, Hagiographa ac Prophetae, quos Laodicensis Synodus legendos esse statuit, veteris nempe testamenti libros viginti duos. Ex novo vero inter opes nostras recensemus quatuor Evangelistas, Acta Apostolorum, Epistolas S. Pauli et Catholicas, quibus etiam addimus Apoca-

1) Hott. male ἀπεφήνατο.

αἷς συνάπτομεν καὶ τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ ἠγαπημένου. Καὶ ταῦτα μὲν εἶναι τὰ κανονικὰ βιβλία κρατοῦμεν· καὶ ταῦτα ἱερὰν γραφὴν λέγεσθαι ὁμολογοῦμεν.

lypsin dilecti a Domino, et hos quidem Canonicos esse libros asserimus, et haec sacram appellari Scripturam confitemur.

[1]) 2 Tim. 3, 16. 1 Petr. 1, 21. 1 Tim. 4, 10. 1 Joan. 5, 5. Rom. 3, 1. 2. Actor. 3, 24; 26, 22. 1 Cor. 15, 3. 4. Act. 17, 11. Deut. 4, 2; 5, 1; 6 [2]). Joh. 1, 7; 23, 6. Matth. 22, 29. Marc. 7, 27. Ephes. 2, 20. 1 Cor. 3, 10. 11. 12. Jerem. 23, 28. Joan. 3, 30. 1 Petr. 4, 11. Prov. 30, 5. Eccles. 12, 10. Gal. 1, 8; 6, 16; 3, 15. 1 Cor. 4, 6. [3]) Deut. 12, 32. Apoc. 22, 18. 19.

Ἐρώτησις δʹ.

Περὶ τῶν εἰκόνων. πῶς ὀφείλομεν φρονεῖν;

Interrogatio quarto.

Quid nobis de imaginibus sentiendum sit?

Ἀπόκρισις.

Ὡς παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς γραφῆς διδασκόμεθα, λεγούσης τρανῶς· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς, ὀφειλόντων ἡμῶν οὐ τῇ κτίσει, ἀλλὰ μόνῳ τῷ κτίστῃ καὶ ποιητῇ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς λατρεύειν, κἀκεῖνον μόνον προσκυνεῖν. Ἐξ ὧν δῆλον, ὅτι τὴν ἱστορίαν, ἐπίσημον τέχνην οὖσαν, οὐκ ἀποβάλλομεν, ἀλλὰ καὶ εἰκόνας ἔχειν καὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων τῷ βουλομένῳ παρέχομεν· τὴν δὲ λατρείαν καὶ θρησκείαν αὐτῶν, ὡς ἀπηγορευμένην παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος

Responsio.

Quod a divina et sacra docemur Scriptura, quippe quae diserte dicat: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quae est in coelo desuper, et quae in terra deorsum, nec eorum quae sunt in aquis sub terra; non adorabis ea, neque coles, quum non creaturam, sed creatorem et opificem coeli et terrae solum colere, solumque adorare debeamus. Ex quibus patet nos picturam, ut quae sit ars nobilis et illustris, non reprobare, imo vero effigies et Christi et Sanctorum habere, ei qui voluerit, concedimus.

1) Hott. ita: Act. 3, 24. 2. Tim. 3, 16. recte. Graeca primum locum post praebent, alterum falso insigniunt β τιμοθ. ιε 2) Hoc sext. cap. omittit Hott. et Amst. vers. Graeca tenent ς. 3) omitt. Hott.

ἐν τῇ ἱερᾷ γραφῇ ἐξουδενοῦμεν, ἵνα μὴ λάθωμεν ἀντὶ τοῦ κτίστου καὶ ποιητοῦ χρώματα καὶ τέχνην, καὶ κτίσματα προσκυνεῖν. Καὶ τὸν ἄλλως φρονοῦντα ἄθλιον ἡγούμεθα, ὡς δεινὸν ἔχοντα σκότος ἐν ταῖς φρεσὶ, καὶ πεπωρωμένην τὴν καρδίαν. Καὶ ἦν ἂν κρεῖσσον τοῦ θεοῦ ἐντολῇ ἀποτάσσεσθαι, ἢ ἀνθρώπων πείθεσθαι ματαιολογίαις. Ὅπερ ἐν φόβῳ θεοῦ καὶ ἀγαθῇ συνειδήσει ἐκτιθέμεθα· εἰ καὶ στῆσαι τὴν φορὰν κρεῖττον ἢ καθ' ἡμᾶς εἶναι ὁμολογοῦμεν. Οὕτω μὲν ἐγγράφως τοῖς ἐρωτήσασιν ἡμᾶς ἀποκρινάμενοι ἐπεράναμεν, καὶ τὰς ἀποκρίσεις τῇ ἡμετέρᾳ ὁμολογίᾳ συνήψαμεν. Δώῃ δὲ ὁ κύριος τοῖς πᾶσιν ἐν πᾶσιν ὀρθῶς φρονεῖν, καὶ συνείδησιν εἰλικρινῇ.

Ἐδόθη ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ ἰανουαρίῳ
αχλα
Κύριλλος Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως. [1])

Verum earum adorationem et cultum utpote a Spiritu sancto in sucra Scriptura prohibitum detestamur, ne creatoris ac conditoris loco colores, artificium et creaturas ignari adoremus. Secus sentientem, ut qui densissimis tenebris mentem occaecatam habeat, cuique cor penitus occalluerit miserum arbitramur. Et satius quidem esset Dei mandato obtemperare, quam vanis hominum sermonibus morem gerere. Quod in timore Domini et bona freti conscientia exponimus, etiamsi ad hunc impetum sistendum vires nostras minime pares esse confiteamur. Et in hunc quidem modum scriptis ad interrogata respondentes finem fecimus, responsionesque confessioni nostrae adnexuimus. Det autem Dominus omnibus in omnibus bene sentire et sincera uti conscientia.

Datum Constantinopoli
mense Januario
cIↄ Iↄcxxxi
Cyrillus Patriarcha
Constantinopoleos.

Exod. 20, 4. Lev, 26, 1. Deut. 4, 15; 5, 8; 27, 15. Esai. 40, 18; 44, 12; 46, 5. Act. 17, 29. Rom. 1, 22 [2]). 1 Joan. 5, 21. Jerem. 10, 8. Abac. 2, 18. Psal. 115, [3]) 12. Joan. 4, 32. Deut. 6, 13. 3 Reg. [4]) 8, 39. Psal. 49 [5]), 15; 75, 11. [6]). Matth. 4, 10. Rom. 10, 13; 1, 25. Gal. 4. 8. 1 Cor. 7, 23. Act. 10, 25. Col. 2, 18. Apoc. 19, 10; 22, 8. 9. Matth. 6, 9. Luc. 11, 1. Sapient. Salom. 14, 12. [7])

---

1) Edit. Amst. addit. *οἰκείᾳ χειρὶ ἄγραφα.* 2) Editt. 1645 et Amst. male Rom. 5, 22; quum Graeca teneant *ρωμ. α.* 3) Editt. 1645 et Amst. male 113. Graeca *ψαλμ. ριν.* 4) Edit. Hott. omittit. 5) Edit. Hott. 50. 6) Edit. Hott. omisit. 7) Edit. Hott. 15, 22.

Confessio Orthodoxa.

Ορθόδοξος ὁμολογία τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς.

Orthodoxa Confessio catholicae atque apostolicae ecclesiae orientalis.

Νεκτάριος ἐλέῳ Θεοῦ Πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ καὶ πάσης Παλαιστίνης·

Nectarius dei misericordia Patriarcha sanctae Urbis Hierosolymorum omnisque Palaestina:

Πᾶσι τοῖς ἐντευξομένοις ὀρθοδόξοις, ἀδελφοῖς ἀγαπητοῖς, καὶ τέκνοις ἐν Κυρίῳ, χάριν, εἰρήνην καὶ ἔλεος ἀπὸ Θεοῦ.

Universis Lectoribus Orthodoxis, Dilectis Fratribus ac Filiis in Domino, gratiam, pacem, et misericordiam a Deo.

Μὴ δὴ παρέργως, ἀναγνῶστα φίλτατε, ταύτην τὴν βίβλον μέτιθι, εἴ σοι βουλητὸν εἴη, πρὸς πίστιν ὀρθὴν παιδαγωγηθῆναι, καὶ περιϊὼν [1]) ἔτι ἐν τῷ ὑλώδει τούτῳ σώματι, τοῖς τοῦ ἀΰλου φωτὸς ἀμαρύγμασιν ἐλλαμφθῆναι. Ὅπερ ἐστὶ ζῆν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, καὶ μετὰ Θεοῦ γενέσθαι τῷ νῷ ἀνιπτάμενος· σύντομον καὶ γὰρ οὐχ ἧττον δὲ καὶ σα-

Non obiter sane aliudque agendo hic tibi versandus libellus est, Amice Lector, si ad rectam institui fidem, atque, dum adhuc in materiato hoc corpore aetatem degis, immaterialis lucis fulgoribus illustrari desideras. Id quod supra visibilia omnia vitam agere, alarumque mentis remigio ad Deum accedere est. Quippe compendiariam admodum neque minus planam

---

1) Sic legendum esse arbitror. Vulg. περιὼν ἔτι τῷ ὑλώδει; non commendabilis. Non agitur de περιεῖναι *superesse*, nec bene dativus ad illud verbum quadrat. Quare etiam alia lectio est: ἐν τῷ, omisso ἔτι. Utrumque servavi quippe ad scriptoris sententiam necessarium.

φῇ περίληψιν ὀρθῶν ἔχει δογμάτων, ὥσπερ κάκ[1]) τῆς ἐπιγραφῆς αὐτῆς ἀριδήλως σοι προαναφανεῖται[2])· ἐπιγράφεται μὲν γὰρ ὀρθόδοξος Ὁμολογία τῶν Γραϊκῶν, δηλαδὴ[3]) εἰλικρινὴς, καὶ καθαρὰ, τῷ μηδ' ὁπωσοῦν νεωτερισμοῦ τινὸς ἐπιμιξίαν ἔχειν ἐξ[4]) ἑτέρου θρησκεύματος· συντέτακται δὲ τὸ μὲν πρῶτον παρὰ τῆς τῶν Ῥώσων ἐκκλησίας (στιχούσης ἄνωθεν τῷ ὀρθῷ τῆς Ἀνατολικῆς ἐκκλησίας κανόνι) ἐξ αἰτίας ὁρμωμένης[5]) τοιάυτης. Πέτρος Μογίλας, (ὁ καὶ πρὸ ὀλίγου τῶν τῇδε μεταστὰς, καὶ πρὸς Θεὸν ὁσίως μεταχωρήσας) παρὰ τοῦ ἀοιδίμου καὶ μακαριωτάτου Πατριάρχου τῶν Ἱεροσολύμων κυροῦ Θεοφάνους προβληθεὶς καὶ χειροτονηθεὶς ὀρθόδοξος μητροπολίτης, καὶ τοὺς οἴακας ἐγχειρισθεὶς τῆς κατὰ τὸ Κίοβον μητροπόλεως, ἐνέτυχε τῷ ποιμνίῳ συμπεφυρμένῳ νεωτερισμοῖς τισί τῶν ἑτεροδοξούντων, ἀπάδουσι[6]) πάντη τοῦ ὀρθοῦ καὶ ἀρχαίου σφῶν δόγματος· ὅθεν οἷα καλὸς ποιμὴν καὶ γενναῖος τῆς πίστεως πρό-

et dilucidam verae doctrinae comprehensionem continet; prout vel ex ipsa libri inscriptione, luculente satis, jam ante constare tibi, arbitror. Inscribitur enim *Orthodoxa Confessio* Graecorum, sincera nimirum ac pura, quippe quae nihil usquam admistae ex aliis religionibus novitatis habet. Consignata autem eadem initio, ab Ecclesia Russorum, quae longo temporum tractu secundum rectam Ecclesiae Orientalis regulam incedit, hujusmodi quadam de caussa fuit. *Petrus Mogilas*, qui nuper admodum ex hac vita emigrans, pie sancteque ad Deum transiit; quum ab inclyto et beatissimo Patriarcha Hierosolymitano, Domino *Theophane*, orthodoxus Metropolita electus creatusque, commissa sibi Metropolitanae *Kioviensis* Ecclesiae gubernacula primum capesseret: gregem suum novis quibusdam sectariorum opinionibus, a genuina et antiqua majorum suorum doctrina longissime abhorrentibus, confusum infectumque offendit. Quocirca, quemadmodum bonum pastorem, strenuumque fidei

1) Vulg. κἄν, intolerabilis ob genit. sequentem, quare lectionem ante ab editionibus in nota collocatam inducere in textum non veritus sum. 2) Vulg. προαναφωνεῖται vix ferri poterit. Alia lectio προαναφανεῖται loco medetur, quae apud Hofmannum perperam indicata fuit: προαφανεῖς. 3) Mutavi intercisionem, quae fuit post δηλαδὴ, quae vox non ad Graecos sed ad Confessionis epitheta spectat. 4) Adjeci ἐξ, ut genitivi locus esset. 5) Annon legendum ὁρμωμένη? Non enim caussa proficiscitur sed ex hac profecta est confessio. 6) Vulg. ἀπάδουσι.

μαχος σκοπὸν ὅτι μάλιστα θεοφιλῆ προὔθετο, ἵνα πρὸς ἣν ἐξ ἀρχῆς εἶχε δογμάτων ὀρθότητα, ἡ τῶν Ῥώσσων ἐκκλησία ἀπευθηνή τε [1]) καὶ ἀποκαταστήσῃ, τοὺς δ' ἀνακύψαντας νεωτερισμοὺς ἐκεῖσε προῤῥίζους ἐκτέμῃ, καὶ τὸ πενύματικὸν αὐτοῦ λήϊον εὔσταχυ [2]) ἀποφήνῃ καὶ καρποφόρον. Ταῦτα τοιγαροῦν ἐκεῖνος καλῶς διανοηθεὶς καὶ τοὔργου συντόμως ἥψατο· σύλλογον καὶ γὰρ τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ παροικίαν ἐλλογίμων τε καὶ ἐπιστημόνων ἀνδρῶν, κατὰ τὴνδε [3]) τὴν μητρόπολιν συναγηοχὼς, [4]) οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ πρὸ τούτων καὶ τοὺς ὑφ' αὐτὸν τρεῖς Ἐπισκόπους (χειροτονηθέντας τότε κἀκείνους παρ' αὐτοῦ τοῦ ἀοιδίμου τῶν Ἱεροσολύμων Πατριάρχου). Σκέψεως τε πολλῆς γενομένης, βουλῇ κοινῇ καὶ γνώμῃ μιᾷ συνεφώνησαν ἅπαντες, ταύτην αὐτῶν τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν γράψας τε ἐν κεφαλαίοις, καὶ ἐπιτρέψας τὴν ὡριμοτέραν αὐτῆς σκέψιν τῇ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίᾳ, καὶ τῇ αὐτῆς ἱε-

propugnatorem decebat, piissimum Deoque gratissimum sibi scopum mox proposuit, dirigendi nimirum restituendique Ecclesiam Russicam in eam, qua ab ultimis initiis floruerat, sacrorum dogmatum integritatem: rursumque radicitus exstirpandi, quae tum illis in locis caput attollere coeperant, novitias opinationes frugemque suam spiritualem laeto ac fertili spico fructuque locupletandi. Quod simulac recte atque ordine secum statuerat, nulla interposita mora, opus urgere coepit, coacto Metropolitanam in urbem celebrium et eruditorum provinciae suae virorum coetu: immo vero etiam accitis, ante illos, tribus Episcopis suis; qui una cum ipso, ab eodem illo laudatissimo Hierosolymorum Pontifice consecrati erant. Hic post multiplicem commentationem communi consilio, unoque ore, inter omnes convenit, de hac fidei suae expositione scripto capitulatim consignanda: illiusque maturiore cognitione atque disceptatione, Ecclesiae Constantinopolitanae, et sa-

———

1) Sic lectio restituenda est, ex textu corrupto: ἀπευθηνήτε, cui ad marginem adscriptum invenio: ἀπευθύνῃ. Quae conjectura non necessaria est. Scripserunt recentiores εὐθήνω pro εὐθύνω, ut infra quaest. II. Plenas post intercisiones, ante τοὺς et deinceps ante καὶ, delevi; pendent enim omnia ex part. ἵνα, et posui ante ταῦτα, ubi ante fuit media. Denique omnes illi conj. carebant male errore suis jotis subscriptis. 2) Recepi lectionem marginalem εὔσταχυ pro εὔσταχυν. 3) In unum contraxi vocabulum τὴν δὲ. Plenam ante Σκέψεως posui intercisionem, ubi nulla fuit, ut enunciati ratio constaret. 4) In textu recepto συναγηογὼς male.

ρᾷ Συνόδῳ, ἧπερ ἄνωθεν εἵποντο, καὶ πρὸς ἣν, ὡς εἰς κεφαλὴν τοῦ ὀρθοδόξου τῶν Γραϊκῶν συστήματος, ὑπετάσσοντο, καὶ ὡς εἰς ἀσφαλῆ γνώμονα ἐνητένιζον· [1]) ἵν' ὁποῖα οὖν τῶν κεφαλαίων αὕτη ἐγκρίνοι, ταῦτα καὶ οὗτοι διακρατεῖν, καὶ αὖ, ὁσάπερ ἀποδιοπομπεῖται, ταῦτα κἀκεῖνοι ἀποῤῥίπτειν ὡς νόθα ἔχοιεν. Συντάξαντες τοιγαροῦν τὴν βίβλον, καὶ ἔκθεσιν τῆς τῶν Ῥώσων πίστεως αὐτὴν ἐπιγράψαντες, προσεκαλοῦντο τοὺς παρὰ τῆς [2]) ἐν Κωνσταντινουπόλει μεγάλης ἐκκλησίας εἰς Μολδάβιαν πεμφθησομένους, ἐπιτρόπους συνοδικοὺς καὶ Πατριαρχικοὺς Ἐξάρχους, ἐν ᾧ τόπῳ καὶ παρ' αὐτῶν ἔφασκον πρέσβεις [3]) ἐπιστεῖλαι, ἐφ' ᾧ πρῶτον ἐκεῖσε ἀνακριθείη τὰ τῆς αὐτῶν πίστεως ἐκτεθέντα κεφάλαια, εἴγε συνᾴδοιεν, εἴτε καὶ μὴ, τῇ τῆς Ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ὀρθότητι, μετὰ δὲ τὴν ἐκεῖσε βάσανον καὶ δημοσίως αὐτῇ ταῦτα κοινώσασθαι. Καὶ δὴ λοιπὸν πέμπονται παρὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου, ὁ πανιερώτατος Μητροπολίτης Νικαίας Πορφύριος, καὶ Μελέτιος ὁ Συρίγος, διδάσκα-

crae ejusdem Synodo, committenda. Jamdudum enim ecclesiae illius auctoritatem sequebantur; illique tanquam orthodoxi Graecorum coetus capiti ultro sese submittebant, et in ipsam haud aliter, quam in certissimum gnomonem aciem oculorum defigebant. Nimirum, ut quaecunque capita sua sententia eadem comprobaret, haec constanter et ipsi retinerent: quaeque rursus detestaretur; ea velut notha atque adulterina protenus et ipsi abjicerent. Confecto igitur hunc in modum libro, cui *Expositionis fidei Russorum* indicem inscripserant: mittendos sub idem tempus in Moldaviam, a magna Ecclesia Constantinopolitana, Curatores Synodicos ac Patriarchales Exarchos arcessunt, adfirmantes et se suorum quosdam mox illuc ablegaturos, quo haec ipsa fidei suae capita primum illic accuratius expenderentur: utrum videlicet cum sana rectaque Orientalis Ecclesiae doctrina concinerent, nec ne; eoque peracto examine, continuo eadem publice et sollemniter cum Ecclesia Constantinopolitana communicatum iri. Sic itaque a sancta Synodo illuc mittuntur, sanctissimus Ni-

1) Marginali lectioni cessi locum pro corruptela ἐνιτενιζον. Paullo ante scripsi εἵποντο pro εἴποντο. 2) Praestat et hic lectio, quae fuit ad marginem. In textu legebatur: τοὺς. 3) Sic legendum esse auguror ex textu ἐπιστῆλαι, pro quo habet margo; f. ἀποστεῖλαι, quae conjectura est ab illo remotior. Mox scripsi ἀνακριθείη pro ἀνακριθεὶη.

λος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὃς καὶ ἐπ' εὐσεβέσι καὶ ὀρθοῖς δόγμασιν παιδόθεν ἀνατραφεὶς τε καὶ παιδευθεὶς, καὶ πρὸς τελειότητα βίου καὶ λόγου ἀχθεὶς, κήρυξ, διερμηνεὺς καὶ στάθμη τῶν ὀρθῶν τῆς πίστεως δογμάτων καί ἐστι καὶ λέγεται. Τὸ Πατριαρχικὸν δὲ τότε ἐπιφερόμενος πρόσωπον, σὺν πληρεστάτῃ ἐξουσίᾳ καὶ τῆς ἱερᾶς ἁπάσης συνόδου ἐς Μολδάβιαν, ὡς ἔφθημεν εἰπόντες, σὺν τῷ Πορφυρίῳ παρεγένετο. Ἀφίκοντο δὲ καὶ παρὰ τῶν Ῥώσσων, ὅ τε [1]) Ἡσαίας Τρόφιμος, καὶ Κονοβίκιος, καὶ Ξενοβίκιος, ἄνδρες τῷ ὄντι θαυμάσιοι, καὶ πάσῃ σοφίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ κεκοσμημένοι. Τὸν δὲ τῆς γνώσεως πρύτανιν θεὸν τοῦ ὀρθοῦ λόγου προστήσαντες ἡγήτορα, μετὰ πολλὰς ἀνακρίσεις καὶ ἀναπτύξεις [2]) Γραφῶν ἱερῶν, ἐς οὕτω πέρας χρηστὸν τὴν βίβλον προήγαγον, ἀνακαθάραντες ταύτην ἀλλοτρίας γνώμης ἁπάσης, καὶ τῆς τῶν νεωτερισμῶν ἐκείνων [3]) συμφύρσεως. Κἀκεῖθεν εὐθὺς πρὸς τοὺς τέσσαρας τῶν Ἀποστολικῶν θρόνων εὐσεβεῖς καὶ ὀρθοδόξους

caeae Metropolita *Porphyrius* et *Meletius Syrigus*, magnae Ecclesiae doctor, vir, qui a puero in piis verisque enutritus institutusque dogmatibus, vitaeque religiosae et exquisitae eruditionis summam facile laudem consecutus, rectissimorum fidei dogmatum praeco et enarrator et amussis habetur pariter et est. Tum vero Patriarchae personam gerens, et plenissima sanctae Synodi universae facultate instructus, in Moldaviam, ut jam praediximus, una cum Porphyrio profectus est. Quo et a Russis missi venerunt, *Iesaias Trophimi F.* et *(Iosephus) Cononovicius*, atque *(Ignatius) Xenovicius*, homines revera admirabiles, omnibusque literis et liberalibus doctrinis ornatissimi. Hi igitur Deo, unico omnis cognitionis auctore, verae pietatis doctrinaeque duce ac magistro sibi adsumto: atque multis ultro citroque institutis disputationibus, perpurgatum ab omni aliena doctrina, illaque novitatum concretione librum ad optimum hunc finem perduxere. Indeque extemplo piissimis atque *Orthodoxis quatuor Patriarchis*, sedium Apostolicarum suc-

---

1) Scripsi ὅ τε pro vitioso ὅτε et paullo post τῷ ὄντι pro τωόντι. Scribitur deinde Τρόφιμος, in epist. Parthenii Τροφίμος, in subscriptione synod. Const. advers. Calvin. Τροφίμιος p. 146. Et ita quidem nomen se habuisse videtur, quum ex vers. constet, eum Trophimi cujusdam filium fuisse, unde Τροφίμιος. 2) Conjeci ita legendum esse pro inepto et genit. et vocabulo ἀναπτύξης. 3) Induxi conjecturam marginalem συμφύρσεως; συμφύσεως, quod reperi, minus per se aptum est nec accommodatum ad ea, quae legimus p. 46.

4

Πατριάρχας ἐξέπεμψαν, οἳ καὶ ὡς γνήσια καὶ ὀρθὰ περιέχουσαν δόγματα, καὶ μηδοπωσοῦν τῆς καθολικῆς καὶ εἰλικρινοῦς τῶν Γραικῶν πίστεως διαμαρτάνουσαν ἀπεδέξαντο, καὶ τοῖς πᾶσιν ὁμοφώνως ἐκήρυξαν, ὡς ἔστιν ἄρα καθαρὰ καὶ ἀνόθευτος. Κυρώσαντες δὲ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἰδιοχείροις ὑπογραφαῖς μετὰ τῶν περὶ αὐτοὺς ἕκαστος κληρικῶν, ὡς δείκνυνται καὶ ὁρῶνται, οὐ μόνον Ῥώσσων, καθολικώτερον δὲ πάντων τῶν Γραικῶν ὀρθόδοξον πίστιν αὐτὴν ἐπωνόμασαν.

Ἀλλὰ ταύτην τύπῳ μὲν πρὸ πολλοῦ οἱ Ῥώσσοι τῇ σφῶν διαλέκτῳ ἐξέδωκαν, παρὰ δὲ Γραικοῖς ἐν χειρογράφοις καὶ μόναις δέλτοις τέως ἀνεγινώσκετο. Ὁ δὲ σοφώτατος, οὐχ ἧττον δὲ καὶ θεοσεβέστατος καὶ ὀρθοδοξώτατος Ἑρμηνεὺς τοῦ Ἀνατολικοῦ καὶ Δυτικοῦ κράτους τῶν αὐτοκρατόρων, κύριος Παναγιώτης, οἷα τοῦ ἡμετέρου τῶν Γραικῶν γένους ἐς ἄκρον ζηλωτὴς, καὶ τοῦ ὀρθοδόξου ἡμῶν δόγματος διάπυρος ὑπασπιστὴς [1]), πρὸς τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ μεγαλοπρεπέσιν

cessoribus, perlustrantum misere. Quem et illi pariter, tanquam genuina ac vera continentem dogmata, nullaque omnino in re a Catholica et sincera Graecorum fide deerrantem comprobarunt; et summa cum aliorum omnium judiciis conspiratione atque consensu purum incorruptumque esse praedicarunt. Porro propriis manuum suarum suorumque singuli clericorum subscriptionibus, prout heic ipsi apparent cernunturque, confirmatum, non Russorum duntaxat, verum universaliore nomine, Graecorum omnium Orthodoxam Fidem appellarunt.

Verumenimvero ut a Russis liber iste, vulgari gentis sermone, dudum typis excusus fuit: ita apud Graecos non nisi manu, pauculisque exemplis descriptus, antehac legebatur. Verum vir sapientissimus, neque minus pietatis laude florens, et verae idem religioni addictissimus, Dominus Panagiota, Orientalis Occidentalisque Imperatoriae Majestatis Interpres, ut studiosissimus Graecanicae nationis nostrae, fideique Orthodoxae propugnator ardentissimus est, super tot magnifica opera alia, hujus etiam

1) *ὑπασπιστής* e textu ejicere non ausus sum, quamquam qui notas margini aspersit, sagaciter conjecit *ὑπερασπιστής*, qui propugnator est. Illud vero, quod legitur apud Herodot. V. 111., *satellitem, custodem corporis armatum* sonat, qui ab hoc loco non alienus est. Paullo post junxi *καὶ περ* uno vocabulo.

ἔργοις καὶ τοὔργου τούτου γενέσθαι προστάτης οὐκ ὄκνησε, τοῦ τύπῳ δηλαδὴ καὶ κατὰ τὴν ἡμῶν τε καὶ τῶν Λατίνων φωνὴν (καίπερ πολιτικαῖς φροντίσιν ὅσαι ὧραι ἐνειλούμενος) οἰκείοις ἀναλώμασι ταύτην ἐκδοῦναι, ἵν᾽ ἕκαστος τῶν εὐσεβεῖν βουλομένων δίχα δαπάνης (ἀμισθὶ γὰρ πᾶσι τὰς βίβλους δίδοσθαι παρεσκεύασε) κτᾶσθαι ταύτην δύναιτο. κἀντεῦθεν, ὡς ἀπὸ καθαροῦ καὶ ζῶντος ὕδατος καὶ ἀπὸ πηγῶν [1]) ἀληθινῶν τοῦ σωτηρίου, ἀντιμᾶσθαι ἔχοι τὰ τῆς καθ᾽ ἡμας ἐκκλησίας εὐσεβῆ δόγματα, καὶ μήτισιν ἄλλοις θολεροῖς τῶν ἑτεροδοξούντων δόγμασι ξενίζοιτο καὶ ἐξαπατῷτο. Εἰ δὲ καὶ πεζῇ τῇ φράσει ἐκδίδοται (διὰ τὸ οὐ μόνον σοφοῖς ἀνδράσι, ἀλλὰ [2]) καὶ τοῖς πολλοῖς εὐξύνετον εἶναι), οὐ χρὴ θαυμάζειν. Καὶ γὰρ οὐ πρὸς τὸ ἀκαλλὲς της φράσεως, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἀλήθειαν ἀποσκοπεῖν δεῖ τὸν ἐχέφρονα. Ὀφείλομεν δὲ μᾶλλον ἅπαντες μεγάλας καὶ ἀθανάτους τὰς χάριτας εἰδέναι τῷ ἀνδρὶ, προξένῳ ἡμῖν γενομένῳ τοῦ τοιούτου καλοῦ, ἐκλιπαρεῖν τε τὸ θεῖον, ἀνταποδοῦναι πλουσίως αὐτῷ,

curam et praesidium haud gravate in se suscepit: ut hunc librum, nostra Latinaque lingua, sua impensa, quanquam civilibus negotiis ac curis in horas districtus implicatusque, typis evulgaret. Scilicet ut quisquis in vera pietate proficere cupit, nullo aere suo, (nam exempla gratis, nulloque persoluto pretio, inter omnes distribui curavit) librum sibi comparare, ex eoque, velut limpidae vivaeque aquae scaturigine, ac genuinis salutis fontibus, (Ies. XII, 3.) pia Ecclesiae nostrae dogmata haurire possit: nec ullis sectariorum turbidis, et peregrinis opinionibus perturbetur fallaturque. Ceterum quod vulgari et rudi elocutionis filo contextus liber editur, (quo videlicet non solis eruditis, sed et imperitae plebeculae facile pateat) id nemo mirari debet. Namque prudentis est lectoris, non ad invenustam respicere dictionem: sed ad veritatem dictorum sententiarumque. Quin potius summas atque immortales illi viro agere omnes et habere debemus grates, qui tanti nobis auctor beneficii exstitit; Deumque precibus nostris exorare, velit illi locuplete mensura rependere,

---

1) Delevi textum *ἄλλων*, recipiens marginis verba *ἀληθινῶν τοῦ*.
2) Adjeci *ἀλλὰ* ex margine. Paullo ante disjunxi *εἰδὲ*.

καὶ ἀθανάτους τὰς ἀμοιβὰς ἐν τῇ τῆς ἀνταποδόσεως ἡμέρᾳ.

Ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῇ ἡμετέρᾳ μονῇ, ἔτει αχξβ', Νοεμβρίῳ κ'.

et in magno remunerationis die praemium dare sempiternum.

Scribebam Constantinopoli in Coenobio nostro. Anno CIↃ IↃC LXII. Novembris die vicesimo.

Παρθένιος Ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης.

Ἡ μετριότης ἡμῶν μετὰ καὶ τῆς περὶ αὐτὴν ἱερᾶς τῶν Ἀρχιερέων συνόδου καὶ τοῦ κλήρου, διελθόντες τὸ πεμφθὲν ἡμῖν παρὰ τῆς ἀδελφῆς ἡμῶν ἐκκλησίας τῆς μικρᾶς Ῥωσσίας βιβλίον, τὸ ἐπιγραφὴν ἔχον, Ὁμολογία τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ· τὴν πραγματείαν αὐτοῦ ποιούμενον ἐν τρισὶ μέρεσιν, εἴς τε τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν ἐλπίδα· καὶ τὴν μὲν πίστιν διαιροῦν εἰς τὰ δώδεκα ἄρθρα τῆς πίστεως, ἤτοι τοῦ ἱεροῦ συμβόλου· τὴν δὲ ἀγάπην εἰς τὰς [1]) δέκα ἐντολὰς, καὶ εἰς λοιπὰ ἀναγκαῖα τῆς ἱερᾶς καὶ θεοπνεύστου παλαιᾶς τε καὶ νέας γραφῆς καὶ τὴν ἐλπίδα εἰς τὴν κυριακὴν φωνὴν, καὶ

Parthenius Dei misericordia Archiepiscopus Constantinopolis, novae Romae, et Oecumenicus Patriarcha.

Mediocritas nostra, una cum praesente sacra summorum Pontificum Clerique congregatione, libellum, a germana sorore nostra, Russiae minoris Ecclesia, nobis transmissum: cui index erat, Confessio Orthodoxae Fidei, Catholicae et Apostolicae Christi Ecclesiae; diligenter evolventes, in quo rerum ipsarum tractatio omnis, tripertita ratione, in Fidem et Caritatem et Spem distribuitur, hoc videlicet pacto, ut Fides in duodecim Articulos Fidei, sive sacri Symboli (Niceni) dispertiatur; caritas in decem Praecepta, quaeque alia in sacris ac divinitus inspiratis Antiquis Novisque scripturis necessario tenenda praecipiuntur; spes in Orationem Dominicam et novem sacri Evangelii beati-

---

1) Recepi δέκα pro δώδεκα ex margine.

τοὺς ἐννέα μακαρισμοὺς τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου. Εὕρομεν αὐτὸ ἐπακόλουθον τοῖς δόγμασι τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, καὶ ὁμόφωνον τοῖς ἱεροῖς κανόσι, κατ'[1]) *οὐδὲν ἐναντιούμενον αὐτῇ. Οὗ τὸ ἀντικρὺ δεύτερον μέρος εἰς Λατινικὴν γλῶσσαν ἐμπεριέχεται, καὶ οὐ διήλθομεν αὐτό· ἐπικυροῦμεν οὖν αὐτὸ μόνον, τὸ*[2]) *ἐν τῇ ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ τυγχάνον, καὶ ἀποφαινόμεθα γνώμῃ κοινῇ συνοδικῇ, πάντα εὐσεβῆ καὶ ὀρθόδοξον, ὄντα ὑπὸ τὴν Ἀνατολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν χριστιανὸν, ἀναγινώσκειν αὐτὸ, καὶ μὴ ἀποστρέφεσθαι, ὅθεν καὶ ὑπεγράφη εἰς διηνεκῆ τὴν ἀσφάλειαν. Ἐν ἔτει σωτηρίῳ αχμγ', μηνὶ Μαρτίῳ ἡμέρᾳ ια'.*

tudines. Libellum istum vestigiis doctrinae Ecclesiae Christi fideliter insistere, sacrisque consentire Canonibus: nulla vero ex parte illi adversari comperimus. Ceterum alteram libri partem, latino sermone ex adverso positam, ut legendo non attigimus: ita illam solam, quae vernacula nobis lingua perscripta est, rite confirmamus, atque de communi et Synodica sententia decernimus mandamusque: pio cuivis et orthodoxo Christiano, Orientalis et Apostolicae Ecclesiae civi, librum istum sedulo lectitandum, minimeque rejiciendum esse. Quem ideo in perpetuam rei fidem securitatemque nostris subscriptionibus communimus. Anno Salutis CIↃ IↃC XLIII, die undecimo mensis Martii.

Ἡ ἰδιόχειρος ἐπιγραφὴ[3]) *τοῦ παναγιωτάτου οὕτως ἔχει.*

Subscriptio manu sanctissimi Patriarchae facta ita habet:

Παρθένιος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης.

Parthenius, Dei misericordia Archiepiscopus Constantinopolis, novae Romae, et Oecumenicus Patriarcha.

Ἰωαννίκιος ἐλέῳ Θεοῦ Πάπας καὶ Πατριάρχης τῆς μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρίας καὶ Κριτὴς τῆς οἰκουμένης.

Ioannicius, Dei misericordia Papa et Patriarcha magnae urbis Alexandriae, orbisque terrarum judex.

---

1) Addit margo *καὶ*. 2) In Hofmanniana editione perperam *ἡ* additum legitur. 3) In margine est *ὑπογραφὴ* *subscriptio*, *ἐπιγρ.* *titulum* spectat. Nolui exturbare.

Μακάριος ἐλέῳ Θεοῦ Πατριάρχης τῆς μεγάλης Θεουπόλεως Ἀντιοχείας.	Macarius, Dei misericordia Patriarcha magnae Dei urbis Antiochiae.
Παΐσιος ἐλέῳ Θεοῦ Πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλήμ.	Païsius, Dei misericordia Patriarcha sanctae urbis Hierosolymae.
Ὁ Ἀγκύρας Λαυρέντιος.	Laurentius, Ancyrae.
Ὁ Λαρίσσης Γρηγόριος.	Gregorius, Larissae.
Ὁ Χαλκηδόνος Παχώμιος.	Pachomius, Chalcedonis.
Ὁ Ἀδριανουπόλεως Παρθένιος.	Parthenius, Adrianopolis.
Ὁ Βεῤῥοίας Ἰωαννίκιος.	Ioannicius, Berrhoeae.
Ὁ Ῥόδου Μελέτιος.	Meletius, Rhodi.
Ὁ Μεθύμνης Κορνήλιος.	Cornelius, Methymnae.
Ὁ Λακεδαιμονίας Γαβριήλ.	Gabriel, Lacedaemonis.
Ὁ Χίου Παρθένιος.	Parthenius, Chii.
Ὁ μέγας Λογοθέτης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Λάσκαρης.	Lascaris, magnus Logotheta magnae Ecclesiae.
Ὁ μέγας Οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Χριστόδουλος.	Christodulus, magnus Oeconomus magnae Ecclesiae.
Ὁ μέγας Ῥήτωρ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Μιχαήλ.	Michaël, magnus Rhetor magnae Ecclesiae.
Ὁ μέγας Σακελλάριος τῆς μεγ. ἐκκλ. Ἱερεὺς Θεολόγος.	Theologus, sacerdos, magnus Sacellarius magnae Ecclesiae.
Ὁ Σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Γεώργιος.	Georgius, minor Sacellarius magnae Ecclesiae.
Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.	Magnus [1]) Chartophylax magnae Ecclesiae.
Ὁ Πρωτέκδικος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Θωμᾶς Βλαστός.	Thomas Blastus, Protecdicus (primus defensor) magnae Ecclesiae.
Ὁ Πρωτονοτάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Φίλιππος.	Philippus, Protonotarius magnae Ecclesiae.

1) Eustathius Synod. Parthen.

Ὁ Πρωταποστελλάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντῖνος.	Constantinus, Protapostolarius magnae Ecclesiae.
Ὁ Λογοθέτης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Νικόλαος.	Nicolaus, Logotheta magnae Ecclesiae.
Ὁ Ὑπομνηματογράφος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κονσταντῖνος.	Constantinus, Commentariensis magnae Ecclesiae.
Ὁ Δικαιοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Μιχαήλ.	Michaël, Dicaeophylax magnae Ecclesiae.
Ὁ Λογοθέτης γενικοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Χρυσόσκουλος.	Chrysosculus, Logotheta aerarii generalis magnae Ecclesiae.
Νὰ δίδουνται χάρισμα τοῖς εὐσεβέσι χριστιανοῖς διὰ ψυχικὴν ὠφέλειαν τοῦ περιφανεστάτου καὶ λογιωτάτου ἄρχοντος κυρίου Παναγιώτου.	Exemplaria libri piis Christianis dono dantur, in commodum animae illustrissimi et disertissimi Domini, Domini Panagiotae.

Confessio Orthodoxa.

Ὀρθόδοξος ὁμολογία τῆς πίστεως τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς.

Ἐρώτησις α'.

Ὁ ἄνθρωπος ὁ χριστιανὸς ὁ ὀρθόδοξος καὶ καθολικὸς τί χρεωστεῖ νὰ φυλάττῃ, διὰ νὰ κληρονομήσῃ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον;

Ἀπόκρισις.

Πίστιν ὀρθὴν καὶ ἔργα καλά. Διατὶ ὁποῖος τὰ δύο ταῦτα κρατεῖ, εἶναι καλὸς χριστιανὸς, καὶ ἔχει βεβαίαν ἐλπίδα τῆς αἰωνίου σωτηρίας· μαρτυρούσης τῆς ἁγίας Γραφῆς· (Ἰακ. β'. κδ'.) ὁρᾶτε, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον· καὶ ὁ λόγος κατώτερον· (στιχ. κς'.) ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι· καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Παῦλος ὁ θεῖος λέγει τὸ αὐτό· (α'. Τιμ. α'. ιθ'.) ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν· ἥν τινες ἀπωσά-

Orthodoxa Confessio Fidei Catholicae et Apostolicae Ecclesiae Orientalis.

Quaestio prima.

Quid tenere atque observare Orthodoxus et Catholicus homo Christianus debet, ut aeternae olim vitae heres fiat?

Responsio.

Rectam fidem et bona opera. Qui enim haec duo servat, ille bonus Christianus est, certamque aeternae salutis spem habet teste sacra scriptura (Jacob. II, 24.): Videtis, quod ex operibus justificetur homo non autem ex fide tantum. Tum paullo post (versu 26.): Nam quemadmodum corpus sine spiritu mortuum est: ita et fides sine operibus mortua est. Idem alibi divinus ille Paulus adstruit (1 Timoth. I, 19.): Habens fidem et bonam conscientiam: qua repulsa nonnulli fidei naufragium fe-

μενοι περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν· καὶ ἀλλαχοῦ· (α'. Τιμ. γ'. θ'.) ἔχοντες τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει.

cerunt. Et alio idem loco (I Timoth. III, 9.): Habentes mysterium fidei in pura conscientia.

Ἐρώτησις β'.

Διατί χρεωστεῖ ὁ χριστιανὸς νὰ πιστεύῃ πρῶτον, καὶ ὕστερα νὰ κάμῃ τὰ καλὰ ἔργα;

Ἀπ. Ἐπειδὴ εἶναι ἀδύνατον νὰ ἀρέσσῃ τινὰς τοῦ Θεοῦ χωρὶς πίστιν, κατὰ τὸν Παῦλον λέγοντα· (Ἑβρ. ια'. ς'.) χωρὶς πίστιν ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι· πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. Διὰ νὰ ἀρεσσῃ λοιπὸν ὁ χριστιανὸς τῷ Θεῷ, καὶ τὰ ἔργα τοῦ νὰ εἶναι εἰς αὐτὸν εὐπρόσδεκτα, πρῶτον πρέπει νὰ ἔχῃ πίστιν εἰς τὸν Θεὸν, καὶ δεύτερον νὰ εὐθήνῃ τὴν ζωήν του κατὰ τὴν πίστιν.

Quaestio II.

Quid vero prius credere, tum deinde bona opera efficere debet Christianus?

Resp. Quoniam sine fide nemo Deo placere potest, secundum dictum Pauli (Hebr. XI, 6.): Fieri non potest, ut sine fide quisquam placeat; nam qui ad Deum accedit, hunc credere oportet, et esse Deum, et remuneratorem iis esse, qui illum sedulo quaerunt. Ut acceptus igitur Deo homo Christianus sit; ut illique grata ejus sint opera; primum fidem in Deum habeat oportet: postmodum ut vitam etiam suam ad fidei regulam componat ac conformet.

Ἐρώτησις γ'.

Τὰ δύο ταῦτα εἰς τί στέκουνται;

Ἀπ. Εἰς τὰς τρεῖς θεολογικὰς ἀρετάς· ἤγουν εἰς τὴν πίστιν· εἰς τὴν ἐλπίδα· καὶ εἰς τὴν ἀγάπην· κατὰ τὰς ὁποίας θέλομεν μερίσειν καὶ τὰ τρία μέρη τῆς Ὁμολογίας, ὥστε εἰς τὸ πρῶτον νὰ ὁμολογήσωμεν περὶ τῶν ἄρθρων τῆς πίστεως, εἰς τὸ δεύτερον περὶ ἐλπίδος, καὶ τῆς προσευχῆς τῆς Κυριακῆς, καὶ περὶ τῶν μακαρι-

Quaestio III.

Quibus in rebus haec duo consistunt?

Resp. In tribus hisce virtutibus Theologicis: in Fide, in Spe, in Caritate, secundum quas etiam tres Confessionis hujus partes distribuere nobis animus est; nimirum ut in prima parte concordi consessione de Articulis Fidei agamus: in secunda, de Spe et Oratione Dominica, et Beatitudinibus Evangelicis: in tertia de-

σμῶν, εἰς δὲ τὸ τρίτον, περὶ τῶν θείων ἐντολῶν, ἐν αἷς περιέχεται ἡ πρὸς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπη.

nique, de Praeceptis Divinis, quibus Caritas in Deum et Proximum continetur.

Πρῶτον μέρος
τῆς ὀρθοδόξου ὁμολογίας, ἐν ᾧ περὶ Πίστεως.

Orthodoxae Confessionis
Pars prima, *De Fide.*

Ἐρώτησις δ'.
Τί ἐστὶ Πίστις;

Qu. IV.
Quid est Fides?

Ἀπόκρισις.

Πίστις ἐστι (κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον Ἑβρ. ιά. ά.) ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων· ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι· ἢ οὕτω· πίστις ὀρθόδοξος, καθολική τε καὶ ἀποστολική ἐστι, καρδίᾳ πιστεύειν καὶ στόματι ὁμολογεῖν ἕνα Θεὸν τρισυπόστατον, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Παύλου διδασκαλίαν, λέγοντος· (Ῥωμ. ί. ί.) καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Πρὸς τούτῳ πρέπει νὰ κρατῇ διὰ βέβαιον καὶ ἀναμφίβολον ὁ ὀρθόδοξος χριστιανὸς, (ς'. Συνοδ. καν. πβ'.) πῶς ὅλα τὰ ἄρθρα τῆς πίστεως τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου ἐκκλησίας εἶναι παραδεδομένα ἀπὸ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὲ τὸ μέσον τῶν ἀποστόλων του εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι τὰ ἑρμηνεύου-

Responsio.

Fides (secundum beatum Paulum Hebr. XI, I.) est substantia earum rerum quae sperantur, earumque quae non videntur demonstratio; per hanc enim testimonium consecuti sunt seniores. Aut hunc in modum: Fides Orthodoxa, Catholica et Apostolica est corde credere et ore profiteri unum Deum, personis trinum; idque secundum Pauli ipsius doctrinam (Rom. X, 10.): Corde creditur ad justitiam: ore fit confessio ad salutem. Ad haec pro certo atque indubitato tenere debet orthodoxus Christianus, (Synod. VI. Can. LXXXII.) omnes fidei Articulos, quos Catholica et Orthodoxa credit Ecclesia, a Domino nostro Jesu Christo per Apostolos Ecclesiae traditos: atque ab oecumenicis conciliis expositos approbatosque fuisse. Quos et ipse vera fide complecti debet,

σαν καὶ τὰ ἐδοκίμασαν, καὶ νὰ πιστεύῃ εἰς αὐτὰ καθὼς προστάσσει ὁ Ἀπόστολος, λέγων· (β΄. Θεσσ, β΄. ιε΄.) ἄρα οὖν, ἀδελφοὶ, στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν· καὶ ἀλλαχοῦ· (α΄. Κορ. ια΄. β΄.) ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, κατέχετε. Ἀπὸ τὰ ὁποῖα λόγια εἶναι φανερὸν,· πῶς τὰ ἄρθρα τῆς πίστεως ἔχουσι τὸ κῦρος καὶ τὴν δοκιμασίαν, μέρος ἀπὸ τὴν ἁγίαν γραφὴν, μέρος ἀπὸ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, καὶ ἀπὸ τὴν διδασκαλίαν τῶν συνόδων καὶ [1]) τῶν ἁγίων πατέρων. Τὸ ὁποῖον φανερώνωντας τὸ ὁ ἱερὸς Διονύσιος λέγει (ἐκκλ. Ἱερ. α΄.) οὕτως· οὐσία γὰρ τῆς κατ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα λόγια· σεπτότατα δὲ λόγια ταῦτα φαμὲν, ὅσα πρὸς τῶν ἐνθέων ἡμῶν ἱεροτελεστῶν ἐν ἁγιογράφοις ἡμῖν καὶ θεολογικαῖς δεδώρηται δέλτοις, καὶ μὴν ὅσα πρὸς τῶν [2]) ἱερῶν ἀνδρῶν ἀϋλωτέρᾳ μυήσει, καὶ γείτονι πῶς ἤδη τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας ἐκ νοὸς εἰς νοῦν, διὰ μέσου λόγου σωματικοῦ μὲν, ἀϋλωτέρου δὲ ὅμως, γραφῆς ἐκτὸς, οἱ καθηγεμόνες ἡμῶν ἐμυήθησαν, ἤγουν πῶς δύο λογίων εἶναι τὰ δόγματα. Ἄλλα

secundum praeceptum Apostoli (2 Thess. II, 15): Vos igitur, fratres, perstate traditionesque tenete, quas sive ex sermone nostro sive epistola didicistis. Rursus alibi (I Cor. XI, 2.): Collaudo ego vos, fratres, quod mea omnia memoria tenetis; quodque traditiones, prout illas vobis tradidi, retinetis. Ex hisce manifestum est, Articulos Fidei auctoritatem approbationemque suam partim sacrae scripturae partim traditioni Ecclesiasticae atque doctrinae Conciliorum sanctorumque Patrum acceptam referre. Quam rem hunc in modum clarius illustrat S. Dionysius (Hierarch. Eccles. Cap. I. pag. 108. Morell.): Quippe essentia Hierarchiae hujus nostrae tradita divinitus oracula sunt, quorum ea quam maxime venerabilia ducimus, quaecunque a divinis doctoribus nostris (Apostolis) in sacris ac Theologicis codicibus nobis data sunt: itemque illa, in quibus a sanctissimis istis hominibus immateriali quadam initiatione, et coelesti Hierarchiae jam quodammodo vicina, de mente in mentem facta, ope quidem corporeae sermocinationis, sed minus tamen materiatae, nec ullis literis proditae, praeceptores et duces nostri initiati institutique fuere. Scilicet quod gemina ac duplicia

1) Addidi e marg. ut maxime necessarium. 2) Editi addunt αὐτῶν.

παραδίδει ἡ γραφὴ, τὰ ὁποῖα περιέχονται εἰς τὰ θεολογικὰ βιβλία τῆς ἁγίας γραφῆς· καὶ ἄλλα εἶναι δόγματα παραδεδομένα ἐκ στόματος ἀπὸ τοὺς Ἀποστόλους, καὶ τοῦτα ἑρμηνεύθησαν ἀπὸ τὰς συνόδους καὶ τοὺς ἁγίους πατέρας· καὶ εἰς τὰ δύο ταῦτα ἡ πίστις εἶναι τεθεμελιωμένη. Καὶ δὲν εἶναι πρέπον, νὰ στέκεται μόνον φυλαγμένη εἰς τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας, μὰ καὶ μὲ τὸ στόμα νὰ κηρύττεται ἡ αὐτὴ, καὶ νὰ ὁμολογᾶται ἀφόβως καὶ ἀναμφιβόλως· καθὼς καὶ ὁ ἱερὸς Ψάλτης λέγει· (Ψαλ. ρις΄. ί. β΄. Κορ. δ΄. ιγ΄.) ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα, καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν.

Ecclesiae dogmata sunt: alia literis mandata, quae divinis sacrae scripturae libris comprehensa habentur; alia viva voce ab Apostolis tradita. Atque haec ipsa sunt, quae postmodum a Concilis sanctisque Patribus plenius declarata fuerunt; binisque hisce fundamentis fides superstructa exstat. Quam neutiquam arcanis pectorum claustris duntaxat abstrudi oportet: verum etiam confessione oris intrepide atque indubitanter praedicari ac proferri. Quemadmodum et sacer Psaltes loquitur (Ps. CXVI, 10. et 2 Cor. IV, 13.): Credidi, propterea et locutus sum. Nos quoque credimus, ideoque etiam loquimur.

Ἐρώτησις ε΄.

Πόσα εἶναι τὰ ἄρθρα τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως.

Ἀπ. Τὰ ἄρθρα τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς πίστεως εἶναι δώδεκα, κατὰ τὸ σύμβολον τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει δευτέραν· εἰς ταῖς ὁποίαις οὕτως ἐφανερώθησαν ὅλα, ὅπου συντείνουσι πρὸς τὴν ἡμετέραν πίστιν, ὅπου οὔτε πλειότερα πρέπει νὰ πιστεύωμεν, οὔτε ὀλιγώτερα, οὔτε ἀλλοιῶς παρὰ ὁποῦ ἐγροίκησαν οἱ πατέρες ἐκεῖνοι. Μόνον κάποια ἀπ᾽ αὐτὰ τὰ ἄρθρα εἶναι φανερὰ, καὶ

Quaestio V.

Quot Catholicae atque Orthodoxae fidei Articuli sunt?

Resp. Orthodoxae et Catholicae fidei Articuli numero duodecim sunt secundum Symbolum Concilii primi Nicaeae, et secundi Constantinopoli habiti. Quibus in Conciliis ita sunt accurate exposita, quae ad fidem nostram attinent, omnia; ut neque plura neque pauciora a nobis credi oporteat, neque alio sensu intellectuque, quam quo Patres illi intellexerunt. Verumenimvero nonnulli horumce Articulorum clari perseque manifesti sunt, alii

καθ' ἑαυτὰ γνώριμα, καὶ ἄλλα περικρατοῦσι μυστικὰ εἰς ἑαυτὰ, καὶ ἀπ' αὐτὰ νοοῦνται καὶ τὰ ἄλλα.

quaedam occultius complectuntur, unde cetera etiam intelliguntur.

Ἐρώτησις ς'.

Ποῖον εἶναι τὸ πρῶτον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. (Συνοδ. α'.) Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων.

Quaestio VI.

Primus Fidei Articulus quis est?

Resp. (Synod. I.) Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, conditorem coeli et terrae, rerumque visibilium atque invisibilium omnium.

Ἐρώτησις ζ'.

Εἰς τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως τί λογῆς διδασκαλία περικρατεῖται;

Ἀπ. Τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως δύο τινα περιέχει, πρῶτον νὰ πιστεύῃ τινὰς καὶ νὰ ὁμολογῇ, (Δευτ. ς'. δ'.) πῶς εἶναι ἕνας Θεὸς ἐν τριάδι ἁγίᾳ δοξαζόμενος· καὶ πῶς εἰς τὴν θεότητα ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ ῥίζα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἶναι ὁ Πατήρ· δεύτερον διδάσκει, πῶς αὐτὸς ὁ ἐν τριάδι Θεὸς ἐποίησεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πάντα τὰ ὁρατὰ καὶ ἀόρατα· καθὼς ὁ Ψαλμῳδὸς μαρτυρῶν λέγει· (Ψαλ. λγ'. θ'.) ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν.

Quaestio VII.

Cujusmodi in hoc Fidei Articulo continetur doctrina?

Resp. Hic Articulus duo quaedam complectitur. Prius, ut credat quisque ac confiteatur, (Deut. VI, 4.) Deum esse unum, in sanctissima Trinitate adorandum, et in Divinitate originem et radicem Filii sanctique Spiritus Patrem esse. Posterius, hunc ipsum trinunum Deum cuncta de nihilo condidisse, visibilia pariter atque invisibilia, teste sacro vate (Psal. XXXIII, 9.): Ipse dixit, et facta sunt. Ipse jussit, et creata sunt.

Ἐρώτησις η'.

Τίνα γνώμην πρέπει νὰ ἔχω περὶ Θεοῦ;

Ἀπ. Πρέπει νὰ πιστεύῃς πῶς εἶναι ἕνας Θεὸς ἐν τριάδι ἁγίᾳ, κατὰ τὴν γραφὴν

Quaestio VIII.

Quam de Deo habere debeo opinionem?

Resp. Credere debes Deum in sancta Trinitate unum esse, secundum haec

τὴν λέγουσαν· (Ἐφ. δ΄. ς΄.) εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν· ὁ ὁποῖος ὡς ἀγαθὸς καὶ ὑπεράγαθος, μὲ ὅλον ὁποῦ εἶναι καθ' ἑαυτὸν ὑπερτελὴς καὶ δεδοξασμένος, μὲ ὅλον τοῦτο διὰ νὰ μετέχουσι καὶ ἄλλα ὄντα τὴν ἀγαθότητά του, δοξάζοντα αὐτὸν, ἐποίησεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὸν κόσμον. Μὰ τί νὰ εἶναι ὁ Θεὸς εἰς τὴν φύσιν του, τοῦτο εἶναι ἀδύνατον νὰ γνωρισθῇ ἀπὸ κἂν ἕνα κτίσμα, ὄχι μόνον ὁρατὸν, ἀλλὰ καὶ ἀόρατον, ἤγουν καὶ ἀπ' αὐτοὺς τοὺς ἀγγέλους, διατὶ δὲν εἶναι οὐδὲ μία σύγκρισις καθόλου ἀνάμεσον τοῦ κτίστου καὶ κτίσματος. Καὶ ἐξ ἑπομένου φθάνει μᾶς πρὸς εὐσέβειαν (καθὼς μαρτυρεῖ ὁ Ἱεροσολυμ. Κύριλλος Κατηχ.[1]) ς΄.), νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς ἔχομεν Θεὸν ἕνα, Θεὸν ὄντα, καὶ ἀεὶ ὄντα, ὅμοιον καὶ ταὐτὸν πάντοτε μὲ τὸν ἑαυτόν του· ἔξω ἀπὸ τὸν ὁποῖον ἄλλος Θεὸς δὲν εἶναι. Καθὼς λέγει ὁ αὐτὸς Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου· (Ἡσ. μδ΄. ζ΄.) ἐγὼ (εἰμὶ Θεὸς) πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστιν Θεός· καὶ ὁ Μωϋσῆς πρὸς τὸν Ἰσραηλητικὸν λαὸν μετὰ προτροπῆς οὕτω λέγει·

scripturae verba (Ephes. IV, 6.): Unus Deus itemque omnium pater: qui super omnes, per omnes, in nobisque omnibus est. Qui ut bonus, immo plus quam summe bonus, quamvis in semet ipso longe perfectissimus gloriosissimusque esset, quo tamen et alia Entia,[2]) gloriam ipsius celebrando, bonitatem ejusdem participarent, totum hunc mundum ex nihilo effinxit. Ceterum quidnam omnino in natura sua Deus sit, id ipsum res creata nulla satis assequi ac percipere potest: non visibilis modo sed ne invisibilis quidem, sive Angeli ipsimet, quoniam nulla penitus inter creatorem et rem creatam comparatio proportioque intercedit. Sed illud denique nobis ad pietatem satis esse potest, (teste Cyrillo Hierosolymitano, Catechesi VI. pag. 40. Morell.) Si recte tenemus, Deum nos habere, Deum unum, eumque sempiternum; atque similem semper et eundem sibimet ipsi: praeterque illum, Deum exsistere neminem, quemadmodum idem ille Deus per Prophetam, (Jes. XLIV. 7.) fatur: Ego (sum Deus) primus, et ego postea; et praeter me non est Deus. In quam sententiam et Moses, cum adhortatione, ita popu-

1) Verba libere reddita sunt; in edit. Millesii Cat. VI. c. 5: Αὐταρκες ἡμῖν εἰς εὐσέβειάν ἐστι τοῦτο μόνον τὸ εἰδέναι, ὅτι Θεὸν ἔχομεν· Θεὸν ἕνα, Θεὸν ὄντα, (quae verba etiam omissa apud aliquos esse video), ἀεὶ ὄντα· ὅμοιον ἀεὶ ἑαυτῷ ὄντα. 2) Scripsi pro enti quod nec bene explicari potest, nec aptum ad graecum ὄντα est.

(Δευτ. ς΄. δ΄.) ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν Κύριος εἷς ἐστίν.

lum Israëliticum alloquitur (Deut. VI, 4.): Audi Israël, Dominus Deus noster, Dominus unus est.

Ἐρώτησις θ΄.

Ἂν ἴσως καὶ ὁ Θεὸς εἶναι ἕνας φαίνεται, πῶς νὰ ἦτον ἀνάγκη, νὰ ἦτον καὶ ἕνα πρόσωπον.

Ἀπ. Δὲν εἶναι ἀνάγκη· διατὶ ὁ Θεὸς εἶναι ἕνας εἰς τὴν φύσιν καὶ τὴν οὐσίαν, μὰ τρισυπόστατος, καθὼς εἶναι φανερὸν ἀπὸ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὁποῦ εἶπεν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους του· (Ματθ. κή. ιθ΄.) πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἀπὸ τὰ ὁποῖα λόγια φανερώνεται, πῶς εἰς τὴν μίαν Θεότητα νὰ εἶναι τρία πρόσωπα, ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Πατὴρ ὁ ὁποῖος πρὸ αἰώνων γεννᾷ τὸν υἱὸν ἀπὸ τὴν ἰδίαν του οὐσίαν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα προΐησιν [1]). Υἱὸς ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς πρὸ αἰώνων ὁμοούσιος αὐτῷ· Πνεῦμα ἅγιον ἀπ' αἰῶνος ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρὸς, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ· τοῦτο ἑρμηνεύων ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς, λέγει οὕτως· (ά. Βιβ. κεφ. ιά.) ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον,

Quaestio IX.

Atqui si unus Deus est, necesse videtur, illum etiam unicam tantumodo personam esse.

Resp. Nihil necesse est. Quippe secundum naturam et essentiam Deus unus est; at personis trinus. Quod ex ipsius Servatoris nostri, ad Apostolos suos loquentis, doctrina satis claret (Matth. XXVIII, 19.): Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, Filii, et Spiritus sancti. Unde patet, in una et eadem Divinitate tres omnino esse personas; Patrem, Filium et Spiritum sanctum; Patrem, qui ante secula, de propria essentia sua, Filium gignit, ac Spiritum Sanctum emittit; Filium, a Patre ante secula genitum, illique consubstantialem; Spiritum sanctum, ab omni aeternitate de Patre procedentem, Patrique ac Filio coëssentialem. Quam rem hisce verbis exponit divinus Damascenus (Lib. I.

1) Recepi e marg. pro insolito, quod in textu fuit, πρόεισιν.

εἰς μίαν αἰτίαν, τὸν Πατέρα, ἀναφέρονται. Καὶ ἀλλαχοῦ (κεφ. ί.) ὁ αὐτός· ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐστι μὲ τρόπον γεννήσεως· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ αὐτὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι, μὰ ὄχι μὲ τρόπον γεννήσεως, ἀλλ' ἐκπορεύσεως. Καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος εἰς τὰ λόγια τοῦ Ἀποστόλου τὰ πρὸς Ῥωμαίους, (κεφ. ιά. λς'.) ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν, τὰ πάντα, λέγει οὕτω· [1]) τὸ πρῶτον (ἤγουν τὸ ἐξ αὐτοῦ) πρέπει νὰ ἀποδώσωμεν εἰς τὸν Πατέρα, τὸ δεύτερον, εἰς τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ τρίτον, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· διὰ νὰ γνωρισθῇ, πῶς εἶναι τριὰς εἰς τὴν θεότητα. Καὶ πρὸς τούτοις διατί ὁμοίως καὶ ἀπαραλλάκτως, χωρὶς τινος ἐξαιρέσεως, βαπτιζόμεθα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; Λοιπὸν ὅ, τι εἶναι ὁ Πατὴρ εἰς τὴν φύσιν, τὸ αὐτὸ εἶναι καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἀλλὰ μὴν ὁ Πατὴρ εἶναι Θεὸς κατὰ φύσιν ἀληθὴς καὶ αἰώνιος, καὶ πάντων ποιητὴς τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, τοιοῦτος λοιπὸν εἶναι καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ εἶναι ὁμοούσια ἀλλήλοις, κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, ὁποῦ λέγει· (α'. Ἰωαν. ε'. ζ'.) ὅτι

c. XI.) Filius, et Spiritus sanctus ad caussam unam, nempe Patrem, referuntur. Idem alio loco (Cap. X.): Filius a Patre per modum generationis exsistit: Spiritus sanctus itidem a Patre est; at non per modum generationis verum processionis. Porro et Gregorius Theologus, in verba Apostoli ad Romanos (XI, 36.): Ex illo, et per illum, et in illum omnia; sic loquitur: (de Spiritu S. f. 64. Ald. p. 604. Par. adde p. 431.) Primum, (nimirum ex illo) Patri reddemus: secundum Filio: tertium Spiritui sancto: ut inde palam fiat, exsistere re vera in Divinitate Trinitatem. Tum praeterea quare aequali ratione nullaque differentia aut exceptione in nomen Patris, Filii et Spiritus sancti baptizemur? Quapropter quod secundum naturam Pater est: id ipsum et Filius et Spiritus sanctus est. Atqui Pater natura verus et aeternus Deus est, rerumque omnium, quae sub adspectum veniunt aut non veniunt, conditor; talis igitur omnino tum Filius est, tum Spiritus sanctus, sibi-

1) Libere descripta sunt.

τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ Πατὴρ, ὁ Λόγος καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσιν. Εἰς τὰ ὁποῖα λόγια τοῦτο μόνον ἐξαιρεῖται, ὁποῦ ὁ Πατὴρ εἶναι αἴτιος εἰς τὴν Θεότητα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ταῦτα δὲ τὰ δύο πρόσωπα εἶναι ἐξ ἐκείνου, ἐκεῖνος δὲ ἐξ οὐδενὸς. Οὕτως ἐδιδάχθημεν ἀπ' αὐτῆς τῆς αἰωνίου ἀληθείας, τὸν Ἰησοῦν τὸν Σωτῆρα μας, οὕτως ἀπὸ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους παρελάβομεν. Καὶ αἱ οἰκουμενικαὶ καὶ τοπικαὶ Σύνοδοι, ὁμοίως καὶ οἱ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας ἀλλοιᾶς λογῆς οὔτε ἐδίδαξαν, οὔτε ἐπαραδώκασιν, ἢ ἐκυρώσασι παρὰ οὕτω· καὶ τοῦτο κρατεῖ ὁμοίως ἡ ὀρθόδοξος ἡμῶν καὶ καθολικὴ ἐκκλησία. Διὰ τὴν πίστιν ταύτην οἱ ἅγιοι μάρτυρες ἔχυσαν τὸ αἷμα των, καὶ ἀλλάξασι τὴν ζωὴν ταύτην μὲ τὸν θάνατον. Τέτοιας λογῆς καὶ ἡμεῖς χρεωστοῦμεν νὰ πιστεύωμεν ἐξ ὅλης μας τῆς καρδίας ἀναμφιβόλως, καὶ νὰ φυλάττωμεν τὴν πίστιν ταύτην ἀσφαλῶς καὶ στερεῶς, καὶ δι' αὐτὴν νὰ ἀποθνήσκωμεν (ὅταν ἡ χρεία τὸ καλέσῃ) διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μας, συνεργούντων καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡμῶν ἔργων, ὧν τὰς ἀμειβὰς θέλομεν ἔχειν ἐν οὐρανοῖς αἰωνίους.

que invicem consubstantiales sunt, docente ita Joanne Evangelista: (I Joh. V, 7.) Tres sunt, qui testificantur in caelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus: et hi tres unum sunt. Unum illud tamen his in verbis singillatim excipiendum, quod in essentia divina Filii sanctique Spiritus caussa Pater est, quod ambaeque hae personae ab illo originem habent: at ipsemet ab nemine. Hunc in modum ab ipsa aeterna Veritate, Jesu Servatore nostro, edocti sumus: hunc in modum de sanctis Apostolis accepimus: hunc omnino in modum, et non alium, universales particularesque Synodi una cum doctoribus Ecclesiae docuerunt, tradiderunt, sanxerunt. Idemque consimiliter Orthodoxa ac Catholica Ecclesia nostra tenet docetque. Hanc eandem ob fidem sanguinem suum sancti Martyres profuderunt, mortemque cum vita praesente commutarunt. Hoc plane et nos modo, ex toto corde nostro, sine ulla titubatione credere, atque hanc firmam et inconcussam servare fidem, illiusque caussa, si necesse sit, mortem oppetere debemus; ob spem nimirum aeternae salutis nostrae, adminiculantibus etiam bonis operibus nostris, quorum praemia fructusque sempiternos in caelo percepturi sumus.

1) Correxi ita ex text. lect. *αἰωνίως*.

'Ερώτησις ι.

Επεθύμουν μὲ φανερώτερον τρόπον νὰ κατανοήσω τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας τριάδος.

'Απ. Μὲ οὐδὲ κἂν μίαν ὁμοιότητα εἶναι δυνατὸν, νὰ φανερωθῇ τελείως τὸ πρᾶγμα τοῦτο, καὶ νὰ παραστῇ εἰς τὸν νοῦν μας φανερᾶ, μὲ τίνα τρόπον εἶναι ὁ Θεὸς ἕνας εἰς τὴν οὐσίαν, καὶ τρεῖς εἰς τὰς ὑποστάσεις. Καὶ πῶς μὲ οὐδεμίαν ὁμοιότητα ἠμπορεῖ νὰ γνωρισθῇ, τὸ μαρτυρᾷ ὁ αὐτὸς Θεὸς, ὀνομαζόμενος 'Ιεχωβᾶ, διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος, (Ησ. μς'. ε'.) τίνι με ὁμοιώσατε καὶ μὲ ἐξισάσετε καὶ ἐπαραβάλετέ με, καὶ ἐπερωμοιάσετέ με, διὰ νὰ εἶμαι ὅμοιος μετ' ἐκεῖνον; ὥστε ὁποῦ οὐδένας νοῦς, ὄχι μόνον ἀνθρώπινος, ἀλλὰ οὔτε ἀγγελικὸς ἠμπορεῖ νὰ καταλάβῃ, ἢ γλῶσσα νὰ τὸ ἑρμηνεύσῃ. Διὰ τοῦτο πρέπει νὰ εἰποῦμεν μαζὶ μὲ τὸν 'Απόστολον· (β. Κορ. ι'. ε'.) λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. Πιστεύομεν βεβαίως, ὅτι ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὑπάρχων ἀπ' αἰῶνος, καὶ ἐπ' αἰῶνα, καὶ ἔτι[1]) ἀπ' οὐδενὸς παραγόμενος γεννᾷ τὸν Υἱὸν καὶ προάγει τὸ

Quaestio X.

Vellem sane paullo clarius distinctiusque isthoc sacrae Trinitatis mysterium percipere.

Resp. Atqui nulla profecto similitudine fieri potest, ut plene perfecteque res illustretur; ut evidenterque apud animum nostrum proponatur, quonam tandem pacto Deus essentia unus, idemque personis trinus sit. Quod nulla penitus imagine, nullo exemplo, satis declarari posse, Deus ipsemet, cui Jehovae nomen est, per Prophetam testificatur: (Jes. XLVI, 5.) Cui me adsimilastis? cui me aequastis? et cui comparavistis me, consimilemque fecistis, ut illi similis sim? Adeo ut nullus intellectus, non modo humanus, sed ne angelicus quidem hoc comprehendere, nulla eloqui valeat lingua. Quamobrem rectissime cum Apostolo dixerimus: (2 Cor. X, 5.) Destruentes ratiocinationes, omnemque celsitudinem, quae attollitur adversus cognitionem Dei, et captivam ducentes omnem cogitationem in obedientiam Christi. Firma fide credimus, Deum Patrem, ab aeterno, et in aeternum reapse exsistentem, eundemque a nullo prorsus oriundum generare filium, Spiri-

1) Marg. ὅτι., quae quidem part. repetitio molesta videtur.

Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Περὶ οὗ ὁ μέγας Ἀθανάσιος πλατύτερον, διδάσκοντας εἰς τὸ σύμβολόν του εἶπε, καὶ οὕτω πιστεύοντες περαιτέρω δὲν ἐρευνοῦμεν. Διατὶ ὁ συζητητὴς καὶ ἐξεταστὴς τῆς θείας μεγαλοπρεπείας κωλύεται ἀπὸ τὴν Γραφὴν τὴν λέγουσαν· (Σειρ γ΄. κ΄.) χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε. Ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ, οὐ γάρ ἐστι σοι χρεία τῶν κρυπτῶν. Ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου μὴ περιεργάζου. Φθάνει μᾶς λοιπὸν τόσον, πῶς ἡ ἁγία Γραφὴ τοῦ παλαιοῦ νόμου προβαλλομένη ἕνα Θεὸν μᾶς ἑρμηνεύει τρία πρόσωπα, λέγουσα· (Γεν. α΄. κϛ΄.) εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ (Γεν. γ΄. κβ΄.) ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· καὶ (Γεν. ιά. ζ΄.) δεῦτε καταβάντες αὐτῶν τὰς γλῶσσας συγχέωμεν ἐκεῖ, ἵνα μὴ ἀκούσωσιν ἕκαστος τὴν φωνὴν τοῦ πλησίου· [1]) τὸ αὐτὸ καὶ ὁ Προφήτης λέγων ἐδήλωσεν· (Ἡσ. ϛ΄. γ΄.) καὶ ἐκέκραγεν ἕτερος (ἄγγελος) πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαββαώθ [2]), πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ ὁ Ἱεροψάλτης ἔφησε· (Ψαλ. λβ΄. ϛ΄.)

tumque sanctum producere. Qua de re plenius uberiusque in Symbolo suo magnus Athanasius tractat. Hac fidei simplicitate contenti nihil ulterius exquirimus ac scrutamur. Scrutator enim disputatorque divinae majestatis vetatur a scriptura dicente: (Sirach. III, 20.) Difficiliora quam pro tuo captu ne require: et viribus tuis fortiora ne scrutare. Quae tibi mandata sunt, ea meditare. Non enim indiges iis, quae occulta sunt. In iis, quae supervacua tibi sunt, ne curiosus esto. Hoc igitur nobis satis sit, quod sacra legis antiquae Scriptura, dum Deum unum proponit, simul nobis trinitatem personarum exponit (Gen. I, 26.): Dixit Dominus Deus, faciamus hominem ad imaginem nostram et ad similitudinem; et (Cap. III, 22.): Ecce Adam ut unus nostrum jam factus est; et (Cap. XI, 7.): Age, descendamus et confundamus illic linguas eorum: ut ne alii aliorum voces exaudiant. Declarat id ipsum manifeste et Propheta, qui ait (Jes. VI, 3.): Et clamabat alter (Angelus) alteri, dixitque: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Zebaoth. Plena est omnis terra gloria illius. Pariter et sacer Psalmista [3]) (Ps. XXXIII, 6.): Verbo Do-

1) LXX paullo aliter Δεῦτε καὶ κατ. συγχ. αὐτῶν ἐκεῖ τὴν γλῶσσαν — τοῦ πλησίον. 2) LXX Σαβαώθ. 3) Edit. Norm. Fidicen.

τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· περὶ οὗ φησὶ πλατύτερον καὶ ἡ ἁγία Γραφὴ καὶ οἱ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας.

mini coeli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum. De quo fusius latiusque sacrae literae Doctoresque ecclesiastici agunt.

Ἐρώτησις ια΄.

Ποῖα εἶναι τὰ ἰδιώματα τοῦ Θεοῦ;

Ἀπ. Καθὼς ὁ Θεὸς εἶναι ἀκατάληπτος, ἔτζη καὶ τὰ ἰδιώματά του εἶναι ἀκατάληπτα. Μὰ ὅσον ἠμποροῦμεν ἡμεῖς νὰ συνάξωμεν ἀπὸ τὴν ἁγίαν Γραφὴν καὶ ἀπὸ τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας, τόσον ἔχομεν ἐξουσίαν, καὶ νὰ νοοῦμεν, καὶ νὰ λέγωμεν. Καὶ διὰ τοῦτο πρέπει νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς τὰ θεῖα ἰδιώματα ἄλλα εἶναι προσωπικὰ καὶ ἄλλα οὐσιώδη.

Quaestio XI.

Quaenam Dei Proprietates sunt?

Resp. Quemadmodum Deus ipse incomprehensibilis est, sic etiam incomprehensibiles proprietates illius sunt. Veruntamen quantum cum e Scriptura tum Doctoribus ecclesiae colligere ac conducere poterimus: tantum item fas nobis est, et animo concipere, et ore proferre. Scire itaque licet proprietatum Divinarum alias Personales esse alias Essentiales [1]).

Ἐρώτησις ιβ΄.

Ποῖα εἶναι τὰ προσωπικὰ ἰδιώματα τοῦ Θεοῦ;

Ἀπ. Τὰ προσωπικὰ ἰδιώματα εἰς τὰ θεῖα εἶναι ἐκεῖνα, μετὰ ὁποῖα τὰ πρόσωπα τῆς ἁγίας τριάδος οὕτω διαιροῦνται πρὸς ἄλληλα, ὥστε ὅπου τὸ ἕνα εἶναι [2]) μὴν ἠμπορῇ νὰ εἶναι τὸ ἄλλο· ἤγουν τὸ πρόσωπον

Quaestio XII.

Personales Dei proprietates quae sunt?

Resp. Proprietates personales in Divinis illae sunt, quibus ita ab se invicem sanctissimae Trinitatis personae distinguuntur, ut quod una est, alia esse nequeat. Scilicet persona Patris haudqua-

---

1) Norm. Personaleis, Essentialeis. 2) Locum sanavi, addito ex marg. εἶναι, deleto vero νὰ, quod post ἕνα legebatur. Sensus est: ita ut quod (ὅπου pron. indecl. relat. quaest. 13) unum (ἕνα neutr. pron. ἕνας, ἕνα p. 66) sit, non (μὴν ex μὴ factum qu. 14.) possit etiam esse aliud.

τοῦ Πατρὸς· δὲν εἶναι πρόσωπον τοῦ Υἱοῦ, διατὶ ὁ Πατὴρ δὲν εἶναι γεννητὸς ἀπό τινος, μὰ ὁ Υἱὸς εἶναι γεγεννημένος ἀπὸ τὸν Πατέρα κατὰ φύσιν πρὸ τῶν αἰώνων, κατὰ τὴν Γραφὴν τὴν λέγουσαν (Ψαλ. ρί. γ΄.) ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Τὸ, Πατὴρ λοιπὸν, καὶ τὸ, Υἱὸς, καὶ τὸ, Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν διαιρεῖ τὰ πρόσωπα ἐν τοῖς θείοις, μὰ ὄχι τὴν οὐσίαν, ἡ ὁποῖα ποτὲ δὲν διαιρεῖται εἰς ἑαυτὴν, μόνον χωρίζεται ἀπὸ τὴν κτίσιν. Τὸ δὲ ἕνα καὶ τὸ αὐτὸ πρόσωπον δὲν ἠμπορεῖ νὰ εἶναι γεννητοῦ μαζὶ καὶ ἀγεννήτου. Ὁμοίως πρέπει νὰ γροικοῦμεν καὶ διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ὁποῖον ἐκπορεύεται ἀπὸ τὴν οὐσίαν καὶ φύσιν τοῦ Πατρὸς ἀνάρχως εἶτουν αἰωνίως, καὶ εἶναι ὁμοούσιον μὲ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν. Μὰ διαιρεῖται ἀπὸ τὸν Πατέρα μὲ τὸ ἰδίωμα τὸ προσωπικὸν, διατὶ ἀπ' [1]) ἐκεῖνον ἐκπορεύεται. Καὶ πάλιν ἀπὸ τὸν υἱὸν χωρίζεται, διατὶ δὲν εἶναι ἀπὸ τὸν Πατέρα μὲ τρόπον γεννήσεως, καθὼς εἶναι ὁ Υἱὸς, μὰ μὲ τρόπον ἐκπορεύσεως ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς· καὶ εἶναι ὁμοούσιοι ἀλλήλοις καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγι-

quam filii persona est, quoniam Pater a nullo genitus est: sed filius ante aevum omne essentialiter a Patre genitus est; dicente Scriptura: (Psal. CX, 3.) Ex utero ante luciferum genui te. Pater itaque et Filius et Spiritus Sanctus: et rursus ingenitum et genitum et procedens: haec sunt, quae personas divinas discriminant; non vero essentiam, quae in semet ipsam haud unquam distinguitur: verum a rebus creatis duntaxat secernitur. Iam vero nullo modo una et eadem geniti pariter et ingeniti esse potest persona. Idem de Spiritu sancto sentiendum est, qui de essentia et natura Patris absque ullo temporali principio hoc est ab aeterno procedit, patrique ac filio consubstantialis est; sed sua personali proprietate, quod a Patre emanat, ab eodem distinguitur. Uti rursus a Filio; quod non ut filius per modum generationis, verum per modum processionis, ab eodem illo Patre exsistit. Sunt igitur sibi mutuo coëssentiales Filius ac Spiritus sanctus; quod ab eadem illa Pa-

1) Recepi ex margine ἀπ'. Vulg. ἐξ', inepte.

ον, διατὶ ἀπὸ τὴν αὐτὴν ἰδίαν φύσιν τοῦ Πατρὸς εἶναι καὶ τὰ δύο τοῦτα πρόσωπα· καὶ μὲ τὸν Πατέρα εἶναι ὁμοούσια, ἔστωντας καὶ νὰ εἶναι ἀπὸ τὴν φύσιν του· διὰ τὸ ὁποῖον ὁ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος (λόγ. κγ΄.) λέγει οὕτως·[1]) τοῦτο εἶναι κοινὸν εἰς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διατὶ καὶ τὸ ἕνα καὶ τὸ ἄλλο πρόσωπον ἀπὸ τὰ δύο τοῦτα εἶναι ἀπὸ τὸν Πατέρα· τὸ δὲ ἰδίωμα τοῦ Πατρὸς εἶναι τοῦτο, ἤγουν τὸ νὰ εἶναι ἀγέννητος· καὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ νὰ εἶναι γεννητός· καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὸ νὰ εἶναι ἐκπορευτόν. Ἀκόμι προσωπικὸν ἰδίωμα τοῦ Υἱοῦ εἶναι καὶ ἡ ἔνσαρκος πᾶσα οἰκονομία, τὴν ὁποίαν δὲν ἀνείληφε μήτε ὁ Πατὴρ μήτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τέτοιας λογῆς διδάσκει, νὰ πιστεύωμεν καὶ νὰ ὁμολογοῦμεν, ἡ ἁγία ἐκκλησία ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ, ἕνα Θεὸν τῇ φύσει, ἐν τριάδι προσώπων, περὶ οὗ ἀνάγνωθι τὴν πρώτην ἐν Νικαίᾳ Σύνοδον καὶ τὴν δευτέραν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν οἰκουμενικήν.

tris natura ambae hae personae sunt. Patri vero omnino consubstantiales sunt; quandoquidem de ipsa illius natura ortum ducunt. Qua de re ita disserit Gregorius Theologus (Orat. XXIII. εἰς Ἥρωνα p. 422.) Commune hoc equidem filio ac Spiritui sancto est, quod utraque persona a Patre oritur. Sed illud Patri proprium, quod genitus est: et Spiritui sancto, quod procedit. Praeterea etiam personalis filii proprietas universa adsumtae humanitatis oeconomia est, quam neque Pater neque Spiritus sanctus in se suscepit. Hoc pacto unum natura Deum in trinitate personarum credere nos et confiteri, Sancta, Catholica et Apostolica docet Ecclesia. De quo lege primam Synodum Nicaenam ac secundam eamque oecumenicam Constantinopolitanam.

Ἐρώτησις ιγ΄.

Quaestio XIII.

Ποῖα εἶναι τὰ οὐσιώδη ἰδιώματα τοῦ Θεοῦ;

Quaenam Essentiales Dei Proprietates sunt?

Ἀπ. Οὐσιώδη ἰδιώματα τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐκεῖνα, ὅπου ἁρμόζουσιν ὁμοίως καὶ εἰς

Resp. Essentiales Dei Proprietates illae sunt, quae in Patrem et Filium et Spi-

1) Totus locus e memoria repetitus, aut in linguam vulgarem versus, id quod ipsa dicendi ratio coarguit.

τὸν Πατέρα, καὶ εἰς τὸν Υἱὸν, καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· οἷον τὸ εἶναι Θεὸν, τὸ εἶναι αΐδιον, ἄναρχον, ἀτελεύτητον, ἀγαθὸν, παντοδύναμον, ποιητὴν, προνοητὴν, παντεπίσκοπον, πᾶσι παρόντα, καὶ τὰ πάντα πληροῦντα· ἀπερίγραπτον, γνώστην πάντων, τῶν τε κρυπτῶν καὶ φανερῶν. Καὶ διὰ νὰ τὸ εἰπῶ συντόμως, ἔξω ἀπ' ἐκεῖνα τὰ προσωπικὰ ἰδιώματα, ὅπου εἴπαμεν, τὸ ἀγέννητον, ἢ τὸ Πατὴρ [1]), καὶ αἰτίαν εἶναι· τὸ γεννητὸν, ἢ τὸ Υἱὸς, καὶ λόγος σεσαρκωμένος, τὸ ἐκπορευτὸν ἢ Πνεῦμα ἅγιον· ὅ, τι πρᾶγμα λέγεται περὶ Θεοῦ, ὅλα εἶναι ἰδιώματα τῆς θείας οὐσίας κοινὰ ὁμοίως καὶ τῶν τριῶν προσώπων χωρὶς τινος διαφορᾶς.

Ἐρώτησις ιδ'.

Διατὶ εἰς τὸ πρῶτον ἄρθρον τῆς πίστεως, ἀφήνοντες τὰ ἄλλα ἰδιώματα, ἐβάλασι μόνον τὸ, παντοκράτορα;

Ἀπ. Διατὶ μὲ τὸν λόγον τοῦτον ἑρμηνεύεται ἀκριβέστερον τὸ ἰδίωμα τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ οὐδένα κτίσμα ἠμπορεῖ νὰ ὀνομασθῇ παντο-

ritum sanctum aequaliter conveniunt. Nimirum esse Deum, esse aeternum, carere omni et principio et fine, bonum esse, omnipotentem, creatorem, futuri providum, perspectare res cunctas, cunctis praesentem adesse, cunctas implere, infinitum esse et incircumscriptum, omniumque tum occultorum tum manifestorum gnarum. Atque ut paucis rem verbis complectar, praeter personales, quas diximus, proprietates: ingenitum esse, sive Patrem, ceterarumque personarum caussam: genitum esse, sive Filium, verbumque carne vestitum: atque procedere, sive Spiritum sanctum esse; quidquid sane de Deo dicitur, id omne proprium naturae divinae attributum est: et aequaliter, nulloque prorsus discrimine, tribus commune personis.

Quaestio XIV.

Quamobrem omissis ceteris, unum hoc *Omnipotentiae* Attributum, in primo Fidei Articulo positum est?

Resp. Quoniam illud Essentiae Divinae proprietatem quam accuratissime exprimit. Nulla namque res creata

---

1) Nolo obsecundari, qui marginales fecit notas, suadenti, *Πατέρα* et post *Υἱὸν* esse legendum; quum saepius hunc auctorem a constructione declinantem viderimus, veluti qu. 14. p. 72. ἀφ' ἑαυτοῦ — ἀπὸ τὸν κτίστην του.

δύναμον· καὶ τοῦτο διὰ δύο αἰτίας. Πρῶτον διατὶ δὲν ἔχει ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν φύσιν του, μὰ ἀπὸ τὸν κτίστην του. Δεύτερον διατὶ δὲν ἠμπορεῖ καὶ ἐκεῖνο νὰ κάμῃ κἂν ἕνα κτίσμα ἀπὸ τὸ μηδαμῇ μηδαμῶς εἶναι. Τὰ ὁποῖα δύο τοῦτα μόνον ἁρμόζουσιν εἰς τὸ παντοδύναμον τοῦ Θεοῦ. Ὅτι δὲ ὁ Θεὸς εἶναι παντοδύναμος, δείκνυσι τοῦτο ὁ αὐτὸς, λέγων ἐν τῇ Ἀποκαλύψει· (Κεφ. α'. η'.) ἐγώ εἰμι τὸ Ἄλφα, καὶ τὸ Ὠμέγα, ἀρχὴ καὶ τέλος· λέγει Κύριος ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, παντοκράτωρ· ὁμοίως λέγει καὶ ὁ Ἀρχάγγελος· (Λουκ. α'. λζ'.) ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. Καὶ τούτη ἡ παντοκρατορία καὶ παντοδυναμία τοῦ Θεοῦ εἶναι διωρισμένη ἀπὸ τὴν ἰδίαν θέλησιν καὶ τὴν εὐδοκίαν του, ὥστε δηλαδὴ νὰ μὴν κάμῃ ἐκεῖνον ὅλον, ὅπου ἠμπορεῖ, μὰ ἐκεῖνο μόνον, ὅπου θέλει, ἐκεῖνο καὶ ἠμπορεῖ, ἐκεῖνο καὶ κάμει. Καθὼς λέγει ὁ ἱερὸς Ψάλτης· (Ψαλ. ριέ. γ'.) ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν. Ἠμπόρει νὰ κάμῃ μυριάδας κόσμων, ὡς ἂν τοῦτον, μὰ δὲν ἠθέλησεν. Ἔπειτα πρέπει νὰ γροικᾶται τὸ παντοδύναμον τοῦτο τοῦ Θεοῦ, πῶς εἶναι εἰς τὴν τελειότητα, μακρὰν ἀπὸ πᾶσαν ἀτελειότητα ἢ ἀδυναμίαν, ὡς δῆλον μὲ παράδειγμα. Ὁ

omnipotens appellari duas praecipue ob caussas potest: tum quod nihil a se ipso naturam suam habet, sed a creatore suo: tum quod nihil ex mero nihilo quidquam creatum producere ac creare potest: quae res duae soli omnipotentiae divinae conveniunt. Quod vero omnipotens Deus est, ipsemet in Apocalypsi demonstrat (I, 8.): Ego sum Alpha, et ego Omega, principium et finis, ait Dominus, qui est, qui fuit, qui venturus est, omnipotens. Idem ait et Archangelus Gabriel: (Luc. I, 37.) Quoniam non impossibile erit Deo ullum verbum. Verum enimvero secreta et distincta universalis haecce potestas Dei atque omnipotentia a voluntate illius et arbitrio est, ita ut non illud omne efficiat, quod efficere potis est; verum id solum, quod vult, et possit et efficiat; teste sacro cantore (Psal. CXV, 3.): Deus noster in coelo et in terra, fecit omnia, quae voluit. Ille quidem certe sexcenta mundorum millia aeque ac nostrum hunc fabricari potuit: at noluit. Porro eadem divina omnipotentia summae perfectioni conjuncta longissimoque intervallo ab imperfectione ac impotentia omni sejuncta existimanda est: ut hoc patescet exemplo. Deus malus esse non potest, non peccare, non mentiri, aut abne-

Θεὸς δὲν ἠμπορεῖ νὰ εἶναι κακὸς, ἢ νὰ ἁμάρτῃ ἢ ψεύσασθαι ἑαυτὸν, ἢ ἀρνήσασθαι, ὡς φῆ Παῦλος, (β'. Τιμ. β'. ιγ'. Ἑβρ. ς'. ιη'.) διατὶ τοῦτο εἶναι ἀτελειότητον πρᾶγμα. Καὶ ἂν ὁ Θεὸς ἤθελεν εἶναι κακὸς, ἢ νὰ ἔσφαλλεν, ἢ νὰ ἠρνεῖτο τὸν ἑαυτόν του, δὲν ἤθελεν εἶναι παντοδύναμος. Διατὶ τοῦτα ἀφ' ἑαυτοῦ τως εἶναι σημάδια τῶν ἀτελῶν πραγμάτων. Εἶναι λοιπὸν ὁ Θεὸς παντοδύναμος κατὰ τὴν θέλησιν καὶ τελειοτάτην του ἀγαθότητα, καθὼς τὸν ἐξυμνᾷ ὁ μελῳδὸς Προφήτης, (Ψαλ. οη'. ιγ'. ιδ'.) λέγων· τίς Θεὸς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; σὺ εἶ ὁ Θεὸς, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος· ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου. Καὶ τέλος πάντων παντοδύναμος ἢ παντοκράτωρ ὀνομάζεται, διατὶ ὅλα εἶναι εἰς τὴν δύναμίν του, καὶ τὸν κόσμον ἐποίησε χωρὶς κἂν μίαν δυσκολίαν, καὶ χωρὶς κἂν ἕνα κόπον, μόνον μὲ τὴν θέλησίν του.

gare semet ipsum, teste Paulo, (2 Tim. II, 13. Hebr. VI, 18.), quia hae merae imperfectiones sunt. Quod si aut improbus Deus foret, aut peccando laberetur, aut se ipse inficiaretur: haudquaquam omnipotens esset. Sunt ista enim per se rerum imperfectarum signa. Est itaque plane omnipotens Deus, ex voluntate ac perfectissima bonitate sua; quemadmodum illum concelebrat Propheta, Psalmorum auctor (LXXVII, 13. 14.): Ecquis ita magnus Deus est, ut Deus noster? Tu es Deus, qui mirabilia solus efficis. Notam fecisti in populis potentiam tuam. Ad extremum ideo etiam omnipotens sive rerum omnium arbiter moderatorque Deus nuncupatur, quod omnia in potestate et imperio illius sunt, et quod mundum universum nulla difficultate nullo labore ac molimine, solo arbitrio suo, architectatus fuit.

Ἐρώτησις ιε'.

Καὶ ἂν εἶναι ὁ Θεὸς ἀπερίγραπτος καὶ πανταχοῦ πάρεστι, πῶς λέγεται, ὅτι ἐν οὐρανοῖς κατοικᾷ, καὶ εἰς ἄλλους τινὰς τόπους τῆς γῆς ἐξαιρετωτέρως;[1])

Ἀπ. Ὄχι ὡς ἂν τάχα ὁ οὐρανὸς ἢ ἡ Σιὼν ἢ ἄλλος

Quaestio XV.

Siquidem vero nullo Deus loco circumscribitur et ubique praesto est: quo quaeso modo in coelo certisque quibusdam terrae locis potissimum habitare dicitur?

Resp. Minime istuc quidem, quasi immaterialem et

1) Posui adverbium pro adj. ἐξαιρετώτερος, quod vulg. legebatur.

τινὸς τόπος νὰ περιορίζῃ τὴν ἄϋλον καὶ ἀσώματον θεότητα, διατὶ ὁ Θεὸς δὲν ἔχει κἂν ἕνα τόπον, μὰ εἶναι τόπος αὐτὸς ἑαυτοῦ. Μὰ διατὶ ἐνεργεῖ εἰς αὐτοὺς τοὺς τόπους περισσότερα, καὶ φαίνονται[1]) φανερώτερα καὶ συνεχέστερον αἱ ἐνέργειαι του καὶ ἡ χάρις του, διὰ τοῦτο λέγεται νὰ κατοικᾷ εἰς αὐτούς. Οἷον εἰς τοὺς οὐρανοὺς, (ὡς λέγει ὁ ἱερὸς Δαμασκηνὸς Βιβ. α΄. κεφ. ιϛ΄.) ἐν αὐτοῖς γὰρ εἰσὶν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ δοξάζοντες αὐτόν· εἰς τὴν γῆν· ἐν αὐτῇ γὰρ διὰ σαρκὸς τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη· εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν· διατὶ ἐκεῖ μὲ ξεχωριστὸν τρόπον ἡ χάρις του δίδεται εἰς τοὺς πιστοὺς, καὶ ἡ δόξα του καταγγέλλεται· ὁμοίως καὶ κάθα τόπος, εἰς τὸν ὁποῖον νὰ φαίνεται μὲ κἂν ἕνα τρόπον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, λέγεται τόπος αὐτοῦ.

incorpoream illam Divinitatem, coelum fortasse [2]), aut Zijon, aut quicunque locus alius circumscribat. Nullum enim Deus occupat locum; sed ipse sibi locus est. Verum quoniam iis in locis, illustriora quaedam magisque insignia efficit, ibique opera ipsius et gratiae vestigia clarius saepiusque emicant; ideo illic habitare fertur. Velut in coelo, (sicut sanctus ait Damascenus Orthod. Fid. lib. I. cap. XVI.) quoniam ibi sunt, qui jussa atque arbitria illius capessunt, illumque perpetuo concelebrant Angeli. In terra, quoniam illic in carne cum hominibus versabatur. In sancta Ecclesia, quoniam illic modo peculiari et gratia ipsius fidelibus datur, et praedicatur gloria. Similiter et locus quilibet alius, in quo aliqua gratiae Dei significatio ostenditur, locus illius appellatur.

Ἐρώτησις ιϛ΄.

Καὶ ἂν λέγῃς, πῶς εἶναι ἰδίωμα τοῦ Θεοῦ μόνου, τὸ εἰδέναι πάντα, τὰ κρύφια δηλαδὴ καὶ φανερὰ, πῶς καὶ οἱ ἄνθρωποι, οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἄγγελοι τὰ ἠξεύρασι;

Ἀπ. Ὁ Θεὸς ἠξεύρει ἀφ' ἑαυτοῦ του πάντα τὰ ἀπό-

Quaestio XVI.

Quando autem Dei solius hoc esse adfirmas, nosse omnia, occulta videlicet et aperta: quo igitur pacto tum Angeli tum inter mortales Prophetae eadem cognoverunt?

Resp. Deus per se ipsum abdita et arcana omnia, pro-

---

1) Recepi ex textu marg. φαίνονται pro φαίνεται. Ante mutavi intercisionem, punctum ponens post ἑαυτοῦ pro commate, quo expeditior esset locus. 2) Norm. *fortasscan.*

κρυφα καὶ τὰ βαθέα τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων· ὄχι μόνον ὅταν τὰ λογιάζουσι, μὰ καὶ πρὸ κτίσεως κόσμου, καθὼς ἡ Γραφὴ (Σειρ. κγ'. κθ'.) λέγει· ὀφθαλμοὶ Κυρίου μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροι, ἐπιβλέποντες πάσας ὁδοὺς ἀνθρώπων, καὶ κατανοοῦντες εἰς ἀπόκρυφα μέρη· καὶ ἀλλαχοῦ· (Σειρ. μβ'. ιθ'. κ'.) ἔγνω ὁ Κύριος πᾶσαν εἴδησιν, καὶ ἐνέβλεψεν εἰς σημεῖον αἰῶνος, ἀπαγγέλλων τὰ παρεληλυθότα, καὶ ἐπεσόμενα, καὶ ἀποκαλύπτων ἴχνη ἀποκρύφων· καὶ ὁ Ἰωάννης εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν· (κεφ. β'. κγ'.) Ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας· καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν. Μὰ οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ ἄνθρωποι ἂν ἠξεύρουσι κἂν μίαν φορὰν τὰ ἀπόκρυφα μέλλοντα, τὰ ἠξεύρουσιν ἐκ θείας ἀποκαλύψεως, ὡς μαρτυρᾷ ἡ Γραφὴ, λέγουσα· (Δαν. β'. κβ'.) ὁ Θεὸς ἀποκαλύπτει βαθέα καὶ ἀπόκρυφα. Καθὼς ἀπεκάλυψεν εἰς τὸν Ἐλισσαῖον ἐκεῖνο, ὁποῦ ὁ δοῦλος του ὁ Γιεζὴ ἐπῆρε κρυφὰ εἰς τὸν δρόμον ἀπὸ τὸν Νεεμὰν· (β'[1]) Βασ. ε'. κς'.) καὶ εἰς τὸν Πέτρον τὸν Ἀπόστολον, περὶ τοῦ Ἀνανίου καὶ Σαπφείρας (Πραξ. ε'.). Καὶ τοιαύτην ἐπιστήμην εἴχασιν ἀκόμι καὶ ὅλοι οἱ προφῆται.

fundasque hominum Angelorumque cogitationes cognoscit: non illo solum momento, quo cogitantur; sed et ante orbem conditum. Sic enim Scriptura (Sirach. XXIII, 29.): Oculi Domini millies sole lucidiores sunt; intuentur omnes vias hominum; partesque abstrusas contemplantur. Itemque loco alio (Sir. XLII, 19. 20.): Novit Dominus scientiam omnem, ac intuetur signum seculi. Enunciat praeterita et futura; et vestigia rerum occultarum manifestat. Et Ioannes in Apocalypsi (II, 23.): Ego sum, qui corda ac renes perscrutor; et dabo cuique vestrum secundum opera sua. Si quando autem Angelis ac hominibus occulta futura praenoscere contingit; utique eadem ex divina patefactione cognoscunt, teste Scriptura (Dan. II, 22.): Deus est, qui profunda ac abscondita detegit. Quomodo Elisaeo patefecit, id quod servus illius Gehasi clanculum in via a Naëmane abstulerat; (2. Reg. V, 26.) pariterque Petro apostolo factum Ananiae et Sapphirae (Act. V.). Cujusmodi rerum futurarum praesensione Prophetae omnes instructi fuerunt.

---

1) In LXX δ'. βασ.

Ἐρώτησις ιζ'.

Εἶναι τάχα ἄλλα ἰδιώματα μόνου τοῦ Θεοῦ ἴδια;

Ἀπ. Τὰ ἰδιώματα τοῦ Θεοῦ εἶναι ἀναρίθμητα. Μὰ τοῦτα, ὅπου ἐπροείπαμεν, ὡς ἂν ὠφέλημα πρὸς τὴν σωτηρίαν φθάνουσι νὰ μᾶς,[1]) δείξουσι, ποῖαν γνώμην νὰ ἔχωμεν περὶ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο ἀφήνωντας ἐσὺ τὰ ἄλλα, πίστευε σταθερῶς καὶ ἀμετακινήτως, πῶς εἶναι ἕνας Θεὸς ἐν τριάδι προσώπων, παντοδύναμος, πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα εἰδώς· ἀμετάβλητος εἰς τὴν φύσιν καὶ ἀΐδιος.

Quaestio XVII.

Suntne vero et aliae quaedam Dei solius Proprietates?

Resp. Proprietates divinae sane innumerabiles sunt; quas tamen ut ad salutem utiles hactenus recensuimus; illae satis demonstrant nobis, quam de Deo habere conveniat sententiam. Tu itaque, reliquis sepositis, firma immotaque fide crede, unum in trinitate personarum Deum esse, omnipotentem, omnipraesentem, omniscium, natura immutabilem atque sempiternum.

Ἐρώτησις ιη'.

Ἐπειδὴ καὶ εἰς τοῦτο τὸ ἄρθρον βάλλουσι τὸν λόγον τοῦτον, ποιητήν, τάχα ὁ Θεὸς ὁλωνῶν τῶν πραγμάτων εἶναι ποιητής;

Ἀπ. Χωρὶς κἂν μίαν ἀμφιβολίαν ὁ Θεὸς εἶναι ποιητὴς πάντων τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων κτισμάτων· καὶ προτήτερα ἀπὸ ὅλα ἔκαμε πάσας τὰς δυνάμεις τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος μὲ τὸ νόημά του, ὡς ἂν ὑμνητὰς ἐξαιρέτους τῆς δόξης του. Καὶ ἔκτισε τὸν νοερὸν ἐκεῖνον κόσμον, ὅπου ἐγνωρίσασι καλᾶ τὸν Θεόν, κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν

Quaestio. XVIII.

Quando autem nomen Creatoris in hoc Articulo positum est, num igitur rerum omnino omnium conditor Deus est?

Resp. Rerum profecto creatarum omnium, tum visibilium, tum invisibilium sine ulla controversia creator Deus est. Atque ante cetera quidem omnia, caelestes omnes Exercitus, ut praecipuos gloriae majestatisque suae praecones, sola cogitatione, de nihilo effinxit; mundumque illum intellectualem condidit, qui secundum concessam sibi gratiam Deum pulchre cognoscunt, penitusque

---

1) Interpunctionem mutavi. Ante fuit comma ante *φθαν.* quo locus misere vexabatur, nec ab interprete opportune reddebatur. *Φθάνειν* apud hunc auctorem est: *sufficere* (q. 20) et sententia haec: Illa — ut utilia ad salutem nobis sufficiunt, sic monstrabunt etc.

αὐτοῖς, καὶ ὑποτάσσονται ὅλως διόλου εἰς τὴν θέλησίν του. Ἔπειτα ὁ κόσμος οὗτος, ὁ ὁρατὸς καὶ ὑλικὸς, ἐκτίσθηκεν ἀπὸ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ. Καὶ ὕστερον ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε, σύνθετον ἀπὸ ἄϋλον καὶ λογικὴν ψυχὴν καὶ ἀπὸ ὑλικὸν σῶμα, διὰ νὰ γνωρισθῇ μὲ τὸν ἕνα σύνθετον ἄνθρωπον, πῶς ὁ ἴδιος τοῦτος εἶναι ὁ ποιητὴς καὶ τῶν δύο κόσμων, τοῦ ἀΰλου καὶ ὑλικοῦ. Καὶ διὰ τὴν ἀφορμὴν τούτην ὁ ἄνθρωπος ὀνομάζεται κόσμος μικρὸς, διατὶ βαστᾷ εἰς τὸν ἑαυτόν του τὸ παράδειγμα ὅλου τοῦ μεγάλου κόσμου. (Δαμ. Βιβ. β΄. κεφ. γ΄. ιβ΄.)

ac perpetuo voluntati illius morem gerunt. Tum vero postea aspectabilem atque materiatum hunc orbem item ex nihilo Deus fabricatus est. Ad ultimum denique et hominem fecit, immateriali mentisque compote anima et materiato corpore compositum, ut vel ex uno homine hunc in modum coagmentato constaret, eundem illum Deum, mundi utriusque, immaterialis puta atque materialis, opificem auctoremque esse. Ideoque haud abs re homo pusillus mundus appellatur; quippe qui universi mundi majoris expressam in sese imaginem circumfert. (Damasc. II, 3. et 12).

Ἐρώτησις ιθ΄.

Ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς ἔπλασε πρῶτον τοὺς ἀγγέλους, τίνα γνώμην πρέπει νὰ ἔχωμεν δι' αὐτούς;

Ἀπ. Οἱ ἄγγελοι εἶναι πνεύματα, πλασθέντες ἀπὸ τὸ μὴ εἶναι εἰς τὸ εἶναι ἐκ Θεοῦ, διὰ νὰ ὑμνοῦσι τὸν Θεὸν, καὶ νὰ τοῦ δουλεύουσιν, ἔπειτα καὶ νὰ διακονοῦσι καὶ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον τῶν ἀνθρώπων, ὁδηγοῦντες τοὺς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Δίδονται ἀκόμι εἰς φύλαξιν πόλεων, βασιλειῶν, χωρῶν, μοναστηρίων, ἐκκλησιῶν καὶ ἀνθρώπων πνευματικῶν καὶ κοσμικῶν. Τοῦ ὁποίου πράγματος παράδειγμα ἔχομεν εἰς τὰς πράξεις τῶν Ἀπο-

Quaestio XIX.

Iam quoniam primo loco Angelos creavit Deus, dic quaeso quidnam de iis statuendum habemus?

Resp. Angeli sunt Spiritus, ex non ente, in ens verum, ea fini a Deo conformati; ut et ipsum hymnis suis concelebrent illique appareant: et praeterea hoc in orbe suo ministerio hominibus adsint, illisque in regnum Dei viam praeeant. Est illis etiam urbium, regnorum, regionum, monasteriorum, ecclesiarum, hominumque item, tum religiosorum, tum secularium cura et tutela commissa. Cujus rei luculentum in Actibus Apostolicis commemoratur

στόλων, ὁποῦ γράφει (κεφ. έ. ιθ΄.) ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγών τε αὐτοὺς εἶπε· πορεύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης· καὶ πάλιν· (Πραξ. ιβ΄. ή.) ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ εἶπε τῷ Πέτρῳ, περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου· περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου καὶ ἀκολούθει μοι. Καὶ μετ' ὀλίγα (στοιχ. ιβ΄.)· καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ εἶπε, νῦν οἶδα ἀληθῶς, ὅτι ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου, καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. Ὁμοίως φυλάττουσι καὶ τὰ μικρὰ παιδία, κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν λέγουσαν (Ματθ. ιή. ί.) λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Ἀκόμι προσφέρουσιν εἰς τὴν θείαν μεγαλειότητα τὰς προσευχὰς καὶ ἐλεημοσύνας μας, καὶ τὰς λοιπὰς ἀγαθοεργίας· ὄχι διατὶ τάχα ὁ Θεὸς νὰ μὴν θεωρῇ τὰς ἐλεημοσύνας μας, ἢ νὰ μὴ γροικᾷ ταῖς προσευχαῖς μας, μὰ διατὶ ἐκεῖνοι μεσιτεύουσι διὰ μᾶς. Καὶ εἰς τὸν παλαιὸν νόμον, πρὶν δοθῇ ὁ νόμος τοῦ Μωϋσέως, ἐδιδάσκασι οἱ ἄγγελοι τὸν νόμον, καὶ τὴν θέλησιν τοῦ Θεοῦ εἰς τοὺς προκά-

exemplum (Cap. V, 19.) Angelus autem Domini noctu fores carceris reclusit, illisque eductis dixit: ite, et in templo consistentes omnia vitae hujus verba populo exponite. Et rursus (XII, 8.): Ecce vero subito adstabat Angelus Domini, dixitque Petro: accinge te ocius, indue soleas, circumda tibi pallium et sequere me. Et mox (v. 12.): Verum ut ad se rediit Petrus, dixit: nunc vero plane scio, emisisse Dominum Angelum suum, meque eripuisse de manu Herodis, et de omni exspectatione populi Iudaeorum. Pari modo parvulorum infantum curam agunt, docente ipso Servatore nostro (Matth. XVIII, 10.): Dico enim vobis, quod Angeli illorum in caelis perpetuo vultum patris mei, qui in caelis est, intuentur. Iidem preces et eleemosynas nostrae et benefacta reliqua ad divinam majestatem perferunt. Minime istuc quidem, quasi eleemosynas non animadverteret nostras, aut preces non ipse satis exaudiret Deus, sed quod illi pro nobis intercedunt. Et in antiqua lege, lege Mosaica nondum lata, legem voluntatemque Dei omnem majores nostros Angeli edocebant;

τορὰς μας, καὶ τοὺς ἐδεῖχνασι τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας· καθὼς τὸ μαρτυρᾷ ὁ ἱερὸς Διονύσιος. Καὶ ὕστερον, ἀφ' οὗ ἐδόθηκεν ὁ νόμος, ἐδιδάσκασιν ὁδηγῶντας[1]) τοὺς εἰς τὸ ἀγαθόν. Καὶ τοῦτο ἡ Γραφὴ τὸ σημαδεύει λέγουσα, πῶς οἱ ἄγγελοι ἐφαίνοντο εἰς τοὺς προφήτας, καὶ τοὺς ἐπρολέγασι τὰ μέλλοντα, ὡς ἂν εἰς τὸν Ἰωσὴφ, ὁποῦ ἔδωκεν ὁ ἄγγελος λόγον, νὰ προσέχῃ ἀπὸ τὴν ἀπόφασιν τοῦ Ἡρώδου, εἰπών· (Ματ. β'. ιγ'.) ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ, ἕως ἂν εἴπω σοι, μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό: Ἀκόμι καὶ ὅταν ἐφοβεῖτο, νὰ δουλεύῃ τῆς παρθένου (Ματθ. α'. κ'.), ὁ ἄγγελος τοῦ Κυρίου τὸν ἐθάῤῥυνε, καὶ τὸν ἐδίδαξεν. Ἀποκαλύπτουσιν ἀκόμι τὰς θείας ἐνεργείας, καθὼς εἰς τὸν καιρὸν τῆς γεννήσεως Χριστοῦ ἀπεκάλυψαν (Λουκ. β'.) εἰς τοὺς ποιμένας, ὅτι ὁ Χριστὸς ἐγεννήθηκεν εἰς τὴν Βηθλεέμ. Καὶ μὲ τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ, παραστέκοντας τοπικῶς κάθα ἀνθρώπου, μᾶς ἐλευθερώνουσιν ἀπὸ κάθα κίνδυνον, καὶ διώκουσι τὸν ἐχθρὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὁποῦ ἀπηνῶς τιμωρᾷ τὸν ἄνθρωπον, ὅταν κατα-

eisque rectum salutis iter commonstrabant, teste S. Dionysio. (Hierarch. Eccl. IV. p. 26.) Postea vero quam promulgata lex erat, instruebant homines ducebantque ad bonum. Prout ipsa satis Scriptura arguit, dum et apparuisse Prophetis Angelos, et futura aperuisse, prodit. Velati quum Iosephum Angelus praemonuit, caveret sibi a sanguinario Herodis proposito (Matth. II, 13.): Surge, inquit, acceptoque puerulo illiusque matre, in Aegyptum effuge; et mane illic, donec dixero tibi. Certo enim puerulum ad necem quaesiturus est Herodes. Rursus quando idem Virgini familiariter servire verebatur; (Matth. I, 20.) mox animum illi Angelus Domini addit, rectiusque edocet. Horum item indicio divina opera divulgantur: quemadmodum, nascente Christo, (Luc. II.) illum Bethlehemi jam modo in lucem editum esse, pastoribus nunciabant. Illi etiam, mandatu Dei localiter singulis hominibus praesto adsunt, et periculis quibuslibet nos eripiunt, animarumque nostrarum hostem propulsant, qui crudelissime discruciare hominem solet, quandocunque id sibi divino

---

1) Placuit accentum ponere in antepaenult. Est enim part. praes. recens factum, et quidem nomin., qui supra certe isto accentu fuit insignitus p. 59. φανερώνωντας p. 67. διδάσκωντας. Delevi supra in voce γροικᾷ puncta aphaeres., quae alias non inveni q. 28.

λάβη πως [1]) ὁ Θεὸς τοῦ ἔδωκεν ἄδειαν. Καὶ πῶς ὁ ἄγγελος νά μᾶς φυλάττῃ, τὸ ἔχομεν φανερὸν ἀπὸ τοῦτο, ὁποῦ λέγει ἡ Γραφὴ, διὰ τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ Κύριον (Ψαλ. μα΄. ια΄.)· ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσι σε, μή ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

permissu licere intelligit. Iam quod sua nos custodia caelestis ille genius noster sepiat tueaturque, id ex hoc scripturae dicto, de eo qui Domino unice confidit, satis apparet: (Psal. XCI, II). Angelis suis de te praecipiet, ut custodiant te in omnibus viis tuis; attollent te manibus, ne ad lapidem pedem tuum offendas.

Ἐρώτησις κ΄.

Εἰς πόσας τάξεις διαιροῦνται οἱ ἄγγελοι;

Ἀπ. Καθὼς λέγει ὁ Διονύσιος (Οὐραν. ἱεραρ. κεφ. ζ΄.), εἰς ἐννέα χοροὺς διαιροῦνται, καὶ οἱ ἐννέα τοῦτοι εἰς τρεῖς τάξεις. Καὶ εἰς τὴν [2]) πρώτην τάξιν εὑρίσκουνται ἐκεῖνοι, ὁποῦ εἶναι σιμώτερον εἰς τὸν Θεὸν, οἷον Θρόνοι, Χερουβὶμ, καὶ Σεραφὶμ· εἰς τὴν δευτέραν τάξιν Ἐξουσίαι, Κυριότητες, καὶ Δυνάμεις· εἰς τὴν τρίτην, Ἄγγελοι, Ἀρχάγγελοι, Ἀρχαί. Καὶ οὕτως εἶναι διατεθειμένοι, ὁποῦ οἱ κατώτεροι ἄγγελοι πέρνουσιν ἀπὸ τοὺς πλέον ἀπάνω τὴν ἔλλαμψιν καὶ τὰς θείας εὐ-

Quaestio XX.

In quot Classes distribuuntur Angeli?

Resp. Ex sententia Dionysii (Hier. Caelest. cap. VI. et VII. [3]) in novem distinguuntur choros, qui denuo in tres distribuuntur classes. Prima in classe aevum agitant, qui Deum propius circumstant: Throni, Cherubim et Seraphim. In secunda Potestates, Dominationes, Exercitus (sive etiam Virtutes). In tertia Angeli, Archangeli, Principatus. Sunt autem eo dispositi ordine, ut inferiores a superioribus illuminationem ac divina beneficia accipiant.

---

1) Delevi circumflexum in voce enclitica. Paullo ante commata posui post Θεοῦ et ἀνθρώπου. Hic locus ita intelligendus: et per (μὲ praep. veluti p. 60) jussum Dei, adstantes localiter singulis hominibus (κάθα distribut. ut p. 56), nos liberant a singulis periculis. (κάθα ex illa notione induit adject. naturam ut qu. 15.)

2) Non dubitavi recipere lectionem marg. pro vulgata: τὸν πρῶτον χορὸν, ut ordo et sequentium ratio constaret. Paullo infra comma, quod fuit ante ἔστωντας, postposui, pleneque post τοῦ Θεοῦ intercidi.

3) et VIII — X. ex Corderii edit. Paris. 1644. p. 63 — 128.

εργεσίας. Οὗτοι οἱ ἄγγελοι ἐσταματίσασιν εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ αἰωνίως ἔστωντας, καὶ νὰ μὴ συμφωνήσουσι μὲ τὸν Ἑωσφόρον, νὰ ἐναντιωθοῦσι τοῦ Θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο πέρνοντες ταύτην τὴν χάριν δὲν ἠμποροῦσι ποτὲ νὰ σφάλουσιν, ὄχι ἀπὸ τὴν φύσιν τους, μὰ ἀπὸ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Καὶ τοῦτα τὰ σεσημειωμένα φθάνουσι πρὸς γνῶσιν τῶν ἀγγέλων, καθ' ὅσον ἀπαιτεῖ ὁ λόγος τῆς παρούσης συντόμου διδασκαλίας τῆς ὀρθοδόξου. Καὶ γνωρίζοντες ἡμεῖς, πῶς μᾶς βοηθοῦσι καὶ μεσιτεύουσι δι' ἡμᾶς, εἰς πᾶσαν μας προσευχὴν τοὺς ἐπικαλούμεθα, νὰ παρακαλοῦσι δι' ἡμᾶς τὸν Θεὸν καὶ μάλιστα τὸν ἄγγελον ἐκεῖνον, ὁποῦ εἶναι φύλακάς μας.

Hi Angeli in gratia Dei jugiter permanent. Quippe quoniam Luciferi ad rebellionem adversus Deum incitamentis aurem non praebuerunt, hanc gratiam adepti non amplius labi possunt; non illud quidem certe ulla naturae suae praestantia, sed mera Dei gratia. Haec ita breviter annotata ad notitiam Angelorum in tantum sufficere arbitramur, quantum compendiariae hujus Orthodoxae doctrinae modus exigere videatur. Itaque cognito jam satis, cum opem nobis auxiliumque Angelos ferre, tum sua nos intercessione juvare, merito omnibus in precibus nostris illos obtestamur, ut Deum nobis propitient; illumque ante alios Angelum, qui praeses noster custosque est.

Ἐρώτησις κά.

Τίνα γνώμην πρέπει νὰ ἔχωμεν διὰ τοὺς κακοὺς ἀγγέλους;

Quaestio XXI.

Poro quid de malis Angelis sentiendum nobis?

Ἀπ. Πῶς οἱ πονηροὶ ἄγγελοι ἐπλασθήκασιν ἀπὸ τὸν Θεὸν καλοί, διατὶ ὅ, τι ἐποίησεν ὁ Θεός, καλὸν τὸ ἐποίησε. Μὰ ἐκεῖνοι μὲ τὴν ἰδίαν τους θέλησιν ἐγενήκασι κακοί, καθὼς μαρτυρᾷ ὁ Κύριος ἡμῶν, διὰ τὸν ἄρχοντά τους λέγων (Ἰωαν. ή. μδ'.)· ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς· καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ· ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος,

Resp. Ipsos quidem bonos omnino a Deo creatos fuisse: quidquid enim fecit Deus, bonum fecit; sed propria voluntate sua improbos evasisse; prout testatur Dominus noster de principe Daemonum loquens (Ioh. VIII, 44.): Ille homicida fuit ab initio, nec in veritate stetit. Non enim est in illo veritas. Quando mendacium loquitur, de suis loquitur. Nam mendax est, illiusque

ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστι, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Τοῦτοι εἶναι οἱ ἀρχηγοὶ πάσης πονηρίας, βλάσφημοι τῆς θείας μεγαλειότητος, ἀπατεῶνες [1]) τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, καὶ αὐτοὶ, καὶ τὰ ὄργανά των. [2]) Καθὼς παραδίδωσιν ἡ Γραφὴ λέγουσα· (ά. Πετρ. έ. ή.) νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. Μὲ ὅλον τοῦτο, πρέπει νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς οἱ δαίμονες δὲν ἠμποροῦσι νὰ μεταχειρισθοῦσι τὴν δύναμίν τους εἰς κἂν ἕνα ἄνθρωπον ἢ καὶ ἄλλο κτίσμα, χωρὶς νὰ συγχωρήσῃ ὁ Θεός. Καὶ τούτου μάρτυς ἡ Γραφὴ λέγουσα· καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ δαίμονες, λέγοντες (Ματθ. ή. λά.)· εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὑπάγετε. Ἀκόμι καὶ τοῦτο πρέπει καθ' ἕνας νὰ ἠξεύρῃ, πῶς δὲν ἠμποροῦσι νὰ ἀναγκάσουσι τὸν ἄνθρωπον εἰς τὸ νὰ ἁμάρτῃ· μόνον μὲ πειρασμὸν τὸν ἐξαπατοῦσι. Διατὶ ὁ ἄνθρωπος εἶναι αὐτεξούσιος, καὶ εἰς τὸ αὐτεξούσιον μήτε ὁ ἴδιος Θεὸς φέρνει κἂν μίαν βίαν ἢ ἀνάγκην. Καὶ ἔστων-

pater. Hi impietatis omnis auctores et signiferi divinaeque majestatis blasphemi obtrectatores sunt; hi mentium humanarum deceptores; tum ipsimet tum instrumenta ipsorum, tradente Scriptura (I Pet. V, 8.): Sobrii estote, vigilate. Nam adversarius vester Diabolus tanquam leo rugiens obambulat, quaerens quem deglutiat. Quae quanquam ita comparata sunt, sciendum tamen, non posse Daemones vim ac violentiam suam in hominem ullum ullamque rem aliam nisi Deo indulgente exercere, teste Scriptura (Matth. VIII, 21.): Rogabant vero illum Daemones ac dicebant: siquidem nos expellis, permitte nobis abire in gregem porcorum. Ille vero dixit eis: Ite. Porro illud etiam cuivis exploratum esse debet, minime in illorum manu positum esse, ut peccare hominem cogant, quem suis duntaxat instigationibus illecebrisque in fraudem et errorem deducunt. Est enim libertate sui arbitrii homo praeditus, cui libertati nec Deus ipse vim ullam necessitatemque infert. Ceterum quoniam aeternis suppliciis

1) Recte in marg. vulg. ἀπατεῶντες vocab. correctum fuit, quod sua jam forma a Graecitate alienum est. Paullo ante in Normann. edit. vitiose φλάσφημοι. 2) Correxi ex τως, quae vocula non invenitur pro pronomine possessivo, cujus loco artic. encliticus in usu est. Legi etiam potest τους, quod paullo post exstat.

τας νὰ εἶναι κατακεκριμένοι εἰς τὸν αἰῶνα, οὐδέποτε γίνονται δεκτικοὶ τῆς [1]) θείας χάριτος, κατὰ τὸ εἰρημένον (Ματθ. κέ. μά.)· πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

poenisque multati Daemones sunt, idcirco nullo unquam tempore divinae gratiae misericordiaeque participes fieri possunt, ut dictum est (Matth. XXV, 41.): Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui Diabolo angelisque ejus praeparatus est.

Ἐρώτησις κβ'.

Τίνα γνώμην πρέπει νὰ ἔχωμεν διὰ τὴν ἄλλην κτίσιν;

Ἀπ. Πῶς ὁ Θεὸς ἀπὸ τὸ μὴ εἶναι ἔκαμε τὰ πάντα μὲ τὸ πρόσταγμά του, καὶ εἰς τὸ ὕστερον ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἔκαμεν αὐθέντην ἀπάνω εἰς ὅλην τὴν κτίσιν, ὁποῦ εἶναι ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ, λέγωντας (Γεν. ά. κς'.)· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης [2]), τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς. Τὸ αὐτὸ λέγει καὶ ὁ ἱερὸς Ψάλτης (Ψαλ. ή. ς'. [3])· κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου· πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου· τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμε-

Quaestio XXII.

De reliquis autem rebus creatis quid statuendum nobis est?

Resp. Hoc nimirum, quod Deus verbo jussuque suo cuncta e nihilo fecerit; quodque post reliqua omnia hominem creaverit, illumque herum ac dominum rerum, quae sub coelo sunt, omnium constituerit, dicens (Gen. I, 26.): Faciamus hominem ad imaginem nostram et secundum similitudinem; et dominentur piscibus maris, et volucribus coeli, et jumentis, et orbi terrarum universo. Idem et sacer Psaltes adstruit (Psal. VIII, 6.): Praefecisti eum operibus manuum tuarum; subjecisti omnia sub pedes illius: oves et boves universas, insuper et pecora campi, volucres coeli, et pisces maris, qui semitas marinas perambu-

1) Liberavi voculam uncinis, quibus ante fuit septa. Post vocem χάριτος comma posui, expulsa media intercisione, quae ex nostra ratione ferri non potest. 2) Addit LXX. καὶ, perinde atque ante τῶν κτηνῶν. 3) Vulg. ζ'. Correxi et in vers.

να τρίβους θαλασσῶν, καὶ ἀνωτέρω[1]) · *ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. Μὰ διατὶ δὲν ἐφύλαξεν ὁ ἄνθρωπος τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν παράδεισον, ὅταν ἦτον ἀθῶος, μὰ ἀπὸ τὸν ἀπηγορευμένον καρπὸν ἐπίασε καὶ ἔφαγε· διὰ τοῦτο ἐστερήθηκεν ἀπὸ τὴν ἀξίαν του καὶ ἀπὸ τὴν κατάστασιν, ὁποῦ εἶχεν εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἀθωότητός του. Καὶ διωχθεὶς ἀπὸ τὸν παράδεισον τοιοῦτος ἔγινεν, ὅ, τι λογῆς τὸν περιγράφει ὁ Προφήτης (Ψαλ. μθ΄. κ΄.* [2]) *λέγωντας· ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Καὶ ἤκουσεν (Γεν. γ΄. ιθ΄.)· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.*

lant. Et paullo antea (v. 5.): Paullo minorem Angelis fecisti eum, gloria et honore coronasti eum. Quoniam vero mandatum Dei in Paradiso, quum adhuc in statu innocentiae homo esset, neglexit de vetitoque fructu carpsit gustavitque; ea re honoribus fortunisque omnibus, queis tempore integritatis suae ornatus fuerat, subito exutus, beatoque pulsus horto, talis omnino evasit, qualem illum Propheta depingit (Psal. XLIX, 20.): Homo quum in honore esset, non intellexit. Comparatus est brutis jumentis, iisque similis factus est. Ideoque hanc sententiam audivit (Gen. III, 10.): Terra es, et in terram reverteris.

Ἐρώτησις κγ΄.

Ποία ἦτον ἡ κατάστασις τῆς ἀνθρωπίνης ἀθωότητος, εἴτουν καθαρότητος καὶ ἀναμαρτησίας του;

Ἀπ. Δύο λογιῶν εἶναι ἡ κατάστασις τῆς ἀκακίας εἴτουν ἀθωότητος (κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν Παροιμ.) [3]). *Ἡ πρώτη εἶναι μία προαιρετικὴ ἀλλοτρίωσις ἀπὸ ταῖς ἁ-*

Quaestio XXIII.

Cujusmodi erat status Innocentiae hominis sive puritatis et a peccando immunitatis?

Resp. Innocentiae integritatisque status duorum generum est (ex sententia S. Basilii, Homilia in Principium Proverbiorum pag. 184. Bas.). Prior est voluntaria quaedam a peccato discessio; nimirum

1) Margo adjicit: *εἰς τὸ αὐτὸ* i. e. *in eodem hymno*. Talia modo adduntur ab hoc auctore, modo omittuntur. Vox *ἀνωτέρω* sufficit. Vers. et hic falso laudabat v. 6. 2) Vulg. *κά*, vers. 21. Accommodavi textum ad nostras editt. 3) Verba *εἰς* — *Παροιμ.* apud Norm. in marg. posita ab Hofmanno textui inserta invenio.

μαρτίαις, ἤγουν ὅταν λείπῃ ὁ ἄνθρωπος μὲ τὴν ἰδίαν του προαίρεσιν ἀπὸ τὰ ἁμαρτήματα, διὰ τὴν γυμνασίαν, ὁποῦ ἔχει, καὶ μακρὰν συνήθειαν εἰς τὰ κακά. Ἡ δευτέρα εἶναι ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἀπειρία τοῦ κακου, ἤγουν ὅταν δὲν γνωρίζῃ, οὔτε ἐδοκίμασε καθόλου τὸ κακὸν ἢ διὰ τὴν ἡλικίαν του, ἢ δι' ἄλλαις αἰτίαις. Καὶ κατὰ τὸν δεύτερον τοῦτον τρόπον ἦτον εἰς τὸν Ἀδὰμ ἡ ἀθωότης καὶ ἡ ἀκακία, πρὶν ἁμάρτῃ, κατὰ πᾶσαν τελειότητα καὶ δικαιοσύνην ἔμφυτον, τόσον ἀπὸ τὸ μέρος τῆς διανοίας, ὅσον καὶ ἀπὸ τὸ μέρος τῆς θελήσεως· εἰς τὴν διάνοιαν περικλείεται πᾶσα ἐπιστήμη, καὶ εἰς τὴν θέλησιν πᾶσα χρηστότης καὶ καλοσύνη. Διατὶ γνωρίζωντας ὁ Ἀδὰμ τὸν Θεὸν καλώτατα (καθ' ὅσον εἰς τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τοῦ ἦτον συγκεχωρημένον, καὶ καθ' ὅσον ἔπρεπε) μὲ τοῦτο, ὁποῦ ἐγνώριζε τὸν Θεὸν, ἐγνώριζεν ὅλα τὰ πράγματα μετ' ἐκεῖνον. Καὶ τούτου ἔχομεν σημάδια ἀνάμεσα εἰς τὰ ἄλλα, ὁποῦ ἐφελθήκασιν εἰς τὸν Ἀδὰμ ὅλα τὰ ζῶα, διὰ νὰ τοὺς δώσῃ ὄνομα. Καὶ τὰ ὠνόμασε καθ' ἕνα ἀπ' αὐτά. Τὸ ὁποῖον ἐγεννᾶτο ἀπὸ τὸ νὰ γνωρίζῃ τὴν φύσιν τους, ὄχι ἀπὸ ἄλλην μάθησιν, μόνον ἀπὸ τὸ νὰ μελετᾷ καὶ νὰ λογιάζῃ περὶ Θεοῦ, καὶ τὰς ἐκείνου χριστότητας. Περὶ δὲ τῆς θελήσεως, αὐ-

quum homo, cui ex diuturno vitiorum exercitio ac consuetudine (nota mala sunt), proprio deliberatoque consilio peccata deserit. Alter, simplex quaedam mali inscientia et imperitia est, quando mali penitus ignarus quispiam inexpertusque est; sive per tenellam aetatulam suam, sive caussas alias. Posteriore hoc modo ante lapsum comparata innocentia Adami integritasque fuit; cunjuncta cum summa absolutaque perfectione ac justitia insita intellectus pariter voluntatisque, ita ut in intellectu scientia omnis includeretur, in voluntate probitas omnis et honestas. Quando itaque perfectissimo sane modo, (quantum illo temporis habitu concessum ipsi ac decorum erat,) Deum cognoscebat Adamus; ideo hoc ipso, quod Deum cognoscebat, cetera item omnia per ipsum noscitabat. Cujus rei clarum inter alia indicium habemus, quum ad Adamum animantes omnes conveniebant, ut iis sua nomina daret, quas ille etiam singulatim suis appellabat nominibus. Inde id autem fiebat, quod animantis cujusque naturam ac indolem perspectam haberet, non parta aliunde instructus scientia, sed ex eo, quod de Deo illiusque beneficiis secum meditaretur commentareturque. Iam quod ad

τη πάντοτε ὑπετάσσετο εἰς τὸν λόγον· καλᾶ καὶ πάντοτε νὰ ἦτον ἐλεύθερα, καὶ ἦτον ἐξουσία εἰς τὸν ἄνθρωπον νὰ ἁμάρτῃ, ἢ νὰ μὴν ἁμάρτῃ. Καθὼς λέγεται εἰς τὴν Γραφὴν (Σειρ. ιε'. ια'.)· μὴ εἴπῃς, ὅτι διὰ Κύριον ἀπέστην. Ἃ γὰρ ἐμίσησεν, οὐ ποιήσεις. Μὴ εἴπῃς, ὅτι αὐτός με ἐπλάνησεν. Οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ. Πᾶν βδέλυγμα ἐμίσησεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἔστιν ἀγαπητὸν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς ἐποίησεν ἄνθρωπον, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ. Ἐὰν θέλῃς, συντηρήσεις ἐντολὰς καὶ πίστιν, ποιῆσαι εὐδοκίας. Παρέθηκέ σοι πῦρ καὶ ὕδωρ, οὗ ἐὰν θέλῃς ἐκτενεῖς τὴν χεῖρά σου. Ἔναντι ἀνθρώπων ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος· καὶ ὃ ἐὰν εὐδοκήσῃ, δοθήσεται αὐτῷ. Καὶ μετ' ὀλίγα (ϛιχ. κ'.)· οὐκ ἐνετείλατο οὐδενὶ ἀσεβεῖν, καὶ οὐκ ἔδωκεν ἄνεσιν οὐδενὶ ἁμαρτάνειν. Εἰς τοιαύτην λοιπὸν τῆς ἀθωότητος καὶ ἀναμαρτησίας κατάστασιν ἦτον ὁ ἄνθρωπος ὅμοιος τοῖς ἀγγέλοις. Μὰ ὡς ἂν ἔσφαλε μὲ τὴν παράβασιν, παρευθὺς εἰς τὸν ἴδιον τόπον τοῦ παραδείσου, πέρνωντας τὴν κατάστασιν τῆς ἁμαρτίας, ἐγίνηκε θνητός. Οὕτω γὰρ ἡ ἁγία Γραφὴ παραδίδωσι (Ῥωμ. ϛ'. κγ'.), λέγουσα· τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος. Καὶ τότε παρευθὺς ἔχασε τὴν τελειό-

voluntatem attinet; illa rationi perpetuo obtemperabat, quanquam et tum suam semper libertatem retineret, et situm plane in hominis esset potestate, sive peccaret sive non peccaret, sicut in scriptura dicitur (Sirach. XV, 11.): Ne dixeris: propter Dominum defeci; non enim facere debes, quae illi odiosa sunt. Ne dixeris: ipse me in errorem impulit. Nihil enim illi homine peccatore opus est. Odit Dominus omnem abominationem, eademque illum timentibus haudquaquam accepta est. Ipse ab initio hominem fecit, eumque in manu consilii sui dimisit. Si voles, mandata et fidem servabis; faciendo, quae illi grata sunt. Ignem et aquam proposuit tibi; utrum voles, ad id extendes manum tuam. Vita et mors coram hominibus est; dabiturque illi, utrum ipsi placuerit. Et mox (v. 20.): Nulli impie agere praecepit; nulli peccandi licentiam tribuit. Hujusmodi igitur innocentiae ac impeccabilitatis in statu simillimus Angelis homo erat. Simulac vero per transgressionem praecepti peccavisset, continuo eodem Paradisi loco, suscepto peccati statu, mortalis evasit, tradente ita Scriptura (Rom. VI, 23.): Stipendium peccati mors est. Mox amissa rationis et intelligentiae perfectione, etiam voluntas in malum,

τητα τοῦ λόγου καὶ τῆς γνώσεως· καὶ ἡ θέλησις ἔκλινε περισσότερον εἰς τὸ κακὸν παρὰ εἰς τὸ καλόν. Καὶ οὕτως ἡ κατάστασις τῆς ἀθωότητος καὶ ἀκακίας, ἔστωντας καὶ νὰ δοκιμάσῃ τὸ κακὸν, ἄλλαξεν εἰς κατάστασιν ἁμαρτίας, καὶ ὁ τέλειος ἄνθρωπος τόσον ἐταπεινώθηκεν, ὥστε νὰ λέγῃ μὲ τὸν Δαβὶδ (Ψαλ. κβ΄. ς΄.)· ἐγὼ δὲ εἰμὶ σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.

quam in bonum, pronior facta est. Atque hoc pacto integritatis innocentiaeque status, homine malum jam experto, in statum peccati transiit, illeque antea perfectus homo eo humilitatis redactus est, ut jam merito cum Davide dicat (Psal. XXII, 6.): Ego vermis sum, non homo.

Ἐρώτησις κδ΄.

Εἶναι τάχα ὅλοι οἱ ἄνθρωποι ὑποκείμενοι εἰς τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν;

Ἀπ. Καθὼς ὅλοι οἱ ἄνθρωποι ἦσαν εἰς τὴν κατάστασιν τῆς ἀθωότητος εἰς τὸν Ἀδὰμ, τέτοιας λογῆς καὶ ἐφ' οὗ ἔσφαλεν, ὅλοι ἔσφαλαν εἰς αὐτὸν, καὶ ἔμειναν εἰς τὴν κατάστασιν τῆς ἁμαρτίας. Διὰ τοῦτο ὄχι μόνον εἰς τὴν ἁμαρτίαν ὑπόκεινται, μὰ καὶ εἰς τὴν τιμωρίαν διὰ τὴν ἁμαρτίαν. Ἡ ὁποία τιμωρία γνωρίζεται μὲ τούτην τὴν ἀπόφασιν τοῦ Θεοῦ· (Γεν. β΄. ιζ΄.) ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Τὸ αὐτὸ καὶ ὁ Ἀπόστολος (Ρωμ. ε΄. ιβ΄.) ἀναφέρνωντας λέγει· ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Διὰ τὴν ὁποῖαν ἀφορμὴν ἀκόμι εἰς

Quaestio XXIV.

Numquid vero eidem omnes homines peccato sunt obnoxii?

Resp. Quemadmodum homines omnes durante innocentiae statu in Adamo fuerunt; eodem modo, ex quo lapsus ille fuit, in ipso omnes collapsi, simul in statu peccati permanserunt. Quamobrem non solum peccato, sed ejus caussa, poena item tenentur. Quae poena hoc Dei edicto promulgatur (Gen. II, 17.): Quacunque die de arbore ista comederitis, morte moriemini. Refert id ipsum et Apostolus (Rom. V, 12.): Ut per unum hominem peccatum in mundum introiit, et per peccatum mors; quae hoc pacto in mortales omnes pervasit, quod in illo omnes pec-

τὴν κοιλίαν τῆς μητρός μας συλλαμβανόμεθα μὲ τὴν ἁμαρτίαν τούτην καὶ γεννώμεθα, καθὼς λέγει ὁ ἱερὸς Ψάλτης (Ψαλ. νά. ζ'.)· ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Καὶ καλεῖται τὸ ἁμάρτημα τοῦτο προπατορικὸν, πρῶτον μὲν διατὶ προτήτερα ἀπ' αὐτὸ ὁ ἄνθρωπος δὲν ἤθελε μολυνθῇ ἀπὸ κἂν ἕνα ἄλλο ἁμάρτημα. Καλᾷ [1]) καὶ ὁ διάβολος νὰ ἦτον διεφθαρμένος μὲ τὴν ἁμαρτίαν του, ἀπὸ τοῦ ὁποίου τὴν παρακίνησιν καὶ εἰς τὸν ἄνθρωπον ἐβλάστησε τὸ λεγόμενον τοῦτο προπατορικὸν ἁμάρτημα, εἰς τὸ ὁποῖον καὶ ὁ Ἀδὰμ, ὁποῦ τὸ ἔκαμεν, εἶναι ὑποκείμενος, καὶ ἡμεῖς, ὅπου καταβαίνομεν ἀπ' αὐτόν. Δεύτερον, διατὶ ὁ ἄνθρωπος δὲν συλλαμβάνεται παρὰ ἐν ἁμαρτίᾳ.

caverunt. Quapropter etiam in utero materno mox cum hoc peccato concipimur nascimurque, teste sacro Psalte (LI, 7.): Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis mea me mater concepit. Quod peccatum Avitum, (sive Originale), appellatur; primum ideo, quod ante illud nullo dum alio peccato infectus homo fuit. Tametsi jam tum per lapsum suum corruptus esset Diabolus; quo etiam instigante, pullulare in homine hoc ipsum avitum peccatum coepit, cui et Adamus, auctor ejusdem effectorque, obnoxius erat, et nos omnes, qui ab illo genus ducimus. Deinde, quod nemo mortalium, nisi cum hac naturae contagione, concipitur.

Ἐρώτησις κέ.

Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐγνώριζε τὸν Ἀδὰμ, πῶς ἔμελλε νὰ σφάλῃ, διατί τὸν ἔπλασε;

Ἀπ. Ὄχι μόνον διὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν κακίαν τοῦ Ἑωσφόρου, καὶ πρὶν τὸν κάμει, ἤξευρε καλώτατα· καὶ διὰ κάθα μικρὸν λογισμὸν, καὶ διὰ κάθα κάμωμα, [2]) τὶ ἔμελλε νὰ λογιάσῃ, καὶ νὰ

Quaestio XXV.

Quando autem lapsurum Adamum norat Deus, quid is, quaeso, illum condidit?

Resp. Non modo lapsum Adami, verum et malitiam Luciferi, priusquam utrumque conderet, planissime scivit Deus. Immo et minutissimas quasque cogitationes, actionesque singulas, quas cogitaturus acturusque ali-

---

1) Scripsi ita pro vulgata καλὰ, quae a graeco alienius videbatur esse. Notat vero καλᾷ καὶ quamquam, ut patet ex qu. 30 ubi illa scribendi ratio. 2) Sic e marg. Vulg. κτίσμα.

κάμῃ. Μὲ ὅλον τοῦτο δὲν ἠθέλησεν ὅτι τὸ ἀνθρώπινον ἁμάρτημα ἢ τοῦ διαβόλου ἡ πονηρία νὰ νικήσῃ τὴν θείαν του ἀγαθότητα (Δαμ. Βιβ. β'. κεφ. κζ'). Διὰ φανέρωσιν λοιπὸν μεγαλητέρην τῆς ἀγαθότητός του ἔπλασε τὸν ἄγγελον ἐκεῖνον καλὸν, καὶ αὐτὸς μὲ τὴν ἰδίαν του θέλησιν καὶ προαίρεσιν ἐγίνηκε κακός· ὁμοίως καὶ τὸν ἄνθρωπον, ὁποῦ ἔσφαλε μὲ τὴν παρακίνησιν ἐκείνου. Μὲ ὅλον τοῦτο εἰς τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ᾠκονόμησεν, ὥστε [1]) μὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνου περισσότερον, νὰ λάμψῃ ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότης· ἐπειδὴ εἶχε νὰ πέμψῃ τὸν μονογενῆ του Υἱὸν εἰς τὴν κοιλάδα ταύτην τῆς γῆς, νὰ πάρῃ σάρκα ἀπὸ τὴν καθαρωτάτην Παρθένον μὲ τὴν συνεργίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ νὰ ἐξαγοράσῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ νὰ τὸν ἀναβάσῃ εἰς τὴν βασιλείαν του μὲ μεγαλητέρην δόξαν παρὰ ὁποῦ ἦτον εἰς τὸν παράδεισον, διὰ αἰσχύνην τοῦ διαβόλου. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἁμαρτία ἐκείνη δὲν ἐμπόδισε τὸν Θεὸν νὰ μὴν πλάσῃ τὸν ἄνθρωπον.

quando esset. Neque tamen aut peccato hominis, aut improbitate Diaboli, divinam bonitatem suam vinci superarique passus est. (Damasc. II. cap. 27. Adde Dialog. κατὰ Μανιχαίων. p. 542. 556.) Itaque ut tanto illustrior illa testatiorque fieret; illum quidem Angelum bonum creabat, qui sua postmodum voluntate ac arbitrio, impius sceleratusque evasit, consimiliter et hominem, Daemonis instinctu deinde lapsum. Verum enim vero cum homine illum in modum egit Deus, ut per lapsum illius majorem in modum sua effulgeret bonitas; quippe unigenam filium suum in terrestrem hanc vallem demittere poterat, qui carne de Virgine castissima opera Spiritus sancti adsumta, hominem redimeret; majoreque gloria, quam olim in Paradiso habuerat, exornatum, cum infamia ac dedecore Diaboli, in coeleste regnum suum subveheret. Ideoque nec illud hominis peccatum, ab ipsius creatione Deum deducere atque revocare potuit.

---

1) Effectus quum significetur, praestat marginis lectio ὥστε vulgatae ὅτι, commate post ἐκείνου deleto.

Ἐρώτησις κϛ΄.

Ἂν ὁ Θεὸς ἐγνώριζε τὰ πάντα πρὶν τὰ κτίσῃ [1]), τάχα καὶ ὅλα τὰ ἐπροώρισεν ὁμοίως καλὰ καὶ κακά, νὰ μὴ γίνουνται ἀλλοιῶς, παρὰ καθὼς γίνουνται;

Ἀπ. Ὁ Θεὸς πρὶν τῆς κτίσεως τοῦ κόσμου ὅλα τὰ πράγματα τὰ ἐπρογνώριζε, μὰ μόνα τὰ ἀγαθὰ ἐπροώρισεν (ὡς λέγει ὁ ἱερὸς Δαμασκηνὸς Βιβ. β΄. κεφ. λ΄.)· διατὶ τὸ νὰ προωρίζῃ τὰ κακά, εἶναι ἐναντίον εἰς τὴν θείαν ἀγαθότητα. Κακὸν δὲ νόμιζε μόνον τὴν ἁμαρτίαν· ἐπειδὴ οὐδένα κυρίως κακὸν εὑρίσκεται εἰς τὸν κόσμον, μόνον ἡ ἁμαρτία, ἡ ὁποία εἶναι ἡ παράβασις τοῦ θείου νόμου καὶ τῆς θείας θελήσεως (Δαμ. εἰς τὸ περὶ δύο θελήσεων τοῦ Χριστοῦ.). Τὰ δὲ ἐπίλοιπα, ὅπου ὁ Θεὸς μᾶς τιμωρᾷ διὰ τὰς ἁμαρτίας μας, οἷον θανατικά, πολέμοι, ἀσθένειαι καὶ τὰ ὅμοια, λέγονται κακὰ ὡς πρὸς ἡμᾶς (Βασίλ. ὁμιλ. θ΄. ὅτι οὐκ αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός.), διατὶ μᾶς φέρουσιν ὀδύνας καὶ λύπας, ὅπου ἀποτρεπόμεθα. Μὰ εἰς τὸν Θεὸν δὲν εἶναι κακά· διατὶ ἔχουσι δύναμιν ἀγαθοῦ· ἐπειδή, τιμωρῶντας ἡμᾶς μετ' αὐτά, μᾶς παρακινᾷ εἰς τὸ ἀγαθόν. Καὶ ὅταν

Quaestio XXVI.

Si norat igitur omnia Deus antequam conderet, an bona ac mala omnia item praedestinavit, ne aliter fiant, quam fiunt?

Resp. Res quidem universas ante creationem praescivit Deus, sed bonas duntaxat praedestinavit: (uti loquitur S. Damascenus, lib. II. cap. 30.) nam illud divinae bonitati repugnat, ut malas praefiniat. Malum autem non aliud existimandum est, quam peccatum. Nam praeter peccatum, quae divinae legis voluntatisque transgressio est, si proprie loquimur, nihil in orbe mali reperitur (Idem in: de duabus Christi voluntatibus.). At cetera, quibus ob noxias nostras Deus in nos animadvertit, ut pestilentia, bella, morbi, aliaque ejusmodi; respectu nostri mala dicuntur (Basil. Homil. IX. Deum non esse malorum caussam.), quoniam aerumnas nobis atque dolores afferunt, quos fugimus ac aversamur. Ceterum Deo nequaquam mala sunt; siquidem vim quandam boni habent. Iis enim nos castigans ad bonum excitat. Ideoque quum dicit Scriptu-

---

1) Ex marg. pro vulg. κτίσει, nisi forte haec etiam forma pro conj. habenda est, veluti p. 93. ἠμπορέσει conj. habendus est post verb. ἐθέλειν, quod in enunciat. conditionat. postulat conj. nulla interjecta partic.; veluti p. 93. qu. 48. Part. II. qu. 15.

λέγει ἡ Γραφὴ (Ἀμὼς γ΄. ς΄.)· εἰ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησεν; ὀνομάζει τὴν δικαίαν παίδευσιν τοῦ Θεοῦ κακίαν. Ἀκόμι ἐκεῖνα μόνον ὁ Θεὸς προορίζει κατὰ τὴν σοφίαν καὶ δικαιοσύνην του, ὁποῦ δὲν στέκουνται εἰς τὴν ἐξουσίαν τὴν ἐδικήν μας νὰ γενοῦσι. Μὰ ἐκεῖνα τὰ ἀγαθὰ, ὅπου στέκουνται εἰς τὴν ἐξουσίαν μας νὰ γενοῦσι, τὰ προγνωρίζει [1]), συντρέχων καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν εὐδοκίαν του μὲ τὴν θέλησίν μας· τὸ ὁποῖον δὲν ἀνελεῖ τὴν φύσιν τοῦ αὐτεξουσίου.

ra (Amos. III, 6.): Numquid ullum in civitate malum est, Dominus non fecit? tum justam Dei castigationem malum vocat. Porro illa duntaxat praedeterminat Deus, secundum sapientiam justitiamque suam, quae utrum fiant, nec ne, id in nostra potestate situm non est. Verum bona illa, quae ut fiant, in nostra manu est, praecognoscit; ita vero, ut simul et ipse, ex propensa voluntate sua, cum nostra voluntate concurrat. Quod naturae liberi Arbitrii nihil quidquam officit.

Ἐρώτησις κζ΄.

Τί εἶναι τὸ αὐτοξούσιον;

Ἀπ. Τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου εἶναι μία θέλησις ἐλευθέρα καὶ ἀπολελυμένη. Καὶ γεννᾶται ἀπὸ τὸν λογαριασμὸν, εἴτουν τὸ λογικὸν, εἰς τὸ νὰ ἐνεργᾷ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ κακόν· ἐπειδὴ τὰ λογικὰ κτίσματα πρέπει νὰ ἔχουσι φύσιν ἐξουσιαστικὴν, καὶ νὰ τὴν μεταχειρίζουνται ἐλευθέρως, ὁδηγοῦντος τοῦ λόγου. Καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὅταν ὁ ἄνθρωπος ἦτον εἰς τὴν κατάστασιν τῆς ἀθωότητος, ἤγουν πρὶν ἁμάρτῃ, ἦτον ἀδιάφθορος εἰς τὴν τελειότητά του, καὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐφθάρη. Μὰ ἡ θέλη-

Quaestio XXVII.

Quid est Arbitrium liberum?

Resp. Liberum hominis Arbitrium est libera et absoluta illius voluntas, orta a ratione sive rationali anima ad bonum, aut malum efficiendum. Quibus enim in rebus mens ratioque inest, eas naturam cum potestate sui arbitrii conjunctam habere, eamque duce ratione libere exercere oportet. Haec autem ratio quamdiu in statu innocentiae homo stetit, hoc est, antequam peccaret, incorrupta et perfecta erat; per lapsum corrupta fuit. At voluntas, etiamsi quod ad appetitum boni, aut mali, il-

1) Hoc verbum flagitat sententiae ratio et Damasceni expositio pro vulg.: προορίζει.

σις, καλᾷ καὶ νὰ ἔμεινεν ἀβλαβής, εἰς τὸ νὰ ἐπιθυμᾷ τὸ καλὸν ἢ τὸ κακόν· ἔγινεν μ' ὅλον τοῦτο εἰς κάποιους πλέον ἐπιῤῥεπὴς καὶ κλίνει πρὸς τὸ κακόν, καὶ εἰς ἄλλους πρὸς τὸ καλόν. Διὰ τὸ ὁ ὁποῖον μέγας Βασίλειος (Εἰς τὸν Ἡσ. ιδ'.) λέγει οὕτως· „ἀπὸ τὴν ἰδίαν του θέλησιν καὶ προαίρεσιν ὁ καθεὶς ἠμπορεῖ νὰ εἶναι ἢ σπέρμα ἅγιον, ἢ τὸ ἐναντίον. Ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· (α'. Κορ. δ'. ιε'.) ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα· καὶ ἐκεῖνα τὰ λόγια, ὅπου (Ἰωαν. α'. ιβ'.) λέγει· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν, τέκνα Θεοῦ γενέσθαι.“ Δείχνει ὁ ἅγιος τοῦτος διδάσκαλος, πῶς, καλᾷ καὶ ἡ ἀνθρωπίνη θέλησις ἐβλάβη μὲ τὸ προπατορικὸν ἁμάρτημα, μ' ὅλον τοῦτο καὶ τῶρα κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν εἰς τὴν προαίρεσιν τοῦ καθ' ἑνὸς στέκεται τὸ νὰ εἶναι καλὸς καὶ τέκνον Θεοῦ, ἢ κακὸς καὶ υἱὸς διαβόλου· ὅλον τοῦτο εἶναι εἰς τὸ χέρι καὶ ἐξουσίαν τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ εἰς μὲν τὸ καλὸν ἡ θεία χάρις συμβοηθᾷ· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τὸ κακὸν ἡ ἰδία γυρίζει τὸν ἄνθρωπον, χωρὶς νὰ ἀναγκάσῃ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου.

laesa maneret; nihilominus in nonnullis haud paullo propensior atque ad malum inclinatior evasit: in aliis rursus ad bonum. De quo ita loquitur magnus Basilius (in Iesai. XIV.): Per voluntatem quisque suam arbitriumque, aut semen sanctum, aut contrarium esse potest. Audi sodes Paulum dicentem (I Cor. IV, 15.): Ego vos in Christo Iesu per Evangelium genui. Audi et haec Scripturae verba (Ioh. I, 12.): Quotquot illum receperunt, iis potestatem dedit, ut filii Dei fierent. Quo sane sanctus doctor declarat, quamvis et ipsa hominis voluntas peccato originis misere labefactata fuerit; nihilominus etiam praesenti hoc tempore in cujusque arbitrio positum esse, ut bonus Deique filius sit, aut e contrario improbus filiusque Diaboli. Hoc omne, inquam, in manu atque potestate hominis situm est, ita tamen, ut in bonum divina gratia homini adjutrix sit, eumque item a malo retrahat; at non ut arbitrium hominis suis ingratiis compellat.

Ἐρώτησις κή.

Ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄνθρωποι γεννοῦνται εἰς τὴν κατάστα-

Quaestio XXVIII.

Siquidem vero in statu peccati nascuntur homines, an

σιν τῆς ἁμαρτίας, τάχα μόνον τὸ σῶμα εἶναι ἀπὸ σπέρμα τοῦ Ἀδὰμ, ἢ μαζὶ καὶ ἡ ψυχή;

Ἀπ. Τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον ἀπὸ τὸ σπέρμα τοῦ Ἀδὰμ καταβαίνει· μὰ ἡ ψυχὴ γίνεται ἀπὸ τὸν Θεὸν, καθὼς λέγει ἡ Γραφὴ (Ζαχ. ιβ'. α'.)· ὁ Κύριος ἐκτείνων οὐρανὸν, καὶ θεμελιῶν γῆν, καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. Καὶ ἀλλαχοῦ (Ἐκκλ. ιβ'. ζ'.)· καὶ ἐπιστρέψῃ ὁ χοῦς ἐπὶ τὴν γῆν, ὡς ἦν· καὶ τὸ πνεῦμα ἐπιστρέψῃ πρὸς τὸν Θεὸν, ὅς ἔδωκεν αὐτό. Πρὸς τούτοις ἂν ἡ ψυχὴ ἤθελεν εἶναι ἀπὸ τὸ σπέρμα τοῦ ἀνθρώπου, μαζὶ μὲ τὸ κορμὶ ἤθελεν συναποθνήσκειν, καὶ ἤθελε διαλυθῇ εἰς χοῦν. Τοῦ ὁποίου τὸ ἐναντίον βλέπομεν εἰς τὴν Γραφὴν, ἐκεῖ ὅπου ὁ Χριστὸς, (Λουκ. κγ'. μγ'.) ὁμιλῶντας τοῦ λῃστοῦ εἰς τὸν σταυρὸν, εἶπεν· ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Διατὶ τὸ κορμίν του ἔμεινεν εἰς τὸν σταυρὸν, ἡ δὲ ψυχή του ὡς πνεῦμα ἀθάνατον ἐπῆγε ματὶ μὲ τὸν Χριστὸν εἰς τὸν παράδεισον. Μὰ ἂν ἤθελεν εἶναι ἀπὸ τὸ σπέρμα τοῦ ἀνθρώπου, μαζὶ μὲ τὸ κορμὶ ἤθελεν ἀποθάνῃ εἰς τὸν σταυρόν. Ἔπειτα δὲ πῶς ἔθέλασιν ἠμπορέσει νὰ ἀληθεύσουσι τὰ λόγια τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὅπου εἶπεν· οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ (Ματθ. κβ'. λα'.)

igitur corpus solum de semine Adami est an vero etiam Anima?

Resp. Corpus humanum ex semine Adami descendit, anima vero a Deo oritur, teste Scriptura (Zach. XII, I.): Dominus, qui expandit coelum, et fundat terram, et format Spiritum hominis in eo. Et alibi (Eccles. XII. 7.): Et redeat pulvis in terram, quemadmodum fuerat, et Spiritus ad Deum revertatur, qui dedit illum. Super haec si semine humano procrearetur anima, haud dubie item cum corpore commoreretur solvereturque in pulverem. Atqui contrarium in sacris literis, quo loco cum latrone in cruce colloquitur Christus, adstrui videmus (Luc. XXIII, 43.): Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Quippe corpus latronis in cruce remanebat, at anima, ut Spiritus immortalis, cum Christo Paradisum ingressa est. Quae si humano satu genita fuisset, utique etiam suo cum corpore in cruce esset exstincta. Poro, quo alio pacto hisce Domini nostri verbis ratio constare possit, quum dixit (Matth. XXII, 31.): Annon legistis, quod vobis a Deo dictum fuit: ego sum Deus

λέγοντος· ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ· οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν ἀλλὰ ζώντων. Τὸ ὁποῖον πρέπει νὰ γροικᾶται ὄχι διὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ διὰ τὴν ψυχήν· διατὶ τὰ σώματα τῶν νεκρῶν εἰς χοῦν ἀνελύθησαν· μὰ ἀληθεύει ὁ λόγος διὰ τὴν ψυχὴν, ἡ ὁποία, ἔστωντας καὶ νὰ εἶναι ζῶσα εἰς κάθα καιρὸν, στέκεται ἔμπροσθεν εἰς τὸν Θεόν. Μὰ ἂν ἤθελεν εἶναι καὶ αὐτὴ ἀπὸ τὸ ἴδιον σπέρμα, ὅπου εἶναι καὶ τὸ κορμὶ, μαζὶ ἐθέλασι συναποθνήσκειν. Καὶ δίδοται ἀπὸ τὸν Θεὸν ἡ ψυχὴ, ἀφ' οὗ ὀργανισθῇ τὸ κορμὶ καὶ γένῃ [1]) ἐπιτήδειον εἰς τὴν ὑποδοχήν της· καὶ ὅταν δίδοται εἰς αὐτὸ, χύνεται εἰς ὅλον τὸ κορμὶ, ὡς ἂν τὸ πῦρ εἰς τὸ ἀναμμένον σίδερον. Μὰ μὲ πλέον ἐξαίρετον λόγον εὑρίσκεται εἰς τὴν κεφαλὴν καὶ εἰς τὴν καρδίαν.

Abraami, et Deus Isaaci, et Deus Iacobi; at Deus non mortuorum Deus est, verum viventium. Quae non de corpore verum de anima exaudienda sunt. Quippe dudum jam defunctorum patrum istorum in pulveres dissipata corpora erant; at de anima vera est oratio, quae ut omni tempore vivit, ita semper in conspectu Dei adstat. Sin autem eodem illo seminio, unde corporis constructa erat fabrica, conflata anima fuisset; eadem haud dubie involuta ruina cum corpore suo interierat. Inseritur autem a Deo anima corpori, membris suis organisque jam performato, animaeque recipiendae accommodato inserta, continuo per totam ejusdem compagem diffunditur, more ignis, qui se in omnes ferri candentis sinus insinuat. Praecipuum tamen domicilium in capite, atque corde habet.

Ἐρώτησις κθ'.

Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς εἶναι ποιητὴς πάντων, λοιπὸν πρέπει καὶ ὅλωνῶν νὰ προνοᾶται;

Ἀπ. Οὕτως εἶναι ἡ ἀλή-

Quaestio XXIX.

Quoniam vero rerum omnium creator Deus est, decetne igitur illum omnibus itidem providere?

Resp. Ita prorsus: quip-

1) Addidi vocabulo γένῃ jota subscr. ut esset verbi conj. neve quisquam de subst. cogitet, quale a vers. exprimi videatur. Ut expeditior esset locus comma post κορμὶ expunxi, quum idem maneat subj. Ex loco, qui paullo post ex Damasceno arcessebatur libr. I. 17., nihil potest ad loci explicationem et crisin conferri, quum in eo nec de ortu nec de sede animae agatur. Delevi igitur. Ille auctor II. 12. usq. ad fin. libr. suam de anima sententiam exponit, Aristotelem, Nemesium et Maximum secutus, et in pluribus locis aliis facultatibus alias sedes esse declarat, veluti c. 19. virtuti cogitandi τῷ διανοητικῷ medium cerebrum μέσην κοιλίαν του ἐγκεφάλου.

θεια· ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου ὅλα τὰ γνωρίζει μὲ ἀκρίβειαν καὶ ὁλωνῶν προνοᾶται, καθ' ἑνὸς ὅσα ἔκαμε· καθὼς ἠμποροῦμεν νὰ τὸ γνωρίσωμεν ἀπὸ τὰ λόγια τοῦ Χριστοῦ, ὅπου (Ματθ. ί. κθ'.) λέγει· οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἕν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν. Ὑμῶν δὲ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν. Ἡ πρόνοια τούτη φανερώνεται καὶ εἰς τὴν παλαιὰν Γραφὴν μὲ τὸ στόμα τὸ Δαβιδικὸν, ὅταν λέγει (Ψαλ. ρμέ. ιέ.)· οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι (Κύριε) καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ· ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου [1]), καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας.

pe a minimis ad usque maxima accuratissime omnia cognoscit, omniumque, quae fecit, curam separatim singulatimque habet, ut ex verbis Christi facile intelligi licet (Matth. X, 29.): Nonne duo passerculi asse uno veneunt? et unus tamen ex iis sine patre vestro in terram non decidet. At capitis vestri pili etiam omnes numerati sunt. Eadem haec Providentia in Veteri Testamento ore Davidis luculenter explicatur, quum ait (Psal. CXIV. 15.): Oculi omnium in te sperant Domine, et tu escam illorum tempore opportuno largiris. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal beneplacito.

Ἐρώτησις λ'.

Ταὐτὸ εἶναι τάχα εἰς τὰ Θεῖα, πρόγνωσις, προορισμὸς καὶ πρόνοια;

Ἀπ. Πρόγνωσις, προορισμὸς καὶ πρόνοια εἶναι διαφορετικαῖς ἐνεργείαις εἰς τὰ Θεῖα· διατὶ ἡ πρόνοια ἀναφέρεται εἰς τὰ κτιστὰ πράγματα· μὰ ἡ πρόγνωσις καὶ ὁ προορισμὸς εἶναι εἰς τὸν Θεὸν, πρὶν παρὰ νὰ γενοῦσιν ὅλα τὰ κτίσματα, καλᾷ καὶ μὲ διαφορετικὸν τρόπον. Ἡ πρόγνωσις εἶναι μία γνῶ-

Quaestio XXX.

Idemne in divinis valent vocabula Praescientiae, Praedestinationis atque Providentiae?

Resp. Praescientia, Praedestinatio et Providentia diversas in divinis habent potestates. Nam Providentia res jam creatas respicit; at Praescientia Praedestinatioque in Deo sunt, priusquam ullae res creatae exsistant, quanquam modo quodam distincto. Praescientia enim nuda rerum

1) Editt. LXX. τὰς χεῖράς σου. Verb. ἐμπιπλᾷς insignivi jota subscr.

σις τῶν μελλόντων, χωρὶς περιορισμὸν τῶν εἰδῶν, ἤγουν χωρὶς νὰ διορίζῃ τὶ καὶ τὶ νὰ γένῃ. Ὁ δὲ κατὰ πρόγνωσιν προορισμὸς εἶναι διορισμὸς τῶν εἰδῶν· ἤγουν διορίζει καὶ τί μέλλει νὰ γένῃ, μὰ μόνον τὸ καλὸν, καὶ ὄχι τὸ κακόν. Διατὶ ἂν ἐδιώριζε καὶ τὸ κακὸν, ἤθελεν εἶναι ἐναντίος εἰς τὴν φυσικὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο εὐλόγως ἠμποροῦμεν νὰ εἰποῦμεν ἀπὸ τὰ καθ' ἡμᾶς, πῶς εἰς τὸν Θεὸν πρῶτον εἶναι εἰς τὴν τάξιν ἡ πρόγνωσις, δεύτερον ὁ προορισμός, ἔπειτα μετὰ τὴν κτίσιν ἀκολουθεῖ ἡ πρόνοια τῶν κτισμάτων. Τὸ ὁποῖον ὁ Ἀπόστολος (Ῥωμ. η. κθ'.) φανερᾷ μᾶς τὸ ἐδίδαξε λέγοντας· ὅτι οὓς προέγνω, τούτους καὶ προώρισεν, οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Καὶ ὁ τοιοῦτος λογισμὸς πρέπει νὰ εἶναι διὰ μόνον τὸν ἄνθρωπον, διατὶ τὰ ἄλλα κτίσματα (ἔξω ἀπὸ τοὺς ἀγγέλους, ὅπου εἶναι εἰς βεβαίαν καὶ ἀκίνδυνον κατάστασιν) δὲν περικρατοῦνται εἰς τὸν προορισμόν· ἐπειδὴ δὲν ἔχουσιν αὐτεξούσιον, καὶ διὰ τοῦτο δὲν εἶναι εἰς αὐτὰ κἂν ἕνα ἁμάρτημα, καὶ ὅ, τι κάμνουσιν, ὅλον ἐκεῖνο τὸ κάμνουσιν ἀπὸ τὴν φύσιν. Καὶ διὰ τοῦτο μήτε τιμωροῦνται μήτε δοξάζονται.

futurarum cognitio est, sine determinata earundem specificatione, sic nimirum, ut non necessario definiat, hoccine an illud plane futurum sit. Atqui Praedestinatio Praescientiae juncta specierum ipsarum determinatio est, quid omnino fieri debeat definiens. Definit autem bonum duntaxat non malum. Nam si malum quoque definiret Praedestinatio, jam essentiali Dei bonitati contraria esset. Itaque secundum nostrum concipiendi statuendique modum recte atque probabiliter etiam de Deo dici potest: ordine primam Praescientiam esse, secundam Praedestinationem, denique creatis jam rebus earum sequi Providentiam. Quod perspicue nos docet Apostolus (Rom. VIII,29.): Quoniam quos praescivit, eos et praedestinavit: quos autem praedestinavit, eosdem etiam vocavit: quos autem praedestinavit, eosdem etiam vocavit, eos item justificavit: quos vero justificavit: eosdem et glorificavit. Sed hoc de solo homine cogitandum est. Nam reliquas res creatas, (praeter Angelos, qui jam in vado salutis extra omnem aleam positi sunt,) divina Praedestinatio non complectitur, quippe libertate Arbitrii destitutas, ideoque nec ullis vitiorum maculis adspersas. Quidquid enim faciunt, naturali instinctu faciunt, unde neque supplicio aliquo plectuntur, neque laudis gloriaeque praemiis ornantur.

Ἐρώτησις λα΄.

Ἀπὸ τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως τί ἄλλο μανθάνομεν περὶ Θεοῦ καὶ τῶν κτισμάτων;

Ἀπ. Ὅ, τι ἀγαθὸν ἠμπορεῖς νὰ λογιάσῃς, ὅλον τοῦτο ἀπόδος εἰς τὸν Θεὸν, τὸν ἄκρως ἀγαθὸν, ὡς ἂν εἰς αἰτίαν καὶ ἀρχήν. Καὶ ὅ, τι κακὸν εἶναι, τοῦτο ἤξευρε πῶς εἶναι ξένον καὶ μακρὰν ἀπ᾽ ἐκεῖνον, ὄχι κατὰ τὸν τόπον, μὰ κατὰ τὴν φύσιν· περὶ δὲ κτίσεως, καθ᾽ ὅσον ἀπ᾽ ἐκεῖνον ἐπλάσθη τὸν ἀγαθὸν, εἶναι καὶ αὐτὴ ἀγαθή· μὰ μὲ τούτην τὴν διαίρεσιν ὅταν ἡ λογικὴ καὶ αὐτεξούσιος κτίσις[1]) ἀποστατήσῃ ἀπὸ τὸν Θεὸν, εἶναι κακή· ὄχι διατὶ τέτοιας λογῆς ἐκτίσθηκε· μὰ διὰ τὰ παράλογά της ἔργα. Μὰ ἡ ἄλογος κτίσις, ὅπου δὲν ἔχει αὐτεξούσιον, εἶναι καλὴ μὲ κάθε τρόπον εἰς τὴν φύσιν της.

Quaestio XXXI.

Numquid aliud est, quod de Deo rebusque ab eo creatis ex hoc Articulo disci possit?

Resp. Quidquid boni animo atque cogitatione complecti potes, id omne Deo summe bono, ut caussae ac principio, adscribe. Contra quidquid malum est, id peregrinum longeque a Deo remotum esse non tam locali quam essentiali distantia, scito. De re creata vero sic habe: Bonam esse, quatenus ab optimo illo creatore producta est; sed cum hoc discrimine, ut mala fiat intellectu et libertate arbitrii praedita res creata, quando a Deo desciscit. Non quod ejusmodi condita fuerit; sed quod per opera rationi dissentanea talis evadat. At irrationabilis, quoniam arbitrii libertate caret, modis omnibus naturae suae bona est.

Ἐρώτησις λβ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰω-

Quaestio XXXII.

Quinam secundus fidei Articulus est?

Resp. Et in unum Dominum, Iesum Christum, filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia secula, lu-

1) Comma quod fuit post vocabulum κτίσις, delevi, quum totum locum misere contrectaret, posuique post Θεόν. Ne quis constructione haud Graeca offendatur: εἶναι κακή, quae est pro accus. c. infinit. caretque subjecto.

νων, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο.

cem de luce, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Ἐρώτησις λγ'.

Τί[1]) διδάσκει τοὺς ὀρθοδόξους τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Δύο πράγματα ἑρμηνεύει· πρῶτον, πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς εἶναι Θεὸς ἀΐδιος, γεννημένος ἀπὸ τὴν ἰδίαν φύσιν τοῦ Πατρὸς, ὁμότιμος καὶ ὁμόδοξος τῷ Πατρί· ὡς αὐτὸς (Ἰωαν. ιζ'. ε.) περὶ ἑαυτοῦ εἶπε· καὶ νῦν δόξασόν με σύ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ᾗ[2]) εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. Δεύτερον εἰς τὸ ἄρθρον τοῦτο ἡ διδασκαλία αὕτη εὑρίσκεται, ἤγουν πῶς ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς εἶναι ποιητὴς, ὄχι μόνον τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ αἰῶνος, εἰς τὸν ὁποῖον τὰ ὄντα ἐγενήκασι· καθὼς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος (Ἑβρ. ά. β'.)· δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. Περὶ δὲ τῶν ὄντων λέγει ὁ Ἰωάννης (κεφ. ά. ι.) ὁ εὐαγγελιστής· ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.

Quaestio XXXIII.

Quid hic fidei Articulus fideles docet?

Resp. Duo potissimum exponit. Prius, Filium Dei, Iesum Christum, esse Deum sempiternum, de propria Patris natura natum, honore ac gloria Patri aequalem, quemadmodum de se ipse dicit (Ioh. XVII, 5.): Glorifica nunc me apud te ipsum Pater illa gloria, quam apud te habui, priusquam mundus exsisteret. Alterum, quod hoc Articulo docetur, hoc est: Iesum Christum esse Creatorem non modo rerum ipsarum sed et temporis et aevi, in quo res ipsae factae sunt, dicente Apostolo (Hebr. I, 2.): Per quem et secula fecit. Sed de rebus (permanentibus) ita loquitur Ioannes Evangelista (I, 10.): Mundus per ipsum factus est, sed mundus illum non cognovit.

---

1) Mutavi accentum, quum hic et qu. 34. scriptum invenerim τἰ. At infra quaest. 35. recte scriptum fuit τίνα. Idem feci qu. 36. 2) Insignivi jot. subscr., ut ex dativo attractionis genus eluceret. Post vocab. σεαυτῷ sustuli comma. Verba enim παρὰ — δόξῃ in unam notionem coaluerunt.

Ἐρώτησις λδ΄.

Τὰ δύο λόγια τοῦτα ὅπου εἶναι βαλλομένα εἰς τὸ ἄρθρον τοῦτο, Ἰησοῦν, Χριστὸν, τί σημαίνουσιν;

Ἀπ. Τὸ Ἰησοῦς σημαίνει Σωτὴρ, καθὼς ὁ ἀρχάγγελος ἡρμήνευσε, λέγων (Ματθ. ά. κά.) πρὸς τὸν Ἰωσήφ· τέξεται δὲ Υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Καὶ διὰ τοῦτο μὲ εὔλογον λογαριασμὸν τὸ ὄνομα τοῦτο δὲν ἠμπορεῖ ποτὲ νὰ ἀποδοθῇ κυρίως εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἄλλου τινὸς, παρὰ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα, ὅπου ἐλευθέρωσεν ὅλον τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τὴν αἰώνιον σκλαβίαν τῶν δαιμόνων. Ὁ δὲ Χριστὸς σημαίνει ἀλειμμένος· διατὶ εἰς τὸν παλαιὸν νόμον οἱ ἀλειμμένοι ὠνομάζουνται Χριστοὶ, ἤγουν οἱ ἱερεῖς, οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ προφῆται· εἰς τὰ ὁποῖα τοῦτα τρία ὁ Χριστὸς ἐχρίσθη, ὄχι κατὰ τρόπον κοινὸν, ὡς ἂν τοὺς ἄλλους, μὰ ἐξαιρέτως ἀπὸ ὅλους τοὺς ἄλλους χριστοὺς, ὡς ἀναφέρει περὶ αὐτοῦ ὁ Ψαλμῳδός (Ψαλ. μέ. ή.) [1]· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιά-

Quaestio XXXIV.

Ecquid sibi volunt duo haecce nomina, *Iesus*, *Christus*, quae in hoc Articulo reperiuntur?

Resp. Iesus Salvatorem significat, interprete Archangelo, qui Iosepho dixit (Matth. I, 21.): Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Iesum, quoniam salvum ille populum suum faciet a peccatis suis. Ideoque vere recteque alii in hoc mundo nemini tribui id nominis potest, quam Salvatori et Domino nostro, qui universum genus humanum de aeterna Daemonum servitute liberali caussa manu adseruit. Christus Unctum significat, quoniam in Antiqua lege uncti appellantur Christi, Sacerdotes scilicet, Reges et Prophetae. In quae tria officia inunctus Christus est: non more rituque communi, ut ceteri, sed prae unctis reliquis omnibus, prorsus singulari, ut de eo narrat Psalmorum auctor (Ps. XLV, 8.): Amavisti justitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae con-

1) In nostris LXX., cujus textum auctor secutus est, editt. v. 7. est; sed in hebr. libris v. 8.

σεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Καὶ τούτη ἡ χρίσις πρέπει νὰ γροικᾶται περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι ἐχρίσθη μὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου (κεφ. ξά. ά.)· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. Τὰ ὁποῖα λόγια ὁ Χριστὸς τὰ ἀνεφέρει εἰς τὸν ἑαυτόν του, (Λουκ. δ'. κα'.) λέγων· ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ Γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Κατὰ τρεῖς δὲ ὑπεροχὰς καὶ ἐξαίρετα μεγαλεῖα ὑπερέχει ὁ Χριστὸς τοὺς μετόχους του. Καὶ ἡ μὲν πρώτη εἶναι ἡ ἱερωσύνη κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Περὶ ἧς φησὶν οὕτως (Ἑβρ. έ. ί.) ὁ Ἀπόστολος· προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· ὁ αὐτὸς ἀλλαχοῦ (Ἑβρ. θ'. ιδ'.) καλεῖ τὸν Χριστὸν ἱερέα, διότι προσέφερεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ λέγει· ὃς διὰ Πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ· καὶ κατωτέρω· ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσηνέχθη εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας. Ἡ δευτέρα ἐξαίρετος μεγαλειότης καὶ ὑπεροχὴ εἶναι ἡ βασιλεία του· τὴν ὁποῖαν ἐφανέρωσεν ὁ Ἀρχάγγελος Γαβριὴλ, ὅταν ἔδωκε τὰ σωτηριώδη μηνύματα πρὸς τὴν καθαρωτάτην Παρθένον, λέγων (Λουκ. ά. λβ'.)· καὶ δώσει αὐτῷ Κύ-

sortibus tuis. Quae unctio de Spiritu Sancto intelligenda est. Eo enim secundum hoc Prophetae Iesaiae dictum inunctus fuit (LXI, I.): Spiritus Domini super me est, ideo unxit me, misitque me ad annunciandum pauperibus Evangelium. Quae verba Christus ipse sibi vindicat (Luc. IV, 21.): Hodie, inquit, impleta est haec scriptura audientibus vobis. Triplici vero excellentia eximiaque majestate consortibus suis singulariter antecellit Christus. Prima est Pontificatus secundum ordinem Melchizedeki, de quo ita Apostolus (Hebr. V, 10.): Appellatus a Deo Pontifex maximus secundum ordinem Melchizedeki. Idem alibi (Hebr. IX, 14.) Christum sacerdotem vocat, quod semet ipsum Deo et Patri obtulit, dicens: Qui per Spiritum aeternum obtulit semet ipsum immaculatum Deo. Et inferius (v. 28.): Christus semel oblatus est, ut multorum peccata tolleret. Secunda singularis majestas et excellentia officium Regium illius est, quod indicavit Gabriel Archangelus, quum salutarem conceptionis nuncium pudicissimae virgini attulit (Luc. I, 32.): Dabit illi Dominus Deus

ριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ἀκόμι καὶ οἱ μάγοι εἰς τὸν καιρὸν τῆς γεννήσεώς του φέρνοντες τὰ δῶρα ἔδωκαν μαρτυρίαν τῆς βασιλείας του, λέγοντες· (Ματθ. β΄. β΄.) ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Τὸ αὐτὸ βεβαιώνει καὶ ὁ τίτλος (Ἰωαν. ιθ΄. θ΄.) τῆς τιμωρίας του, εἰς τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου του· Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Καὶ διὰ τὴν τρίτην του ὑπεροχὴν ὁ Μωϋσῆς (Δευτ. ιή. ιή.) ἐπροφήτευσεν ἐκ Θεοῦ, εἰπών· προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ὡς ἐμὲ ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός σου [1]). Ἡ ὁποία τούτη μεγαλειότης του ἐγνωρίσθηκε μὲ τὴν ἁγίαν του [2]) διδασκαλίαν, μὲ τὴν ὁποῖαν ἡρμήνευσε καὶ τὴν Θεότητά του, καὶ ὅσα ἄλλα ἦσαν ἀρκετὰ πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην σωτηρίαν· καθὼς ὁ ἴδιος εἶπεν (Ἰωαν. ιζ΄. κς΄.)· ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου· καὶ ἀνωτέρω, (στιχ. ή.) [3])· τὰ ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς, καὶ

thronum Davidis, patris sui, et regnabit super domum Iacobi in aeternum, et regni illius nullus erit finis. Huc accedit, quod et Magi mox a nativitate dona illi afferentes regii ejus imperii testificationem dederint (Matth. II, 2): Ubi est, inquiunt, recens natus Rex Iudaeorum? Idem affirmat et supplicii titulus, mortis illius tempore propositus (Ioh. XIX, 9.): I e s u s Nazarenus Rex Iudaeorum. De tertia ipsius praecellentia jam olim instinctus a Deo Moses vaticinatus est (Deut. XVIII, 18.): Dominus Deus tuus ex fratribus tuis Prophetam, qualis ego sum, suscitabit. Quae illius majestas satis perspecta atque comprobata fuit ex sanctissima illius doctrina, qua et divinitatem suam luculenter enarravit, et quae praeterea ad salutem humanam sufficere poterant. Sicut ipse ait (Ioh. XVII, 26.): Notum illis feci nomen tuum. Et superius (v. 8.): Verba, quae dederas mihi, dedi il-

---

1) Moses Dei personam gerens ita apud LXX. loquitur: Πρ. ἀναστήσω αὐτοῖς ἐκ τῶν ἀδ. αὐτῶν, ὥσπερ σε. Hic vero aliter ipse Moses vaticinatur, a Deo ipsi vaticinandi dono concesso. 2) Delevi circumflexum, pro pron. poss. quum sit vocula, caret accentu, ut paullo ante. 3) Deest haec vers. significatio apud Norm., qui ceteros vers. certe in marg. notavit, receptos in textum ab Hofmanno.

αὐτοὶ ἔλαβον καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς, ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Τὸ δὲ προφητικὸν ἀξίωμα (ὅπου ἦτον ἡ τρίτη ὑπεροχὴ) τότε ὁ Χριστὸς τὸ ἔδειξεν, ὅταν ἐπρόλεγε τὰ μέλλοντα, ὄχι διά τινος ἀποκαλύψεως, μὰ ἀπὸ τὴν ἰδίαν του γνῶσιν, ὡς Θεὸς ἀληθινὸς καὶ ἄνθρωπος.

lis, et ipsi receperunt et revera cognoverunt, quod a te exivi, et crediderunt, quod tu me misisti. Ceterum Prophetico hocce munere (quae tertia praestantia erat) egregie tum Christus functus est, quum futura praedixit, non patefactione aliqua sibi cognita, sed ex propria suaque cognitione, ut qui verus idem Deus ac homo esset.

Ἐρώτησις λέ.

Διὰ τίνα αἰτίαν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὀνομάζεται μονογενής;

Ἀπ. Ἡ ἁγία Γραφὴ φανερῶς διδάσκει, πῶς εἶναι μονογενὴς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, (Ἰωαν. ά. ιδ'.) λέγουσα· ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρός· καὶ κατωτέρω (στιχ. ιή.)· Υἱὸς, ὁ ὢν ὁ μονογενὴς, εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός. Καὶ λέγεται μονογενὴς, διατὶ ἕνας μόνος εἶναι ὁ κατ' οὐσίαν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· οἱ δὲ λοιποὶ, ὅσοι ὀνομάζουνται Υἱοὶ Θεοῦ, ἔχουσιν τὸ ὄνομα τοῦτο κατὰ χάριν καὶ θετικῶς, μὰ ὄχι φυσικῶς, ὡς πάντες οἱ πιστοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἡ χάρις τούτη τῆς υἱοθεσίας διὰ μέσου τοῦ Χριστοῦ χαρίζεται, ὡς λέγει (Ἰωαν. ά. ιβ'.) ἡ Γραφή· ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι.

Quaestio XXXV.

Quamobrem filius Dei vocatur *Unigenitus*?

Resp. Filium Dei unigenam esse, id manifesto comprobat Scriptura (Ioh. I, 14.): Vidimus gloriam ipsius, ut gloriam unigeniti a Patre. Et paulo post (v. 18.): Filius unigenitus, qui est in sinu Patris. Unigena autem ea re dicitur, quod unus duntaxat natura Dei filius est; reliqui vero, quotquot Dei filii nuncupantur, per gratiam atque adoptionem, non per naturam id nominis habent; uti fideles omnes et electi Dei. Quae filialis adoptionis gratia per Christum conceditur, teste Scriptura (Ioh. I, 12.): Quotquot receperunt illum, illis potestatem fecit, ut filii Dei fierent.

Ἐρώτησις λς'.

Τί σημαίνουσι τὰ δύο ταῦτα λόγια, φῶς ἐκ φωτός.

Ἀπ. Πρὸς τὴν τούτου κατάληψιν πρέπει νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς τὸ φῶς εἶναι διττὸν, ἄλλο κτιστὸν καὶ ἄλλο ἄκτιστον. Καὶ διὰ τὸ κτιστὸν φῶς ἡ Γραφὴ (Γεν. ά. γ'.) λέγει· καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλὸν, καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνάμεσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνάμεσον τοῦ σκότους. Περὶ δὲ τοῦ ἀκτίστου φωτός λέγει ὁ Προφήτης (Ἡσ. ξ'. ιθ'.)· καὶ οὐκ ἔσται σοι ἔτι ὁ ἥλιος εἰς φῶς ἡμέρας· οὐδὲ ἀνατολὴ σελήνης φωτιεῖ [1]) σου τὴν νύκτα· ἀλλ' ἔσται σοι Κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς δόξα σου. Οὐ γὰρ δύσεται ὁ ἥλιός σοι, καὶ ἡ σελήνη σοι οὐκ ἐκλείψει· ἔσται γάρ σοι Κύριος φῶς αἰώνιον. Καὶ τοῦτο τὸ φῶς εἰς τὸν τόπον τοῦτον γροικᾶται διὰ τὸ ἄκτιστον, καθὼς εἶναι φανερὸν ἀπὸ τὰ λόγια τοῦ παρόντος ἄρθρου, ὅπου λέγει· Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα. Ἀλλὰ τὸ κτιστὸν ἐκ τοῦ μηδαμὴ μηδαμῶς ἐκτίσθη, μὰ τὸ

Quaestio XXXVI.

Quid autem duo haec verba, *Lucem de luce*, significant?

Resp. Ad hujus rei planiorem intellectum sciendum, geminam esse lucem; alteram creatam, alteram increatam. De creata ita loquitur Scriptura (Gen. I, 3.): Dixit Deus: fiat lux, et facta est lux. Et vidit Deus, lucem esse bonam, et distinxit inter lucem et tenebras. At de luce illa increata ita Propheta (Ies. LX, 19.): Nec amplius sol tibi in lucem diurnam erit, neque exortus lunae noctem tuam illuminabit; sed Dominus ipse erit tibi lux aeterna, et Deus gloria tua. Non enim occidet sol tuus, nec deficiet luna tua: nam Dominus tibi lux aeterna erit. Atque haec ipsa lux utpote increata hoc loco intelligitur, ut ex verbis in hoc Articulo mox sequentibus dilucide patet: Deum verum de Deo vero; genitum, non factum. Etenim lux creata, de puro puto

---

1) Sic scripsi ex LXX. cujus textus accurate redditur. Libri editi habent φωτεῖ, quod absurdum est. Post δόξα σου plene intercisi, ut versus initium indicarem. Scripsi denique σελήνη σοι ex LXX. pro σου, quod orationis aequabilitatem turbat.

γεννητὸν φῶς, εἴτουν ὁ Υἱὸς, εἶναι ἀπὸ τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρός· διὰ τὸ ὁποῖον λέγει ὁ Ἀπόστολος (Ἑβρ. ά. γ'.) οὕτως· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς. Ὁμοίως καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ (Ἰωαν. ή ιβ'.) λέγει· ἐγώ εἰμὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. Λέγεται δὲ φῶς ἐκ φωτὸς, ὅτι πᾶσαν τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς ἔχει εἰς ἑαυτὸν, καθὼς ὅταν ἕνα φῶς ἀπὸ ἄλλο ἀνάπτεται, ὅλην τὴν ἐκείνου φύσιν ἔχει. Ἀκόμι τὰ λόγια τοῦτα, ὁποῦ εὑρίσκουνται εἰς τὸ παρὸν ἄρθρον, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, πρέπει νὰ γροικοῦνται, πῶς καθὼς ὁμοίως εἶναι ὁμοούσιος μὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, οὕτως ὁμοίως εἶναι καὶ ποιητής· καὶ ὄχι, δι' αὐτοῦ, ὡς διά τινος ὑπηρέτου, ἢ ὀργάνου· ὡς φησὶν (Ἰωαν. ά. ί.) ἡ Γραφή· ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, τοῦτ' ἔστιν,[1]) ἐξ αὐτοῦ.

nihilo producta fuit: at genita lux sive filius de essentia Patris emersit. Unde dicit Apostolus (Hebr. I, 3.): Qui quum sit splendor gloriae, et expressa imago substantiae illius, et ferat omnia verbo potentiae suae, per semet ipsum purgatione peccatorum nostrorum facta, consedit in dextra majestatis in excelsis. Eodem modo ipse de se ipso loquitur (Ioh. VIII, 12.): Ego lux mundi sum, qui me sequitur, in tenebris non ambulabit, sed habebit lumen vitae. Dicitur vero lux de luce, quod totam Patris essentiam in se ipso habet. Quemadmodum quum lux una de alia accenditur, totam illius naturam accipit. Iam verba, quae in hoc eodem Articulo adduntur: per quem omnia facta sunt, hoc sensu sunt accipienda, quod, quemadmodum ejusdem naturae aequaliter Deo Patri consors est, item ex aequo creator sit; non vero sic per ipsum, quasi per famulum aut instrumentum, docente Scriptura (Ioh. I, 10.): In mundo fuit, et per ipsum mundus factus est, hoc est, ab ipso.

---

1) Male in libris editt. haec formula τουτέστιν scripta reperitur. Disjunxi, ut ex nostra scribendi ratione par fuit, vocabula.

'Ερώτησις λζ'.

Πῶς εἶναι τὸ τρίτον ἄρθρον τῆς Πίστεως;

'Απ. Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα.

'Ερώτησις λή.

Τί διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο τῆς Πίστεως;

'Απ. Τέσσερα πράγματα διδάσκει. Πρῶτον πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν σωτηρίαν μας ἐκατέβηκεν ἀπὸ τοὺς οὐρανοὺς κατὰ τὴν ὑπόσχεσίν του εἰς τὴν γαστέρα τῆς καθαρωτάτης Παρθένου Μαρίας, καθὼς ὁ αὐτὸς λέγει (Ἰωαν. γ'. ιγ'.) περὶ ἑαυτοῦ· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ κατέβη ἀπὸ τὸν οὐρανὸν, ὄχι διὰ νὰ ἀλλάξῃ τόπον· διατὶ ἔστωντας καὶ νὰ εἶναι Θεὸς πανταχοῦ εὑρίσκεται, καὶ ὅλα τὰ πράγματα πληροῖ· μὰ διατὶ οὕτως ἤρεσσεν εἰς τὴν μεγαλειότητά του, νὰ ταπεινώσῃ τὸν ἑαυτόν του, πέρνωντας τὴν ἀνθρωπότητα. Δεύτερον διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο, πῶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπῆρεν ἀληθινὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ὄχι φαινομένην ἢ φαν-

Quaestio. XXXVII.

Tertius fidei Articulus quomodo se habet?

Resp. Qui propter nos homines et propter salutem nostram descendit de coelo, et incarnatus est ex Spiritu Sancto et Maria Virgine, et homo factus est.

Quaestio XXXVIII.

Quidnam hic Articulus docet?

Resp. Res quatuor. Primo, filium Dei nostrae salutis caussa de coelo, ut olim pollicitus fuerat, in uterum purissimae virginis Mariae descendisse; quemadmodum de semet ipso loquitur (Ioh. III, 13.): Nemo adscendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, filius hominis. De coelo autem descendit, non ut locum mutaret, quippe qui ut verus Deus ubique locorum adest, resque omnes implet, sed quoniam sic majestati illius placuit, humiliare semet ipsum, adsumta humanitate. Secundo docet hic Articulus, dominum nostrum Iesum Christum induisse veram non apparentem quampiam aut imaginariam hu-

τασιώδη. Καὶ τότε τὸ σῶμά του ἐπλάσθηκεν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μακαριωτάτης παρθένου, ὅταν ἐκείνη πρὸς τὸν Ἄγγελον ἀπεκρίθη καὶ (Λουκ. ά. λή.) εἶπεν· ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· τότε παρευθὺς ἄνθρωπος τέλειος ἐγίνηκε μὲ ὅλα του τὰ μέρη καὶ μὲ ψυχὴν λογικήν· ἑσμιμένα μὲ τὴν θεότητα. (Δαμ. γ΄. ά.) [1]) Καὶ κατὰ τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἦτον Θεὸς ἀληθινὸς καὶ ἄνθρωπος ἀληθινός· καὶ ἡ ἀμόλυντος Παρθένος θεοτόκος ἐγνωρίζετο· καθὼς ἡ Ἐλισάβετ εἶπε (Λουκ. ά. μγ΄.) πρὸς αὐτήν· καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθη ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με; Ἀκόμι εἶναι ἀναγκαῖον καὶ τοῦτο νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς οὔτε ἡ θεότης ἄλλαξεν εἰς τὴν ἀνθρωπότητα, μήτε ἡ ἀνθρωπότης εἰς τὴν θεότητα· μὰ κάθα μία φύσις ἔμεινε τελεία, εἰς μίαν ὑπόστασιν, μὲ ὅλα τὰ ἰδιώματα της· ἔξω ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν, ὅσον πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα.

manitatem. Nempe illo temporis articulo in utero beatissimae virginis corpus illius formabatur, quo ipsa Angelo respondens (Luc. I, 38.): Ecce me, inquit, ancillam Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Tum illico perfectus homo membris omnibus animaque rationali, junctim cum divinitate, exstitit (Damascen. III, 1.). Et in una eademque persona verus Deus verusque homo erat. Sed et illibata virgo mox Deipara agnita ac comperta fuit, quemadmodum ipsi Elisabeta dixit (Luc. I, 43.): Unde vero istuc mihi, quod mater Domini mei ad me venit? Ad haec illud etiam scitu nobis necessarium est, quod neque divinitas in humanitatem conversa sit, neque humanitas in divinitatem; sed manserit natura utraque absoluta, cum proprietatibus suis omnibus, in persona una; peccato tamen, quod ad humanitatem attinet, excepto.

Ἐρώτησις λθ΄.

Τί διδάσκει τρίτον τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς Πίστεως;

Ἀπ. Πῶς τοῦ Χριστοῦ ἡ

Quaestio XXXIX.

Quodnam tertium est eorum, quae hoc Articulo docentur?

Resp. Incarnationem

1) adde cap. 2. Differt vero Damasc. a Conf. certe ab interprete in tempore conceptionis definiendo. Non enim illo temporis momento, quo verbis angeli annuit Maria, dicit factam illam esse, sed c. 2. *μετὰ τὴν συγκατάθεσιν τῆς ἁγίας παρθένου, ἐπῆλθεν ἐπ᾽ αὐτὴν — δύναμιν δεικτικὴν τῆς τοῦ λόγου θεότητος παρέχον, ἅμα δὲ καὶ γεννητικήν.* Aut igitur in hac minutissima re Conf. auctor paullulum a summo Graecae ecclesiae doctore declinavit, aut aorist. *ἀπεκρίθη* pro plusquamp. habendus est: postquam *responderat* et *dixerat*. Xen. An. I. 4.18.

ἐνανθρώπησις ἐγίνηκε μὲ τὴν συνεργίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὥστε καθὼς ἡ Παρθένος πρὶν τῆς συλλήψεως (Ἡσ. ζ΄. ιδ΄.) ἦτον Παρθένος, οὕτω καὶ εἰς τὴν σύλληψιν καὶ ὕστερα ἀπὸ τὴν σύλληψιν ἔμεινε παρθένος, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τόκον· διατὶ ἀπ' αὐτὴν ἐγεννήθηκε, φυλάξας ἀλώβητον τῆς παρθενίας της τὴν σφραγίδα· ὥστε καὶ ὕστερα ἀπὸ τὴν γέννησιν εἰς αἰῶνας ἀτελευτήτους εἶναι παρθένος.

Christi opera Spiritus sancti factam fuisse, adeo ut, quemadmodum beata virgo ante conceptionem virgo erat (Ies. VII, 14.); ita etiam in conceptu, post conceptum, itemque in partu ipso virgo permanserit. Sic enim de Genetricis alvo editus est Christus, ut intactum penitus inviolatumque virginitatis illius signaculum conservarit, ipsaque post partum in secula interminata virgo maneret. [1])

Ἐρώτησις μ΄.

Quaestio XL.

Τί ἄλλο περιέχεται εἰς τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Quid praeterea in hoc Articulo continetur?

Ἀπ. Διὰ τὴν πάναγνον παρθένον τὴν θεοτόκον Μαρίαν, τὴν ὁποῖαν ἔστωντας καὶ νὰ ἀξιωθῇ νὰ πληρώσῃ τόσον μυστήριον, ἔχουσι χρέος ὅλοι οἱ ὀρθόδοξοι, νὰ τὴν δοξάζουσι πρεπούμενα, καὶ νὰ τὴν εὐλαβοῦνται, ὡς μητέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ὡς θεοτόκον. Διὰ τοῦτο ἡ ἐκκλησία χαιρετισμόν της[2]) ἔκαμε, συνθεμένον ἀπὸ τὰ λόγια τοῦ Ἀρχαγγέλου καὶ τῆς ἁγίας Ἐλισάβετ, βάνωντας [3]) καὶ αὐτὴ ἀνάμεσα κάποια ὀλίγα εἰς τὸν τρόπον τοῦτον· Θεοτόκε[4]) παρ-

Resp. De castissima virgine atque deipara Maria, quam, quoniam digna habita fuit, quae tantum impleret mysterium, Orthodoxi omnes, ut fas piumque est, jure ac merito collaudare venerarique debent; velut matrem Domini nostri **Iesu Christi**, vel potius, ut Dei genetricem. Quam etiam ob caussam Ecclesia salutationem illius ex verbis Archangeli et S. Elisabetae, quibus et paucula quaedam sua adjecit, hunc in modum concinnavit: O Deipara Virgo,

---

1) Norm. *maneat*. 2) Expunxi, qui in editt. inveniebatur, circumflexus, in voce possessiva eoque enclitica, ut paullo ante qu. XXXIX. recte scriptum fuit: *τῆς παρθενίας της* ipsius virginitatis. 3) Restitui antiquiorem lectionem, quam Hofmannus tacite in *βάλωντας* correxit. Graeci illius tempestatis *βάνειν* pro *βάλλειν* dicere consueverunt. 4) Horol. 236.

θέντε, χαῖρε κεχαριτωμένη Μαρία, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ὅτι Σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, quoniam Salvatorem animarum nostrarum peperisti.

Ἐρώτησις μά.

Πῶς πρέπει νὰ γροικοῦμεν διὰ τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον;

Ἀπ. Πρῶτον πρέπει τοῦτο νὰ πιστεύῃς, πῶς ὁ χαιρετισμὸς οὗτος ἔχει τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ῥίζαν του ἀπ' αὐτὸν τὸν Θεόν· καὶ ἐφέλθηκεν εἰς τὴν γῆν, ἐπὶ[1]) τοὺς ἀνθρώπους διὰ τοῦ Ἀρχαγγέλου, διατὶ ὁ Ἀρχάγγελος δὲν ἤθελεν ἀποκοτήσειν, νὰ τὸν εἰπῇ, ἂν ὁ Θεὸς δὲν τὸν ἤθελε προστάξειν. Τὰ δὲ λόγια ὁποῦ εἶπεν ἡ ἁγία Ἐλισάβετ, τὰ ἔλεγεν ἐκ Πνεύματος ἁγίου· τὸ ὁποῖον εἶναι φανερὸν, διατὶ (Λουκ. ά, μά.) λέγει ὁ Εὐαγγελιστής· καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ, καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ καὶ εἶπεν· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Τὰ δὲ λόγια ὅπου ἐπρόσθεσεν ἡ ἐκκλησία, καὶ αὐτὰ ἐκ Πνεύματος ἁγίου εἶναι· καὶ αὐτὴ ἡ ἐκκλησία μὲ τὴν ἐξουσίαν, ὅπου ἔχει, προστάσσει, νὰ δοξάζωμεν πολλὰ συνεχῶς τὴν παρθένον μὲ τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον εἰς τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς.

Quaestio XLI.

Quid nobis de hac salutatione censendum?

Resp. Primum illud credas oportet, salutationem istam originem et radicem suam Deo ipsi debere; sed ad homines in terra degentes per Gabrielem Archangelum delatam esse, qui illam alioqui neutiquam proferre atque usurpare ausurus erat, nisi a Deo ipsi mandata fuisset: rursus, quae Elisabeta protulit verba, ea Spiritus sancti afflatu protulisse, satis ex narratione Evangelistae liquet (Luc. I, 41.): Et repleta est Spiritu sancto Elisabeta, altaque inclamans voce dixit: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Sed et illa verba, quae Ecclesia adjecit, ex Spiritu sancto sunt. Eadem Ecclesia pro suo jure atque auctoritate, inter orandum, crebro multumque hac ipsa salutatione B. Virginem coli a nobis celebrarique jussit.

1) Recte vidit, qui ad marginem scripsit, ἀπὸ, quod in textu est, mutandum esse; aut in ἐπὶ, aut in πρός. Propter vocularum similitudinem legendum puto ἐπὶ. Eadem harum praeposit. confusio p. 69.

Ἐρώτησις μβʹ.

Τί[1]) διδασκαλία εὑρίσκεται εἰς τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον;

Ἀπ. Εἰς τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον εὑρίσκεται ἡ ἀνάμνησις τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, ὅπου μᾶς [2]) ἔδωκε μετ' αὐτήν. Ἀκόμι παραδίδοται καὶ ἡ τοιαύτη διδασκαλία (Δαμ. γʹ. κεφ. αʹ. καὶ βʹ.)[4]), ἤγουν πῶς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ὁ ἄναρχος ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς δὲν ἐβάστα σάρκα μὲ τὸν ἑαυτόν του, μὰ εἰς τὴν κοιλίαν τῆς παναγίας Παρθένου, ἀπὸ τὰ καθαρώτατά της αἷματα τὴν ἐπῆρε, τοῦ ἁγίου Πνεύματος συνεργοῦντος, καὶ ἀπ' αὐτὴν ἐγεννήθηκεν, ὡς ἀπὸ γνησίαν του μητέρα. Οὕτω βεβαίως καὶ ἀληθῶς πρέπει νὰ πιστεύωμεν. Τοὺς δὲ λέγοντας (Κυριλ. Ἱερ. Κατ. ιγʹ.[5])), πῶς ἐκατάβασεν ἀπὸ τὸν οὐρανὸν τὴν σάρκα ὅπου ἐφόρεσε, καὶ τὴν ἐπέρασεν ἀπὸ τὴν ἁγίαν Παρθένον, ὡς ἂν ἀπὸ σωληνάρι, ἡ ἐκκλησία τοὺς ἔκρινεν αἱρετικοὺς, καὶ

Quaestio XLII.

Quid doctrinae in hac salutatione inest?

Resp. In hac salutatione continetur commemoratio assumtae a filio Dei humanitatis, eorumque illius beneficiorum, quae per humanitatem[3]) suam in nos contulit. Tum haec etiam in ea proponitur doctrina (Damasc. III, cap. I et II.), quod nimirum, dum coelo aeternum illud et principii expers Dei verbum descenderet, nullam secum carnem attulerit; verum illam in sanctissimae virginis utero de purissimis sanguinis illius guttis opera Spiritus sancti assumserit, itaque de illa, ut de genuina matre sua, natus fuerit. Quod firme vereque ita nobis credendum est. Ceterum qui Servatorem coelo descendentem jam carnem gestavisse affirmant, eamque sic per S. virginem tanquam per canaliculam quampiam traduxisse (apud Cyrillum Hieros. Catech. XIII.); eos Ecclesia

---

1) Margo: τίς aut τί λογῆς ut qu. 7. Cfr. qu XV. II. part. 2) Hic ut q. 44. adjeci circumflexum, quem in eadem vocula, utpote person. supra p. 76. qu. 17. inveni. 3) Non tam per humanitatem, quam per human. assumtam; Graecum enim αὐτὴν spectat ἐνανθρώπησιν, quae et humana Dei origo et vita est. 4) Utrumque item traditur a Dam. tum ipsum Dei verbum coelitus descendisse, C. I. tum ex castis et purissimis sanguinibus virginis carnem animatam sibi ipsi construxisse. C. II. 5) Cap. quidem XVIII. de illis haereticis agit, qui δόκησιν τὸν σταυρὸν fuisse dictitarint; sed de illa re agit Catech. XII. c. 2. plenius etiam catech. IV. c. 6; iisdem fere verbis usus; nisi quod noster auctor pro διελθὼν — διὰ σωλῆνος scribit ἐπέρασεν — ἀπὸ σωληνάρι. Sed scribendum videtur pro ιγ: ιβʹ; auctor enim ad hanc tantum catechesin potuit respicere.

τοὺς κατέκρινεν. Ἀκόμι εἰς τὸν ἴδιον χαιρετισμὸν εἶναι καὶ τούτη ἡ διδασκαλία, ὅπου μᾶς διδάσκει νὰ τὴν [1]) ὀνομάζωμεν Θεοτόκον κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ ἀπ' αὐτὴν ἐγεννήθηκεν ὁ Χριστὸς, Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος. Ἔτι δὲ εὑρίσκεται καὶ τοιαύτη διδασκαλία εἰς τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον, εἰς τὸν λόγον, ὅπου ὀνομάζει τὴν Παρθένον κεχαριτωμένην, πῶς αὐτὴ εἶναι μέτοχος τῆς θείας χάριτος, περισσότερον παρὰ κὰν ἕνα ἄλλο κτίσμα· διατὶ εἶναι μήτηρ Θεοῦ· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἐκκλησία τὴν ὑψώνει ὑπὲρ τὰ Χερουβὶμ καὶ Σεραφίμ· καὶ τῶρα αὐτὴ ὑπεραίρει πάσας τὰς χορείας τῶν ἀγγέλων, ἱσταμένη ἐκ δεξιῶν τοῦ Υἱοῦ της, ἐν πάσῃ τιμῇ καὶ δόξῃ· καθῶς ὁ Ψαλμῳδὸς (Ψαλ. μδ'. θ'.) λέγει· παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη [2]), πεποιπιλμένη. Τὸν χαιρετισμὸν τοῦτον καθ' ἕνας ἀπὸ τοὺς ὀρθοδόξους χριστιανοὺς πρέπει μετ' εὐλαβείας νὰ τὸν λέγῃ, ζητῶντας τὴν μεσιτείαν τῆς Παρθένου· πολλὰ γὰρ ἰσχύει δέησις μητρὸς πρὸς εὐμέ-

pro haereticis habet damnatque. Porro et haec doctrina salutatione ista comprehenditur, qua docemur nuncupare B. virginem Deiparam secundum humanam Christi naturam, natumque ex ea Christum Deum pariter hominemque perfectum fuisse. Super haec salutatio ista, dum virginem gratia plenam vocat, docet, eandem, eo quod mater Dei est, largius multo atque abundantius divinae gratiae participem factam esse, quam aliam quamcunque rem creatam; eaque re illam ecclesia super Cherubim et Seraphim merito extollit. Nunc enim illa omnes Angelorum choros longe supergressa ad dextram filii sui omni cum honore atque gloria adstat, dicente Davide (Psal. XLV, 9.): Adstat regina ad dextram tuam, in veste auro distincta, amicta versicoloribus. Debet autem orthodoxus Christianus quilibet salutationem hanc summa cum reverentia recitare virginisque intercessionem implorare. Plurimum enim matris ad pietatem filii valet oratio. Ceterum qui de-

1) Delevi circumflexum. Est articulos huic auctori pro demonstr. manente proprio accentu, veluti qu. 96. ὅπου τὴν διδάσκει, qui eam instruit, καὶ κάμει τὴν et eam efficit; p. III. q. 52. ὁποῦ τοὺς ἐχάρισιν, quam eis donavit. 2) Contra editt. et has et LXX. conjicit margo πεποικιλμένα, quod pro adverb. esset ut ἐσμιμένα p. 82. Maneat illud intactum, quum non solum v. 9. legatur, sed etiam v. 14. Induxi paullo ante pro numero vers. ι: θ'.

νειαν Υἱοῦ. Καὶ ὁποῖος θέλει νὰ εἶναι πρὸς αὐτὴν εὐλαβὴς, ἂς διαβάζῃ [1]) τὸν ἀκάθιστον [2]) ὕμνον, καὶ τὰς παρακλήσεις, καὶ τοὺς λοιποὺς ὕμνους τῆς ἐκκλησίας τοὺς πρὸς δόξαν αὐτῆς συντεθέντας.

votus virginis cultor esse velit, ille hymnum ἀκάθιστον dictum, (quod stantibus, non vero sedentibus canatur,) recitabit et supplicationes et ceteros ecclesiae hymnos, in honorem Deiparae compositos.

Ἐρώτησις μγ'.

Ποῖον εἶναι τὸ τέταρτον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ παθόντα καὶ ταφέντα.

Quaestio XLIII.

Quartus fidei Articulus quis est?

Resp. Qui pro nobis crucifixus est sub Pontio Pilato, passus et sepultus.

Ἐρώτησις μδ'.

Τί διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπ. Ἓξ πράγματα διδάσκει· πρῶτον πῶς κατ' ἐκείνην τὴν ἀληθινὴν ἀνθρωπότητα, ὅπου ἐπῆρεν ἀπὸ τὴν παρθένον Μαρίαν ὁ Λόγος, κατ' ἐκείνην ἔπαθεν εἰς τὸν σταυρὸν ἀπάνω δι' ἡμᾶς, κυρίως καὶ ἀληθῶς· καὶ ἀπέθανεν ἀληθῶς· τὸ ὁποῖον τοῦτο εἶναι φανερὸν ἀπὸ τὴν ἁγίαν Γραφὴν, ὅπου (Λουκ. κγ'. μς'.) λέγει· καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς εἶπε· Πάτερ, εἰς χεῖρας σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου· καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐξέπνευσε· Καὶ τὸ τίμιόν του αἷμα ἀληθῶς δι'

Quaestio XLIV.

Quid hic docet Articulus?

Resp. Sex admodum res docet. Primo, quod secundum veram illam humanitatem, quam de Maria virgine verbum sustulit, etiam in cruce nostra caussa vere et proprie passum fuerit vereque mortem oppetierit, quod ex sacro codice manifestum est (Luc. XXIII, 46.): Exclamans autem voce magna Iesus dicit: Pater in manus tuas depono spiritum meum; eoque dicto exspiravit. Quod pretiosum sangui-

---

1) Addidi jota subscriptum, ut conj. pro imperat. sit, veluti supra p. 66. Verte: *is* (ἂς pron. demonstr. indecl. ut indefinit. τινὰς factum est q. 48.) *percurrat*, i. e. *recitet*. Qu. 65. legitur ἐκβάζειν *deducere*. 2) Horol. 561. ad. 591. *Muralt Lexidion der morgenl. K.* p. 3.

ἡμᾶς ἐξέχεε, καὶ μετ' αὐτὸ μᾶς ἐξηγόρασεν· ὡς λέγει (Ἐφ. ά. έ. καὶ ζ'.) ὁ Ἀπόστολος· προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ.

nem suum pro nobis vere profuderit eoque nos redemerit, teste Apostolo (Eph. I, 5 et 7.): Qui praedestinavit nos in adoptionem filialem per Iesum Christum, in quo habemus redemtionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiae ipsius.

Ἐρώτησις μέ.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον, ὅπου περιέχει τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπ. Πῶς ἀναμαρτήτως ἔπαθε διὰ τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας· καθὼς λέγει ὁ Ἀπόστολος Πέτρος (ά. ἐπιστ. ά. ιή.)· εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι, ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. Ἀκόμι καὶ ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης μαρτυρᾷ, πῶς ἔσωντας καὶ νὰ εἶναι ἀθῶος ὁ Ἰησοῦς καὶ ἀναμάρτητος ἔπαθε διὰ τὰς ἁμαρτίας μας· διὸ (Ἰωαν. ά. κθ'.) λέγει· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν [1]) τοῦ κόσμου· Καὶ ἔπαθε θεληματικῶς· καθὼς ὁ ἴδιος (Ἰωαν. ί. ιή.) λέγει· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν.

Quaestio XLV.

Secundum hoc Articulo contentum, quid est?

Resp. Christum sine ullo peccato peccatorum nostrorum poenas luisse, teste Petro Apostolo (1 Petr. I, 18.): Cum sciatis vos non caducis rebus, auro argentoque, redemtos esse a vana vestra vivendi ratione per majores tradita sed pretioso sanguine Christi, velut agni immaculati et incontaminati. Similiter et Ioannes Baptista testatur, Iesum, qui insons omnino et ab omni peccati contagione intactus esset, nostra ob peccata supplicium pertulisse; ita enim ille (Ioh. I, 29.): Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Pertulit vero sua plane sponte atque voluntate, quemadmodum ipse dicit (Ioh. X, 18.): Potestatem habeo ponendi animam meam, habeo item potestatem recipiendi eam.

1) Hofm. falso ἁμαρτίας. Paullo post ante καὶ plene intercidere placuit. Quamquam enim hic et alias cuncta quae uno responso continentur, a particula initio posita πῶς pendent; nolo tamen orationem tumidiorem reddere, sed interpretem imitatus punctis faciliorem.

Ἐρώτησις μς'.

Τί διδάσκει τρίτον τοῦτο τὸ ἄρθρον;

Ἀπ. Πῶς ὁ Χριστὸς ἔπαθεν εἰς τὸν σταυρὸν κατὰ τὴν σάρκα, καὶ ὄχι κατὰ τὴν θεότητα· διατὶ ἡ θεότης δὲν ἔπασχε, μήτε ἐκαρφώνετο εἰς τὸν σταυρὸν, μήτε ἐμπτυσμοὺς ἢ κολαφισμοὺς ἐδέχετο, μήτε ἀπέθνησκε· καὶ ὅσον πῶς μὲ μόνην τὴν σάρκα ἔπασχεν, ὁ Ἀπόστολος (Κολ. ά. κβ'.) τὸ φανερώνει λέγωντας· νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὴν ἡ θεότης ὡς ἂν ἔλαβε τὴν ἀνθρωπότητα, ποτὲ δὲν ἐχωρίσθηκεν ἀπ' αὐτήν· οὔτε (Δαμασκ. ὁμιλ. εἰς τὸ ἁ σάββ. ἅγιον ut 70.) *εἰς τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἢ τοῦ θανάτου εἰς τὸν σταυρὸν, οὔτε μετὰ τὸν θάνατον· καλᾷ καὶ ἡ ψυχὴ νὰ ἐχωρίσθηκεν ἀπὸ τὸ κορμί· μὰ ἡ θεότης οὔτε ἀπὸ τὸ κορμὶ οὔτε ἀπὸ τὴν ψυχὴν ποτὲ ἐχωρίσθηκε. Διὰ τοῦτο καὶ εἰς καιρὸν τοῦ θανάτου ἡ ὑπόστασις τοῦ Χριστοῦ ἦτον μία καὶ ἡ αὐτή.*

Quaestio XLVI.

Quidnam tertium iste docet Articulus?

Resp. Christum in cruce secundum carnem non vero secundum divinitatem passum fuisse. Nihil enim perpessa fuit Divinitas: non illa cruci affixa fuit: non consputationibus, non alapis os praebuit: non vitam amisit. Quod autem carne sola cruciatus fuit, id manifeste docet Apostolus (Coloss. I, 22.): Nunc autem reconciliavit in corpore carnis suae per mortem; ut sisteret nos sanctos et inculpatos et irreprehensibiles coram se ipso. Ceterum ex quo humanitatem semel assumserat divinitas, nunquam ab ea separata fuit: non tempore passionis mortisque in cruce: non etiam a morte: quamquam enim disjuncta a corpore anima esset; divinitas tamen nec a corpore nec ab anima unquam secessit: unde ipsa etiam in morte una eademque Christi erat persona (Damascen. Homilia in sanctum Sabbatum. p. 292. Pantin.).

Ἐρώτησις μζ'.

Τί διδάσκει τέταρτον τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπ. Πῶς ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ νὰ ἦτον μὲ διαφορώτερον τρόπον παρὰ ὅπου ἦτον τῶν ἄλλων ὅλων ἀν-

Quaestio XLVII.

Quartum in hoc Articulo, quid est?

Resp. Quod mors Christi praestantiore magisque fructuoso quodam modo quam mortes reliquorum ho-

θρώπων, διὰ ταῖς ἀφορμαῖς τούταις· πρῶτον διὰ τὸ βάρος τῶν ἁμαρτιῶν μας, καθὼς λέγει ὁ Προφήτης (Ἡσ. νγ'. δ'.) περὶ αὐτοῦ· οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα, αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ ὑπὸ Θεοῦ καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Καὶ ἄλλος Προφήτης (Θρῆν. ά. ιβ'.) ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ· οἱ[1]) πρὸς ὑμᾶς πάντες παραπορευόμενοι ὁδὸν, ἐπιστρέψατε, καὶ ἴδετε, εἰ ἔστιν ἄλγος κατὰ τὸ ἄλγος μου, ὃ ἐγενήθη μοι. Δεύτερον, διατὶ εἰς τὸν σταυρὸν ἀπάνω ἐπλήρου τὴν ἱερωσύνην, ἑαυτὸν προσενέγκας τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ εἰς ἀπολύτρωσιν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων· ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος (ά. Τιμ. β'. ς'.) περὶ αὐτοῦ· ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. Καὶ ἀλλαχοῦ (Ἐφεσ. έ. β'.)· ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν, καὶ θυσίαν τῷ θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Καὶ εἰς ἄλλον τόπον (Ῥωμ. έ. ή.)· ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, κατὰ καιρὸν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν. Ἐκεῖ ἀκόμι εἰς τὸν σταυρὸν ἐτελείωνε τὴν

minum omnium, contigit. Has praecipue ob caussas: Primum, ob gravissimam scelerum nostrorum sarcinam, ut de eo ait Propheta (Ies. LIII, 4.): Hic peccata nostra fert, et pro nobis dolore affligitur. Nos existimabamus, illum dolore et plagis et afflictionibus a Deo affici: sed ille ob peccata nostra sauciatus est, et ob iniquitates nostras languore correptus est. Et Propheta alius, tanquam ex persona Christi (Ier. Thr. I, 12.): Numquid non ad vos attinet, vos omnes qui iter facitis? revertimini ac videte, si est dolor, ut dolor meus, qui mihi accidit. Deinde, quod in cruce Pontificium munus suum adimplevit, offerendo semet ipsum Deo et Patri in redemtionem generis humani. Sicut de illo loquitur Apostolus (I Tim. II, 6.): Qui dedit se ipsum pretium redemtionis pro omnibus. Et alibi (Ephes. V, 2.): Christus dilexit nos, et se oblationem pro nobis ac victimam Deo tradidit in odorem suaviter fragrantem. Et alio loco (Rom. V, 8.): Cum adhuc inimici Dei essemus, Christus pro nobis mortuus est. Tum quod ibidem in cruce, susceptam inter Deum atque

1) Margo ex Hebr. οὐ inducere vult; id quod locum de passione agentem perderet. Vacillat lectio et in Hebr.; constat in LXX; ex quibus apte traducta sunt. Interpretatio ad Hebr. textum accommodata est.

μεσιτείαν ἀνάμεσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καθὼς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει (Κολ. ά.κ΄.) περὶ αὐτοῦ· καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν· εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ (Κολ. β΄. ιδ΄.)· ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ.

Ἐρώτησις μή.

Τί διδάσκει πέμπτον τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπ. Περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· πῶς κατὰ πῶς ἔπαθε κυρίως καὶ ἀληθῶς εἰς τὸν σταυρὸν ἀπάνω· οὕτως καὶ ἀπέθανεν ἀληθῶς καὶ ἀληθῶς ἐτάφη εἰς τόπον ἐπίσημον. Καὶ τοῦτο ἔγινεν ὄχι χωρὶς αἰτίαν, μὰ διὰ νὰ μὴν ὑποπτεύεται τινὰς ὕστερον περὶ τῆς ἀληθοῦς αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως. Διατὶ ἂν ἤθελε ταφῇ εἰς κἂν ἕνα τόπον ἀπόκρυφον, καὶ καθὼς τὸ λέγουσιν, ἐν παραβύστῳ, ἐθέλασιν ἔχειν [1] *ἀφορμὴν οἱ Ἰουδαῖοι, νὰ διασύρουσι τὸν Χριστόν. Πρὸς μεγαλήτερην λοιπὸν πίστωσιν καὶ δόξαν τῆς ἐνδόξου*

homines conciliationem absolvit, quemadmodum idem de illo loquitur Apostolus (Col. I, 20.): Et per illum reconciliare sibi omnia, pace facta per sanguinem crucis illius. Et alibi (c. II, 14.): Delebat, quod contra nos erat, chirographum in decretis, quod adversum nobis erat: et cruci illud affixum de medio sustulit.

Quaestio XLVIII.

Quodnam quintum est, quod hic docet Articulus?

Resp. De sepultura Domini nostri Iesu Christi. Quod quemadmodum proprie vereque in crucem actus ultimos pertulit cruciatus: ita revera etiam mortuus, locoque celebri sepultus fuit. Id quod neutiquam sine caussa factum; verum ut ne deinde quisquam de vera Christi e mortuis resurrectione addubitaret. Quippe si loco quodam obscuro et abstruso, quod ajunt, angulo, sepultus fuisset: caussam haud inopportunam calumniis suis oppugnandi Christi reperissent Iudaei. Quocirca ad majorem gloriosae Christi resurrectionis fidem a glo-

1) Ita lego pro ἔχει, cui nullus locus est. Forma ἐθέλασι singul. legitur supra p. 67. Cujus verbi usus conditionalis est, inservitque conjunctivo exprimendo illius verbi, quod sequitur fere in infinit. Verte ἐθελ. ἔχειν *habuissent*, ut loco laudato ἐθέλασι συναποθνήσκειν una *emortua fuisset* (xti anima).

τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως ἐπαρακινηθήκασιν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἤλθασι πρὸς Πιλάτον (Ματθ. κζ΄. ξδ΄.) λέγοντες· κέλευσον ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· καὶ αὐτὸς τοὺς ἀπεκρίθη· ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. Οἱ δέ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ τῆς κουστωδίας. Ἡ ὁποία κουστωδία τῶν Ἰουδαίων φανερώτατα ἐμαρτύρησε, πῶς ὁ Χριστὸς ἀνέστη ἀπὸ τοὺς νεκρούς· διατὶ εἰς τόν καιρὸν ἐκεῖνον αὐτοὶ ἐφοβήθησαν, ὡς λέγει (Ματθ. κή. β΄.) ἡ Γραφή· καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, κάθετο [1]) ἐπάνω αὐτοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Οἵτινες ὕστερον ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν ἀπήγγειλαν τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα· καὶ διὰ τοῦτο ἠναγκάζοντο νὰ εἰποῦσι καὶ ἐκεῖνα τὰ λόγια, ὅπου εἶπεν ὁ ἄγγελος Κυρίου (στιχ. έ.) εἰς τὰς γυναῖκας· οἶδα ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ καθὼς εἶπε· δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος· καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι [2])

riam, quodam quasi instinctu commoti, ad Pilatum adeunt ajuntque (Matth. XXVII, 64.): Iube accurate asservari sepulcrum in diem tertium. Quibus ille respondit: habetis custodiam, ite, asservate prout poteritis. Illi vero abeuntes asservabant sepulcrum, obsignato saxo atque apposita custodia. Quod Iudaeorum custodia manifestissimum resurrectionis Christi perhibuit testimonium, quippe quae eo ipso temporis articulo magno pavore percellebatur, teste Scriptura (Matth. XXVIII, 2.): Ecce autem ingens terrae motus exstitit. Nam Angelus Domini de coelo descendens, accedens saxum ab ostio devolvit, in eoque consedit; cujus terrore conturbati custodes velut mortui facti sunt. Qui postea (versu 11.) in urbem ingressi Pontificibus summis, quae evenerant omnia, renunciarunt. Unde ea etiam proferre coacti sunt verba, quae Angelus mulieribus dixerat (vers. 5.): Scio Iesum vos, qui crucifixus erat, quaerere. Ille vero hic non est. Iam enim, sicut praedixerat, surrexit. Venite, videte locum, in quo situs fuit Dominus, et cito

1) In textu est ἐκάθητο sed fortasse ex memoria sunt descripta
2) Vulg. πορευθήσαι, quam formam e N. T. correxi.

εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν. Διὰ τούτην λοιπὸν τὴν ἀφορμὴν ὁ τάφος τοῦ Κυρίου εἶναι ὀνομαστὸς, διὰ νὰ εἶναι πιστὸν εἰς ὅλους, πῶς οἱ μαθηταί του δὲν τὸν ἔκλεψαν, μήτε εἰς ἀπόκρυφον τόπον τὸν ἔθαψαν, ὡς οἱ διεστραμμένοι Ἰουδαῖοι διεφήμισαν, δίδοντες χρήματα εἰς τοὺς στρατιώτας. Μὰ τὴν ὑποψίαν τούτην τὴν ἔκβαλε τὸ μνῆμα, εἰς τὸ ὁποῖον ἐκείτετο· ἡ σφραγὶς τοῦ λίθου μετὰ [1]) τῆς κουστωδίας τῶν Ἰουδαίων· ὁμοίως καὶ ὁ Ἰωσὴφ καὶ ὁ Νικόδημος, οἱ ὁποῖοι ἦσαν ἔντιμοι ἀνάμεσα εἰς τοὺς Ἰουδαίους· ἀκόμι ἡ συνδόνα, μὲ τὴν ὁποῖαν ἐτυλίξασι τὸ νενεκρωμένον σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ [2]) τὸ σουδάριον, ὅπου ἦτον εἰς τὴν κεφαλήν του καὶ ἔμεινεν εἰς τὸν τάφον διπλωμένον (Ἰωαν. κ΄. ζ΄.) ἀναστάντος αὐτοῦ. Ταῦτα πάντα φανερώνουσι, πῶς δὲν ἐκλέφθηκεν [3]) ἀπὸ τοὺς μαθητάς του τὸ σῶμα, ἀλλὰ ἀνέστη. Μὲ τὴν διδασκαλίαν τούτην πρέπει καὶ τοῦτο νὰ νοῆται, πῶς κατὰ τὴν προφητείαν ἦτον ἀνάγκη, νὰ εἶναι τὸ μνημεῖον του ἔντιμον, καθὼς ἦτον, καὶ εἶναι μέχρι τῆς σήμερον·

euntes, enumerate discipulis illius, ipsum a mortuis resurrexisse. Hanc igitur ob caussam sepulcrum Domini celebre fuit, quo liquidum omnibus fieret, non furto illum suorum discipulorum subductum, locoque quodam abstruso conditum fuisse. Cujusmodi rumusculos perversi Iudaei sparsere, militibus multo aere corruptis. Sed inanem suspiciunculam facile refellebant tum monumentum illud, in quo conditus fuerat Dominus, tum signatura saxi Iudaeorumque excubiae, Iosephus item, et Nicodemus, viri inter suos clari honoratique, ad haec pretiosa illa sindon, qua involutum exanimum Domini corpus fuerat, et sudarium capitis velamen, quod postquam resurrexerat, in sepulcro complicatum remansit (Ioan. XX, 7.). Quae omnia satis evincunt, non surreptum furto discipulorum corpus illius fuisse, sed reapse revixisse. Ad quam doctrinam illud etiam animadversu dignum est: nimirum, ut secundum sacra vaticinia necesse erat honoratum Christi conditorium esse, ita etiam fuisse, itemque hodie

1) Ejeci τῶν, quod in textu fuit, prorsus inane. Ante μὰ posui punctum, post Ἰουδαίων pro majore intercisione mediam. 2) Uncinas, quibus καὶ fuit inclusum exstinxi. 3) Ita scribere lubuit pro vulg. ἐκλέφτηκ., quae et legibus literarum refragatur et posteriorum Graecorum consuetudini, qui perf. pass. in — θηκα exire jusserunt: veluti q. L. p. 120. ἐδόθηκε et mox ἐχύθηκε. Ut igitur veteres ex perf. aoristum fecerunt, sic hi vicissim ex aoristo perfectum pass.

φησὶ γὰρ ὁ Προφήτης (Ἡσ. ιά. ί.)· καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Καὶ εἰς αὐτὸ ὁποῖος ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ εἰς Χριστὸν ὑπαγένει, μεγάλην ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἀποκτᾶται, δι' αὐτοῦ πρὸς Χριστὸν προσερχόμενος.

esse. Sic enim Propheta (Ies. XI, 10.): et erit requies illius honos. Quod sepulcrum quisquis in fide et amore Christi visit: ille multam criminum suorum remissionem consequitur, dum per illud ad Christum ipsum animo accedit.

Ἐρώτησις μθ'.

Ἀνάμεσα εἰς τὰ εἰρημένα ἐπεθύμουν νὰ ἔμαθα περὶ τῆς ψυχῆς τοῦ Χριστοῦ, εἰς ποῖον τόπον νὰ εὑρίσκετο ὕστερα ἀπὸ τὸν θάνατόν του πρὶν τῆς ἀναστάσεως;

Ἀπ. Ἡ ψυχὴ (Δαμ. ὁμιλ. εἰς τὸ ἅγιον σάββατον. [1])) τοῦ Χριστοῦ, ἔστωντας καὶ νὰ χωρισθῇ ἀπὸ τὸ σῶμα, ἦτον πάντοτε ἑσμιμένη μὲ τὴν θεότητα, καὶ μὲ τὴν θεότητα ἐκατέβηκεν εἰς τὸν ᾅδην· καλᾷ καὶ εἰς τὸν τόπον τοῦτον νὰ μὴν ἔχωμεν κᾂν μίαν ἐνθύμησιν δι' αὐτό. [2]) Μόνον τὸ ἔχομεν βέβαιον ἀπὸ ὅλους τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὕμνους, ὅπου πραγματεύονται δι' αὐτό· πῶς ὁ Χριστὸς νὰ ἐκατάβηκεν εἰς

Quaestio XLIX.

Inter haec quae modo dicta fuere, suborta mihi cupido noscendi, quonam sane loco anima Christi post excessum e corpore ante resurrectionem egerit?

Resp. (Ex Damasc. in sanctum sabbatum, loc. cit. sup. pag. 113.) Anima Christi, quamquam corpore suo tum exsoluta, usque tamen juncta manebat divinitati, quacum etiam ad inferos descendit, tametsi nihil hoc (hujus Articuli) loco de isto negotio innuitur. Sed certum illud tamen contestatumque ex tot ecclesiae hymnis, qui de eo agunt, habemus, quod nimirum simul anima et divinitate sua ad

1) Similiter idem de eadem re disputavit Orth. fid. III. c. 29., descendisse εἰς ᾅδην xti ψυχὴν τεθεωμένην ut et τοῖς ὑπὸ γῆν ἐν σκότει καὶ σκιᾷ καθημένοις lux infulgeret, xto ut aliquando in terris evangelium tradente, ἵνα αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ καταχθονίων; sic solutis, qui ἀπ' αἰώνων essent compediti. De sanctis Patribus et latrone nihil monuit Ioannes. Cfr. quae de hoc dogmate monui in Dissert. *de Hippolyto* Jen. 1839. p. 94. sqq. Origin. homil. 15. in Genes. 2) Intercisionem mutavi, ut locum expeditiorem facerem. Delevi comma post ἔχωμεν, punctum posui post τοῦτο, ubi nihil intercisionis fuit, unde locus prorsus obscurus. Verte: *quamquam hoc loco nullam* (μὴν — κᾂν μίαν) *mentionem* (ἐνθύμησις ut qu. L. init.) *habemus de hoc. Tantum id habemus firmum* etc.

τὸν ᾅδην μὲ τὴν ψυχὴν καὶ μὲ τὴν θεότητα· καὶ πλέον χοριστᾷ μὲ τὸ τροπάριον ἐκεῖνο τῆς ἐκκλησίας, ὅπου λέγει· „ἐν τάφῳ σωματι„κῶς, ἐν ᾅδου δὲ μετὰ ψυ„χῆς ὡς Θεὸς, ἐν παραδείσῳ „δὲ μετὰ λῃστοῦ,[1]) καὶ ἐν „θρόνῳ ὑπῆρχες, Χριστὲ, „μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύμα„τος πάντα πληρῶν ὁ ἀπερί„γραπτος. Καὶ ἀπὸ τὸν ᾅδην ἐλύτρωσε τὰς ψυχὰς τῶν ἁγίων προπατόρων καὶ τὰς ἔβαλεν εἰς τὸν παράδεισον· μαζὶ μὲ τοὺς ὁποίους συνεισήγαγε καὶ τὸν λῃστὴν, ὅπου ἐπίστευσεν ἐν τῷ σταυρῷ εἰς αὐτόν.

inferos descendit Christus. Inprimis autem rem sigillatim exprimit hoc Ecclesiae Troparium: Tu corpore in sepulcro: tu anima apud inferos, ut Deus: tu in Paradiso cum latrone: itemque in throno gloriae cum Patre ac Spiritu, Christe, fuisti, qui cuncta imples, ipse incircumscriptus. Simul ereptas orco sanctorum Patrum animas Paradiso intulit, quibuscum etiam latronem, qui in cruce pendens in ipsum crediderat, introduxit.

Ἐρώτησις ν'.

Τί εἶναι τὸ ἕκτον, ὅπου πραγματεύεται καὶ διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπ. Διατὶ τὸ ἄρθρον τοῦτο κάμει ἐνθύμησιν τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ ὁποῖον ἀπάνω ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἔσωσε μᾶς· δίδει ἀφορμὴν διὰ τοῦτο, νὰ ἐνθυμοῦμεν[2]) καὶ ἡμεῖς τοῦ σταυροῦ· διὰ τὸν ὁποῖον τέτοιας λογῆς ὁμιλεῖ (Γαλ. ϛ'. ιδ'.) ὁ Ἀπόστολος Παῦλος· ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κό-

Quaestio L.

Quodnam sextum est, quod hic tractat docetque articulus?

Resp. Quoniam mentionem crucis Christi, in qua Christus mortuus est nosque in salutem vindicavit, hic facit articulus: eo et nobis ansam de cruce commentandi offert, de qua hunc in modum Paulus Apostolus disserit (Gal. VI, 14.): Absit a me ut gloriari velim, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quam mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Et alio loco

1) ὡς in Euchol. p. 63. Cfr. Goar ad Euchol. p. 434. Suicer s. v. τροπάριον. 2) In marg. adscriptum invenio ἐνθυμηθοῦμεν; quod haud necessarium est. Ut enim ἐνθύμησις est mentio, sic ἐνθυμεῖν, pro quo veteres dixerunt med., mentionem facere alic. rei.

σμφ. Καὶ ἀλλαχοῦ (ά. Κορ. ά. ιή.)· ὁ λόγος γὰρ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις εἴτουν [1]) ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστιν. Ὥστε λοιπὸν διὰ μεγάλαις ἀφορμαῖς πρέπει νὰ τιμᾶται ἀπὸ ἡμᾶς ὁ σταυρός· ὡς ἂν σημεῖον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸν ὁποῖον ἐδόθηκε δύναμις, διατὶ ἐχύθηκεν εἰς αὐτὸν τὸ αἷμα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἀπέθανε, νὰ διώκῃ τὰ πονηρὰ πνεύματα. Διὰ τοῦτο ὁ ἅγιος Κύριλλος ὁ Ἱεροσολύμων (Κατ. ιγ΄.) λέγει οὕτως· ὅταν μὲ τὸ σημεῖον τοῦ τιμίου σταυροῦ σημειώνωμεν τοὺς ἑαυτούς μας, τότε ὁ διάβολος, κατανοῶντας πῶς ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος εἰς αὐτὸν ἐκαρφώθηκε διὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἐδικήν μας καὶ διὰ τὴν ἐξολόθρευσιν τῆς δαιμονικῆς δυνάμεως, δὲν ἠμπορεῖ νὰ στέκεται παρὼν, μήτε νὰ ὑποφέρῃ τὴν δύναμιν τοῦ σταυροῦ· μὰ φεύγει ἀπὸ μᾶς καὶ πλέον δὲν πειράζει, καὶ μάλιστα διατὶ τότε ἔχομεν συνήθειαν, νὰ ἐπικαλούμεθα τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Διὰ τοῦτο χρεωστοῦμεν νὰ κάμνωμεν τὸν σταυρόν μας πολλὰ συχνιᾷ [2]), διατὶ συχνιᾷ γροικοῦμεν καὶ τοὺς πειρασμοὺς τοῦ δαίμονος· τοὺς ὁποίους μὲ ἄλλον τρό-

(I Cor. I, 18.): Sermo crucis iis, qui pereunt, stultitia est: at nobis, qui salutem consequimur, potentia Dei est. Multis igitur magnisque de causis venerabilis nobis crux erit, ut peculiare quoddam signum Christi, cui virtus mirifica fugandi daemonum impressa est; siquidem effuso in illam sanguine filii Dei, qui et animam in ea efflabat, imbuta fuit. Qua de re ita dicit S. Cyrillus, Episcopus Hierosolymitanus (Catechesi XIII.): Quando venerabilis crucis signo nosmet ipsos signamus, tum Diabolus recogitans secum, Christum Dominum propter salutem nostram potentiaeque diabolicae exstirpationem cruci clavis suffixum fuisse, diutius praesens esse crucisque sufferre vim nequit; sed fugit a nobis, nec ulterius nos pertentat, maxime quoniam simul sanctissimum Servatoris Christi invocare nomen solemus. Est igitur necesse, ut crucis signum in nobis saepe frequentemus, quoniam nimis frequentes daemonis persentiscimus ten-

1) Uncinas et ab hoc vocabulo removi. Sunt enim testes maxime latinae ecclesiae, qui tale quid in illo loco tenent. Interpres noster omisit. 2) Addidi et hoc loco jota subscriptum, ut supra in καλῇ p. 94. qu. 46., et infra qu. 93, in voce ξεχωριστᾷ.

που δὲν ἠμποροῦμεν νὰ διώκωμεν, παρὰ μὲ τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν καὶ μὲ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὄχι μόνον τοὺς διώκομεν ἀπὸ ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ὅλα τὰ ἄλλα μας πράγματα, ἤγουν ἀπὸ φαγητὰ, πιοτὰ, σκεύη καὶ τὰ λοιπά. Διὰ τοῦτο ὁ αὐτὸς Κύριλλος (εἰς τὸ αὐτό) διδάσκει λέγων· κάμνε τὸ σημεῖον τοῦ τιμίου σταυροῦ τρώγωντας, πίνωντας, καθήμενος, ἱστάμενος, ὁμιλῶντας, ἢ καὶ περιπατῶντας· καὶ μὴν ἀρχίζῃς κἂν μίαν σου δουλείαν, παρὰ νὰ κάμῃς τὸ σημεῖον τοῦ τιμίου σταυροῦ, εἰς τὸ ὀσπήτιον, εἰς τὸν δρόμον, ἡμέραν καὶ νύκτα, καὶ εἰς κάθα τόπον.

tationes, quas haud alio profligare modo possumus, quam signo vivificae crucis et seria, invocatione nominis Iesu Christi. Quo modo non solum a nobis ipsis insultus daemonum arcemus; sed a reliquis etiam omnibus rebus nostris, ut ab esculentis potulentisque, a vasis, aliisque quibuslibet. Quapropter ita idem ille Cyrillus docet (loco eodem)[1]; Fac venerabilis crucis signum, dum edis bibisque, dum sedes, aut stas; dum loqueris, aut ambulas. Nullam coeptabis rem, nullum opus, nisi facto prius venerabilis crucis signo, domi, in via, diu noctuque omnibusque in locis.

Ἐρώτησις να.

Πῶς χρεωστοῦμεν νὰ σημειωνώμεσθαν μὲ τὸ σημεῖον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ;

Ἀπ. Μὲ τὴν δεξιὰν χεῖρα πρέπει νὰ κάμνῃς τὸν σταυρὸν βάνωντας εἰς τὸ μέτοπόν σου τὰ τρία μεγάλα δάκτυλα· καὶ νὰ λέγῃς· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός. Καὶ τότε καταβάζεις τὸ χέρι εἰς τὸν θώρακα μὲ τὸ ἴδιον σχῆμα καὶ λέγεις· καὶ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ἀπ᾽ ἐκεῖ εἰς τὸν δεξιὸν

Quaestio LI.

Quo ritu signum venerabilis et vivificae crucis in nobis formare debemus?

Resp. Crucem hoc modo dextra manu formabis. Primum tribus majusculis digitis frontem tanges dicesque: In nomine Patris. Tum manum, eodem gestu conformatum, in pectus deduces addesque: et Filii. Hinc in brachium (sive potius humerum)[2]) dextrum traducens

---

1) cat. XIII. c. 18. ed. Milles. sed liberrime reddita, aeque atque illa, quae supra leguntur, ut jam ex dialecto mixta elucet. 2) Adjecit sua sponte interpres ut βραχίονος vim explicaret. Eamdem fere, humero omisso, manus ac dextera ad sinistram motionem in cruce facenda descripsit Muralt. Lexidion s. v. Kreuz p. 51. Frisebius ex lingua Slavonica sine mora vertit *humerum*.

βραχίονα λέγωντας· καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, παγένωντας ἕως εἰς τὸν ἀριστερόν. Καὶ ἀφ' οὗ σημειώσῃς τὸν ἑαυτόν σου μὲ τὸ ἅγιον τοῦτο σημεῖον τοῦ σταυροῦ, πρέπει νὰ τελειώσῃς μὲ τὸν λόγον τοῦτον· ἀμήν. Ἢ καὶ ὅταν κάμῃς τὸν σταυρόν σου, ἠμπορεῖς νὰ λέγῃς· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλὸν, ἀμήν.

manum dices: et Spiritus sancti, simul ductum manus in humerum sinistrum usque continuabis. Atque ubi sacro hocce crucis signaculo temet signasti, claudes verbo: Amen. Potes etiam in cruce formando haec adhibere verba: Domine Iesu Christe, fili Dei, miserere mei peccatoris. Amen.

Ἐρώτησις νβ'.

Ποῖον εἶναι τὸ πέμπτον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς.

Quaestio LII.

Quintus Fidei Articulus, quis est?

Resp. Qui resurrexit die tertio secundum Scripturas.

Ἐρώτησις νγ'.

Τί[1]) *διδασκαλίαν μᾶς διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο τῆς πίστεως;*

Ἀπ. Δύο πράγματα διδάσκει, πρῶτον πῶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μὲ τὴν δύναμιν τῆς θεότητός του ἠγέρθη (Λουκ. κδ'. ζ'.) ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καθὼς εἶναι γεγραμμένον περὶ αὐτοῦ εἰς τοὺς Προφήτας καὶ εἰς τοὺς Ψαλμούς· δεύτερον, πῶς ἀνεστάθηκε μὲ τὸ ἴδιον σῶμα, ὅπου ἐγεννήθη καὶ ἀπέθανε.

Quaestio LIII.

Quam doctrinam iste nos fidei Articulus docet?

Resp. Duo docet. Alterum, Dominum nostrum Iesum Christum suae divinitatis viribus in vitam rediisse (Luc. XXIV, 7.), prout de illo perscriptum erat in Prophetis et Psalmis. Alterum, resurrexisse ipsum in eodem illo corpore suo, quicum natus mortuusque fuerat.

---

1) Margo: *τίνα*. Cfr. p. II. qu. 15. Est enim illud *τί* indeclinabile, cujus duriore structura ne quis offendatur, qualem supra q. XLII. jam invenimus.

'Ερώτησις νδ'.

Κατὰ τίνας γραφὰς ὁ Χριστὸς ἦτον χρεία νὰ πάθῃ, καὶ νὰ ἀποθάνῃ, καὶ τὴν τρίτην ἡμέραν νὰ ἀναστάθῃ;

'Απ. Δύο λογίων εἶναι αἱ ἅγιαι γραφαὶ· κάποιαις τοῦ παλαιοῦ νόμου καὶ κάποιαις τοῦ νέου. Αἱ πρῶται ἐπροείπασι, πῶς ὁ Χριστὸς μέλλει νὰ ἔλθῃ, καὶ μὲ τίνα τρόπον εἶχε νὰ σώσῃ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἤγουν μὲ τὸ νὰ πάθῃ, νὰ λάβῃ θάνατον, καὶ νὰ ἀνασταθῇ ἀπὸ τοὺς νεκρούς. Καὶ κατὰ τὰς γραφὰς ταύτας ὁ Χριστὸς ἔπρεπε, νὰ τὰ πληρώσῃ ὅλα. Κατὰ δὲ τὰς γραφὰς τοῦ νέου νόμου ἐβεβαιώθηκε, πῶς τὰ ἐπλήρωσε, καὶ πῶς τέτοιας λογῆς ἦλθε, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· ὡς ὁ αὐτὸς λέγει (Μαρκ. ιδ'. κά.) περὶ ἑαυτοῦ· ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ. Καὶ ὕστερα ἀπὸ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀνάστασιν ἔλεγε (Λουκ. κδ'. κς'.) πρὸς δύο του μαθητὰς στρατοκόπους· οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ; καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν Προφητῶν, διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ. Καὶ πῶς πρέπει νὰ ἔχῃ τὸ κῦρος καὶ τὴν βεβαιότητα ἡ παλαιὰ γραφὴ εἰς ἡμᾶς, τὸ μαρτυρᾷ λέγων ὁ 'Απόστολος (β'. Πέτρ. ά. ιθ'.) περὶ

Quaestio LIV.

Secundum quas scripturas ita necesse erat, tum pati Christum atque emori, tum die tertio reviviscere?

Resp. Duplices sacrae Scripturae sunt, quaedam veteris legis, quaedam novae. Priores Christum venturum, modumque ipsum, quo genus humanum in salutem asserturus esset, praedixerunt: nimirum passurum, moriturum, e mortuisque resurrecturum. Itaque haec omnia secundum istas scripturas adimplenda Christo fuere. Rursus ex novae legis scripturis, isthaec omnia Christum implesse, luculenter confirmatum est, eaque prorsus ratione in mundum venisse, quemadmodum de eo scriptum fuerat. Sicut ipse de semet ipso affirmat (Marc. XIV, 21.): Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Atque denuo ex inferis in lucem redux, duobus discipulis iter facientibus, dixit (Luc. XXIV, 26.): Nonne haec pati Christum oportuit, et intrare in gloriam suam? et exorsus a Mose et Prophetis omnibus, interpretabatur illis, quae de ipso omnibus in scripturis praedicta essent. Iam suam veteri testamento apud nos auctoritatem firmitudinemque sartam tectam constare oportere, illud testificatur Apostolus de ipso dicens (2. Petr.

αὐτῆς· ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Καὶ πῶς νὰ ἐτελειώθηκεν οὕτως κατὰ τὰς γραφὰς ταύτας, ὅλοι οἱ εὐαγγελισταὶ μᾶς βεβαιώνουσι· καὶ ὁ Ἀπόστολος (ά. Κορ. ιέ. γ΄.) λέγει· ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα. Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν. Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ· εἶτα τοῖς Ἀποστόλοις πᾶσιν. Ἔσχατον δὲ πάντων ὥσπερ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. Τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν προετύπου καὶ ὁ Προφήτης Ἰωνᾶς, τὸν ὁποῖον τύπον ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὸν ἀναφέρει πρὸς τὸν ἑαυτόν του, λέγων (Ματθ. ιβ΄ λθ΄.) πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ Προφήτου. Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

I, 19.): Habemus firmiorem sermonem Propheticum, cui recte ac merito attenditis, veluti lucernae lucenti in loco obscuro, donec elucescat dies, et lucifer in cordibus vestris exoriatur. Porro quod eodem modo secundum Scripturas istas haec perfecta sunt, Evangelistae omnes nobis confirmant. Confirmat et Apostolus (1 Cor. XV, 3.): Quod Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris secundum Scripturas: quod sepultus sit, quodque tertio die resurrexerit secundum Scripturas; et quod visus sit Cephae, deinde duodecim, (Apostolis) postea plus quam quingentis fratribus simul, quorum plerique ad hunc usque diem in vita sunt, nonnulli etiam obdormierunt. Deinde visus est Iacobo, post Apostolis omnibus. Postremo vero omnium, velut abortivo, visus est et mihi. Resurrectionem Christi pulchre etiam olim adumbraverat Ionas Propheta, quem typum Dominus noster Iesus Christus ipse sibi accommodat, dum Iudaeis dicit (Matth. XII, 39): Natio prava et adultera signum postulat, nec aliud illi signum dabitur, quam Ionae Prophetae. Quemadmodum enim Ionas tribus diebus tribusque noctibus in ventre ceti fuit: ita filius hominis tres dies noctesque in corde terrae erit.

Ἐρώτησις νέ.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕκτον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός.

Ἐρώτησις νς'.

Τί μᾶς [1]) *ἑρμηνεύει τὸ ἄρθρον τοῦτο τῆς πίστεως;*

Ἀπ. Τέσσαρα πράγματα διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο· πρῶτον πῶς μὲ τὸ ἴδιον σῶμα, εἰς τὸ ὁποῖον ἔπαθεν ἀληθῶς, καὶ ἀνέστη ἀπὸ τοὺς νεκροὺς, μὲ τὸ ἴδιον ἐκεῖνο ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν εἰς τὴν δεξιὰν τοῦ Πατρὸς μὲ δόξαν καὶ αἶνον. Δεύτερον, πῶς ὡς ἄνθρωπος μόνος ἀνέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, διατὶ ὡς Θεὸς πάντοτε ἦτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἰς πάντα τόπον. Τρίτον διδάσκει, πῶς τὴν ἀνθρωπότητα, ὅπου ἐπῆρε μίαν φορὰν ἀπὸ τὴν παρθένον Μαρίαν, ποτὲ δὲν τὴν ἐξαφῆκε· μὰ μετ' αὐτὴν πάλιν θέλει ἔλθει νὰ κρίνῃ· καθὼς οἱ Ἄγγελοι εἶπασιν (Πραξ. ά. ιά.) εἰς τοὺς Ἀποστόλους· οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. Τέταρτον διδάσκει, πῶς ὁ Χριστὸς

Quaestio LV.

Sextus fidei Articulus quis est?

Resp. Qui adscendit in coelos, sedetque ad dexteram Patris.

Quaestio LVI.

Quidnam iste nobis exponit Articulus?

Resp. Dogmata quattuor. Primum est, Christum illo ipso corpore suo, in quo crucis supplicium vere pertulerat, et in quo postea a mortuis resurrexerat, eodem inquam ipso in coelum adscendisse, et ad dextram Patris cum gloria ac laude consedisse. Secundum, qua homo est, illum tantummodo in coelum adscendisse; namque qua Deus est, semper in coelo fuit locisque aliis omnibus. Tertium est: Christum humanam naturam, semel ex B. Virgine assumtam, nunquam postea dimisisse, eademque etiam vestitum olim ad judicium reventurum. Sicuti Angeli Apostolis dicebant (Actor. I, 11.): Hic Iesus, qui a vobis in coelum receptus est, ita redibit, quemadmodum eum in coelum ire vidistis. Quartum quod docet, hoc est: Chri-

1) Insignivi vocabulum utpote pron. pers. circumflexo; veluti p. 67.; pron. vero possess. caret accentu, veluti p. II. q. XIX. *τὴν ζωήν μας*; exeunte hac quaest. *τὸν Σωτῆρα μας Ἰησοῦν*, recte scriptum. Correxi etiam in ipsa qu. 48.

εἶναι μόνον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ὄχι εἰς τὴν γῆν κατὰ τὸν τρόπον τῆς σαρκὸς, ὅπου ἐφόρεσε, καὶ συνανεστράφηκεν εἰς τὴν γῆν· μὰ κατὰ τὸν μυστηριώδη τρόπον, ὅπου εὑρίσκεται εἰς τὴν θείαν εὐχαριστίαν, εἶναι καὶ εἰς τὴν γῆν ὁ αὐτὸς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, κατὰ μετουσίωσιν. Ἔστωντας καὶ ἡ οὐσία τοῦ ἄρτου νὰ μεταβάλλεται εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ ἁγίου σώματος αὐτοῦ· καὶ ἡ οὐσία τοῦ οἴνου εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ τιμίου αἵματος αὐτοῦ· διὰ τὸ ὁποῖον πρέπει νὰ δοξάζωμεν, καὶ νὰ λατρεύωμεν τὴν ἁγίαν εὐχαριστίαν ὁμοίως καθὼς καὶ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα μας Ἰησοῦν.

stum nunc in coelo tantum esse, non vero in terra eo corporis sui modo, quo olim, dum his in locis agebat, usus fuerat; verum modo sacramentali, quo in sacra coena praesto est, eundem Dei filium, Deum hominemque, etiam in terra adesse, nimirum per Transsubstantiationem. Quippe substantia panis in substantiam sanctissimi corporis ipsius convertitur; et substantia vini in substantiam pretiosi sanguinis ipsius. Quamobrem sanctam Eucharistiam sic venerari adorareque nos oportet, quemadmodum ipsum Servatorem nostrum Iesum.

Ἐρώτησις νζ'.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕβδομον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

Quaestio LVII.

Septimus fidei Articulus quis est?

Resp. Qui iterum venturus est in gloria, iudicatum vivos et mortuos, cuius regni nullus finis erit.

Ἐρώτησις νή.

Τί μᾶς διδάσκει τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Τρία πράγματα· πρῶτον πῶς ὁ Χριστὸς μέλλει νὰ στρέψῃ [1]) διὰ νὰ κρί-

Quaestio LVIII.

Quid iste nos Articulus docet?

Resp. Tria. Primum est, rediturum Christum, iudicatum vivos ac mortuos.

---

1) Margo legit ἀναστρέψῃ; utrumque non differt; interdum enim et apud meliores Graecos στρ. notionem tenet medii: tergum vertere, quod non multum abhorret ab ipso: *reverti.*

νῃ ζῶντας καὶ νεκρούς, καθὼς ὁ ἴδιος λέγει (Ματθ. κέ. λά.) διὰ λόγου του· ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ᾽ αὐτοῦ. Καὶ θέλει ἔλθει τόσον γοργᾶ, (Ματθ. κδ΄. κζ΄.) ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Περὶ (εἰς τὸ αὐτὸ σίχῳ λϛ΄.) δὲ τῆς ἡμέρας τῆς παρουσίας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι. Μ᾽ ὅλον τοῦτο προτήτερα μέλλει, νὰ γενοῦσι τὰ πράγματα ταῦτα· νὰ κηρυχθῇ τὸ Εὐαγγέλιον (εἰς τὸ αὐτὸ σίχῳ ιδ΄. καὶ κά.) εἰς ὅλα τὰ ἔθνη, νὰ ἔλθῃ ὁ Ἀντίχριστος, νὰ γενοῦσι μεγάλοι πόλεμοι, πεῖναις, θανατικὰ, καὶ ἕτερα ὅμοια· καὶ διὰ νὰ τὰ εἰπῶ συντόμως, μεγάλη πολλὰ θλίψις θέλει γένῃ,[1]) κατὰ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου λέγοντος· ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ᾽ ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδ᾽ οὐ μὴ γένηται. Διὰ τὴν κρίσιν τούτην φανερὰν[2]) ὁμιλεῖ λέγων (β΄.

Sicut ipse suis verbis testatur (Matth. XXV, 31.): Qando venerit filius hominis in gloria sua, et sancti omnes Angeli cum illo. Venturus autem est usque adeo velociter (Matth. XXIV, 27.): Ut fulgur, quod exit ab oriente, et apparet ad occasum usque; eiusmodi item erit adventus filii hominis. Atqui (ibidem 36.) diem et horam adventus illius nemo novit, ne quidem Angeli. Prius tamen ut eveniant haec ipsa, necesse est. Nimirum (vers. 14.) ut annuncietur Evangelium omnibus gentibus: ut veniat Antichristus: ut fiant bella horrida ac immania: itemque fames frugumque penuria et pestilentia aliaque consimilia. Atque ut summatim absolvam, multae antea magnaeque afflictiones secundum verbum Domini exsistent (v. 21.): Eo tempore magna erit afflictio, cuiusmodi ab origine mundi ad hoc usque tempus nec fuit, nec in posterum futura est. De hoc iudicio manifeste hunc in modum disserit Apostolus (2.

---

1) Addidi jota subscr. ut sit conj. Solet hic auctor verbum θέλειν construere cum conj. ut circumscribat vel necessitatem vel rei propinquitatem. Verte: *fiat necesse est* sive: *futura est.* Cfr. quae monui ad qu. 26. Interdum exit talis conjunct. in — ει ut. p. 125. et 127. θέλει ἔλθει. p. 128. θέλει λάβει. p. 129. θέλει γνωρίζει. 2) Margo conjicit φανερᾷ, quae forma p. 76. 88. 95. certe jota subscr. non poterat carere. Exorta est haec lectio, quod, quid esset φανερὰν, ignorabatur. Non est adject. quo κρίσιν amplius describatur, sed adverbium, quod et Frischius ex lingua Slavica exprimit. Cuilibet in promtu est veteres simillime δωρεὰν dixisse et alia, quidni posteriores certe φανεράν?

Τιμ. δ'. ά.) ὁ Ἀπόστολος· διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

Tim. IV, 1.): Testificor igitur ego coram Deo et Domino Iesu Christo, qui vivos mortuosque in apparitione sua et regno suo iudicaturus est.

Ἐρώτησις νθ'.

Τί διδάσκει δεύτερον τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπ. Πῶς εἰς τὴν τελευταίαν κρίσιν οἱ ἄνθρωποι θέλουσιν ἀποδώσειν λόγον διὰ τοὺς λογισμοὺς, διὰ τὰ λόγια καὶ διὰ τὰ ἔργα· κατὰ τὴν γραφὴν τὴν (Ματθ. ιβ'. λς'.) λέγουσαν· λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσουσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· καὶ ὁ Ἀπόστολος (ά. Κορ. δ'. έ.) λέγει· ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος· ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους· καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

Quaestio LIX.

Quid secundo loco hic docet Articulus?

Resp. Quod extremo in judicio cogitationum, dictorum factorumque suorum omnium rationem reddituri sunt homines, teste Scriptura (Matth. XII, 36.): Dico ego vobis, quod de quovis otioso verbo, quod locuti homines fuerint, rationem in die judicii reddent. Et Apostolus ait (1 Cor. IV, 5.): Ne itaque, ne ante tempus quidquam judicetis, donec venerit Dominus: qui et abscondita tenebrarum illustrabit, et consilia cordium manifestabit, et tunc sua cuique laus a Deo reddetur.

Ἐρώτησις ξ'.

Τί διδάσκει τρίτον τοῦτο τὸ ἄρθρον;

Ἀπ. Πῶς εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην καθ' ἕνας κατὰ τὰ ἔργα του θέλει λάβει τελείαν καὶ αἰωνίαν πληρωμήν· δια-

Quaestio LX.

Quid tertio loco hic Articulus docet?

Resp. Quod illo die unusquisque secundum promerita sua plenam eamque sempiternam accepturus sit

τὶ κάποιοι[1]) θέλουσιν ἀκούσειν τὴν ἀπόφασιν ταύτην (Ματθ. κέ. λδ΄.)· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Καὶ ἄλλοι ἀκούσουσι τὴν ἀπόφασιν ταύτην (στχ. μά.)· πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτου· ὅπου (Μαρ. θ΄. μδ΄. μή.) ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

Ἐρώτησις ξά.

Τάχα τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὅλοι οἱ ἄνθρωποι θέλουσιν ἀποδώσειν λόγον διὰ τὰ ἔργα τους, ἢ ξεχωριστᾷ καθ' ἕνας ἀποθνήσκωντας ἀποδίδει τὸν λογαριασμὸν τῆς ζωῆς του,[2]) καὶ ἂν εἶναι κριτήριον μερικόν;

Ἀπ. Καθὼς εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην τῆς τελευταίας κρίσεως δὲν ζητᾶται τινὰς λογαριασμὸς ξεχωρᾷ διὰ τὸν καθ' ἕνα, διατὶ ὅλα τὰ πράγματα εἶναι γνωρισμένα σιμᾷ[3]) εἰς τὸν Θεόν, καθ'

mercedem, quippe alii hanc audient sententiam (Matth. XXV, 34.): Venite benedicti Patris mei, et hereditario jure possidete praeparatum vobis a mundi exordio regnum. Alii e contrario tristissimum hocce carmen audient (vers. 41.): Discedite a me maledicti in ignem illum sempiternum, qui Diabolo atque Angelis ejus structus paratusque est; (Marc. IX, 44.) ubi vermis eorum non emoritur, et ignis non exstinguitur.

Quaestio LXI.

Illo igitur fortasse die universi homines actionum rerumque suarum redditurī rationem sunt, an vero singulatim unusquisque, dum lucis hujus usuram relinquit, vitae suae rationem reddit, atque particulare quoddam exercetur judicium?

Resp. Quemadmodum illo extremi judicii die ratio de unoquoque singillatim non exigitur; siquidem Deo res simul omnes per se manifestissimae sunt, atque ut unusquisque in articulo mor-

1) Correxi vulg. aperte falsam, fortasse per errorem typographicum ab editt. traditum: *κάκοιοι*. At vero illud pronomen natum est a pron. *ποῖος* et *καὶ* ut opinor, respondetque pronom. *ἄλλοι* quod post sequitur ut: *hi — illi; nonnulli — alii*. 2) Expunxi circumflexum. Omnes enim istae formae pro encliticis habendae sunt; paullo post scribitur *τοῦ θανάτου του mortis suae; τὰ ἔργα του opera sua*; supra p. 72. 3) Adjeci jota subscr. ut supra in vocabulo *ξεχωριστᾷ*. Cfr. p. 101. Idem feci qu. 49. in formula *πλέον χωριστᾷ* i. e. *distinctius, clarius*.

ἕνας εἰς τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου του γνωρίζει τὰ ἁμαρτήματά του· τέτοιας λογῆς μάλιστα ὕστερα ἀπὸ τὸν θάνατον καθ' ἕνας θέλει γνωρίζει τὴν ἀμοιβὴν τῶν ἔργων του. Διατὶ ἐπειδὴ καὶ τὰ ἔργα του θέλουσιν εἶναι φανερὰ, λοιπὸν καὶ ἡ ἀπόφασις τοῦ Θεοῦ εἶναι φανερὴ εἰς αὐτόν· καθὼς λέγει ὁ θεολόγος Γρηγόριος (λόγῳ εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφόν)· πείθομαι σοφῶν λόγοις, ὅτι ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλὴς, ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς ἐν συναισθήσει καὶ θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γενομένη (ἅτε τοῦ ἐπισκοτοῦντος ἀνακαθαρθέντος, ἢ ἀποτεθέντος, ἢ — οὐκ οἶδ' ὅ, τι καὶ λέγειν χρή) θαυμασίαν τινα ἡδονὴν ἥδεται καὶ ἀγάλλεται, καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, ὥσπερ τι δεσμωτήριον χαλεπὸν τὸν ἐνταῦθα βίον ἀποφυγοῦσα· καὶ τὰς περικειμένας ἀποσεισαμένη πέδας· ὑφ' ὧν τὸ τῆς διανοίας πτερὸν καθείλκετο, καὶ οἷον ἤδη τῇ φαντασίᾳ καρποῦται τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα· μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα, ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ [1]) δούσης καὶ

tis suae satis suorum sibi delictorum conscius est: ita eodem prorsus modo post mortem operum suorum remunerationem unusquisque probe novit. Quoniam itaque opera ipsius manifesto patent; patet etiam Dei in illum sententia. Sicuti ait Gregorius Theologus (laudatione funebri fratris sui Caesarii, p. 56. Bas. 173. Par.): Ego vero sapientum sermonibus adductus credo, bonam [2]) quamlibet Deoque acceptam animam, ut e conjugato soluta corpore hinc discedit, confestim intellectu ac contemplatione boni illius, quod ipsam manet, fruentem (quippe eo, quod caliginem antea offundebat, perpurgato jam aut deposito, aut — sed haud scio satis quod usurpem verbum), singulari et mirifica quadam efferri atque exsultare laetitia hilaremque admodum ad Dominum suum properare; dum ita nimirum ex hac vita tanquam ex aerumnoso quodam ergastulo aufugit, et circumjectas excutit pedicas, quibus gravatae antea mentis alae deprimebantur; jamque adeo velut imaginando [3]) reservatam sibi degustare felicitatem: verum paullo post, ubi cognatum corpusculum, quocum olim aetheriam illam

1) Injeci part. καὶ e marg. et e Gregorio. Necessaria videtur esse, ut illa diversa δοῦναι et πιστευθῆναι magis eluceant: terra, quae non solum corpus dederat, sed etiam in fidem acceperat; illud scilicet in homine nascendo, hoc in morituro. 2) Par. interpr. *pulchram*, aptius ad ipsum Gregorii Platonis doctrinam et dictionem sectati textum. 3) Idem: *per imaginem et simulacrum.*

πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας καὶ διαλύσας Θεός· τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης. Ὁμοίως πρέπει νὰ λογιάζωμεν καὶ διὰ τὰς ψυχὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ἐκ τοῦ ἐναντίου· πῶς καὶ αὐταὶ γροικοῦσι καὶ ἠξεύρουσι τὴν κόλασιν, ὅπου ταῖς ἀναμένει. Καὶ καλᾶ καὶ νὰ μὴν ἔχουσι μήτε οἱ δίκαιοι μήτε οἱ ἁμαρτωλοὶ τελείαν τὴν ἀμοιβὴν τῶν ἔργων των πρὶν τῆς τελευταίας κρίσεως, διατὶ μὲ ὅλον τοῦτο δὲν εἶναι ὅλαις εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κατάστασιν, μήτε εἰς τὸν αὐτὸν τόπον πέμπονται. Ἀπὸ τοῦτο γίνεται φανερὸν, πῶς τὸ τοιοῦτο νὰ μὴ γίνεται πρὶν τῆς τελευταίας κρίσεως χωρὶς κρίσεως μερικῆς· εἶναι λοιπὸν μερικὸν κριτήριον. Καὶ ὅταν λέγωμεν πῶς δὲν ζητᾶ λογαριασμὸν τῆς ζωῆς μας ὁ Θεὸς ἀπὸ ἐμᾶς, τοῦτο νοεῖται πῶς δὲν ἀποδίδοται ὁ λογαριασμὸς τοῦτος κατὰ τὸν ἐδικόν μας τρόπον.

vitam religiosissime vivebat, de terra, quae illud et dederat, et suae traditum fidei asservarat, receperit, modo eo, quem solus novit, qui ista duo tum colligavit tum dissolvit Deus; tum una cum illo coelestis gloriae hereditatem cernere. Pari ratione de facinorosorum animis e contrario existimandum, illos videlicet extemplo sensum item intellectumque destinatorum sibi cruciatuum habere. Quamvis vero neque justi neque damnati plenam rerum actionumque suarum mercedem ante extremum assequantur judicium: non tamen in uno et eodem omnes statu sunt, nec in unum compelluntur locum. Hinc facile patet, hoc ipsum ante postremum illud judicium sine particulari aliquo judicio non fieri, atque hujuscemodi particulare judicium omnino esse. Quando igitur dicimus, non exigere a nobis Deum vitae nostrae rationem, tum intelligendum est, non reddi hanc rationem secundum proprium nostrorum judiciorum morem.

Ἐρώτησις ξβʹ.

Τάχα αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων μετὰ θάνατον εἰς τὸν αὐτὸν βαθμὸν εὑρίσκονται;

Ἀπ. Διατὶ αἱ ψυχαὶ δὲν μισεύουσιν ἀπὸ τὸν κόσμον τοῦτον εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν χάριν, τέτοιας λογῆς

Quaestio LXII.

Numquid vero in eodem beatitudinis gradu, postquam e vita excesserunt, collocatae Sanctorum animae sunt?

Resp. Quoniam animae non in uno et eodem gratiae divinae gradu ex hoc mundo emigrant; pari mo-

καὶ ὕστερα, ἀφ' οὗ μισεύσουσιν ἀπὸ τὸν κόσμον, δὲν στέκουνται εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν βαθμὸν τῆς μακαριότητος κατὰ τὴν Χριστοῦ διδασκαλίαν, ὅπου (Ἰωαν. ιδ'. β'.) λέγει· ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσι· καὶ ἀλλαχοῦ (Λουκ. ζ'. μζ'.)· ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί. ὅτι ἠγάπησε πολύ· ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ. Ὁμοίως καὶ ὁ Ἀπόστολος (Ῥωμ. ζ'. ς'.) λέγει, ὅτι ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

do, postquam hinc emigrarunt, non in uno eodemque beatitatis gradu consistunt; Christo ipso his illud docente verbis (Ioh. XIV, 2.): In domo Patris mei multae sunt mansiones; et alibi (Luc. VII, 47.): Remissa sunt multa illius peccata, quoniam dilexit multum; at parum diligit, cui parum remittitur. Consimiliter et Apostolus ait (Rom. II, 6.): Quod redditurus sit cuique secundum opera sua.

Ἐρώτησις ξγ'.

Τίνα γνώμην πρέπει νὰ ἔχωμεν δι' ἐκείνους, ὅπου ἀποθνήσκουσιν εἰς τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ;

Ἀπ. Πῶς μετὰ τὴν ἐσχάτην κρίσιν ἄλλοι θέλουσιν εἶναι εἰς μεγαλητέρην κόλασιν, καὶ ἄλλοι εἰς μικρὰν, αἰωνίως· κατὰ τὸ εἰρημένον (Λουκ. ιβ'. μζ'.) εἰς τὴν Γραφήν· ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου ἑαυτοῦ καὶ μὴ ἑτοιμάσας μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ δαρήσεται πολλάς. Ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας.

Quaestio LXIII.

Quid de iis vero judicandum, qui decedentes in offensa apud Deum sunt?

Resp. Horum alios, ultimo peracto judicio, gravioribus, alios levioribus, sed aeternis omnes tormentis cruciatum iri, dicente ita Scriptura (Luc. XII, 47.): Servus ille, qui novit voluntatem Domini sui, neque tamen praeparavit fecitque secundum voluntatem illius, vapulabit multis. Sed qui non cognovit et plagis tamen digna admisit, paucis vapulabit.

Ἐρώτησις ξδ'.

Ἀποθνήσκουσι τάχα καὶ ἄνθρωποι, ὅπου νὰ εἶναι ἀνάμεσα τῶν σωζομένων καὶ ἀπολλυμένων;

Ἀπ. Τοιαύτης τάξεως ἄνθρωποι δὲν εὑρίσκονται.

Quaestio. LXIV.

Annon et aliqui sic diem suum obeunt, ut beatorum damnatorumque medii sint?

Resp. Hujusmodi homines nulli reperiuntur. At

Μὰ βέβαια πολλοὶ ἀπὸ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐλευθερώνουνται ἀπὸ τῶν δεσμῶν τοῦ ᾅδου, ὄχι μὲ μετάνοιαν ἢ ἐξομολόγησιν ἐδικήν τους, καθὼς ἡ Γραφὴ (Ψαλ. ϛʹ. εʹ.) λέγει· ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ τίς [1]) ἐξομολογήσεταί σοι; καὶ ἀλλαχοῦ (Ψαλ. ριέ. ιζ.)· οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε Κύριε, οὐδὲ πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς ᾅδου· ἀλλὰ μὲ τὰς εὐποιΐας τῶν ζώντων καὶ προσευχὰς ὑπὲρ αὐτῶν τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὲ τὴν ἀναίμακτον μάλιστα θυσίαν, ὅπου καθ' ἡμέραν προσφέρει ἡ ἐκκλησία διὰ τοὺς ζῶντας καὶ τεθνηκότας κοινῶς ὅλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἀπέθανε δι' αὐτούς. Καὶ ὅτι δὲν ἐλευθερώνουνται ἀφ' ἑαυτῶν των [2]) αἱ τοιαῦται ψυχαὶ, λέγει ὁ Θεοφύλακτος εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ϛʹ. κεφ. ἑρμηνεύων τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ, ὅπου εἶπεν, ὅτι ἔχει ἐξουσίαν ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας· ὅρα, ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς ἀφίενται αἱ ἁμαρτίαι· ἕως οὗ γὰρ ἐσμὲν ἐπὶ τῆς γῆς, δυνάμεθα ἐξαλεῖψαι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· μεθ' ὃ μέντοι [3]) τῆς γῆς ἀπαναστῶμεν,

illud probe constat, sceleratos homines non paucos de orci claustris eripi atque liberari, non sua quidem ipsorum poenitentia sive confessione, quemadmodum Scriptura dicit (Ps. VI, 5.): Quis enim confiteatur tibi in inferno? et loco alio (Ps. CXV, 17.): Non laudabunt te mortui Domine, neque omnes qui descendunt in infernum, verum piis superstitum officiis et ecclesiae pro ipsis deprecationibus, praecipue vero per incruentum (Liturgiae) sacrificium, quod Ecclesia pro vivis mortuisque omnibus communiter, quemadmodum et Christus pro iis pariter mortuus est, quotidie offert. Ceterum haudquaquam suapte opera animas hujusmodi ex inferis liberari, docet Theophylactus in caput sextum Lucae, ea Christi verba, quibus potestatem remittendi peccata in terra sibi vindicat, exponens (immo in cap. V, 24. p. 236. Rom.) [4]): Observa, inquit, remitti peccata in terra. Quamdiu enim in hac terra commoramur, peccata

1) Insignivi accentu utpote interrog. ut qu. 63. τίνα γνώμην scriptum invenimus. Cfr. supr p. 98. Antea correxi numerum ϛʹ, in version. 6., in εʹ et 5 ex nostris LXX editt., quorum textus accurate redditur. 2) Delevi circumflexum, qui in cunctis editt. repertus est. Est enim art. possess., quo notio possess. quae jam est in vocula ἑαυτῶν, exacuitur, scilicet tautologice. Recte q. 65. scriptum est ἑαυτούς τους. Cfr. p. 100. 105. 109. 3) In unum copulavi, quae per errorem typogr., quem emendare Hofmannus non ausus est, disjecta fuerunt. 4) Recte ab interprete ipsa Conf. est correcta. Locus, quo peccata remittere sibi sumsit Christus, est Luc. V, 24. ad quem Theoph. illa curate descripta philosophatus est in edit. Venet. p. 307.

οὐκ ἔτι ἡμεῖς αὐτοὶ δυνάμεϑα δι' ἐξομολογήσεως ἐξαλεῖψαι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· ἀποκέκλεισται γὰρ ἡ ϑύρα. Καὶ εἰς τὸ κβʹ. τοῦ Ματϑαίου [1]) *ἑρμηνεύων τὸ· δήσαντες αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας, ἀντὶ τῶν πρακτικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, λέγει· ἐν τῷ αἰῶνι μὲν γὰρ τῷ ἐνεστῶτι ἔστι πρᾶξαι καὶ ἐνεργῆσαι τὶ, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι δεσμοῦνται πᾶσαι αἱ πρακτικαὶ δυνάμεις τῆς ψυχῆς· καὶ οὐκ ἔστι ποιῆσαί τι ἀγαϑὸν εἰς ἀντισήκωσιν τῶν ἁμαρτιῶν. Καὶ εἰς τὸ κέ. τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελίου·* [2]) *μεταμελείας γὰρ καὶ ἐργασίας καιρὸς οὐκ ἔστι μετὰ τὴν ἐνϑένδε ἀποβίωσιν. Ἀπὸ τὰ ὁποῖα λόγια γίνεται φανερὸν, πῶς ὕστερα ἀπὸ τὸν ϑάνατον ἡ ψυχὴ δὲν ἠμπορεῖ νὰ ἐλευϑερωϑῇ ἢ νὰ μετανοήσῃ· καὶ νὰ κάμῃ τίποτες ἔργον, ὅπου*[3]) *νὰ λυτρωϑῇ ἀπὸ τὸν δεσμὸν τοῦ ᾅδου, μόνον αἱ ϑεῖαι λειτουργίαι, αἱ προσευχαὶ καὶ ἐλεημοσύναι, ὅπου γίνουνται δι' αὐτὴν ἀπὸ τοὺς ζῶντας, ἐκεῖνα τὴν ὠφελοῦσι πολλότατα, καὶ ἀπὸ τὰ δεσμὰ τοῦ ᾅδου τὴν ἐλευϑεροῦσιν.*

nostra expungere possumus; at postquam e terra demigravimus, non possumus deinde ipsimet ope confessionis peccata nostra inducere. Jam enim oppessulatae sunt fores. Et in cap. XX. Matth. enarrans haec verba (vers. 13.): Colligantes manus illius ac pedes; per quae animae facultates activae designantur, ait: In seculo quidem praesenti agere operarique licet; at in futuro vinciuntur omnes activae [4]) facultates animae, nec tum boni quidpiam efficere possumus in compensationem nostrarum noxiarum [5]). Et in cap. XXV. ejusdem Evangelii (pag. 108.): Non est poenitentiae operationisque tempus post discessum ex hac vita. Quibus ex verbis clarum evadit, ab excessu suo liberari per se animam, poenitentiamque agere non posse, nihilque ejusmodi moliri, quo infernis eximatur vinculis. Solae igitur sacrae liturgiae precesque et eleemosynae, quae animae caussa a viventibus praestantur, illam plurimum adjuvant, atque ex Acheronte redimunt.

---

1) Locus legitur in edit. Venetiana 1754. Tom. I. p. 118. et quidem accurate descriptus. 2) In ead. edit. p. 137. ad vers. indicati cap. 10. 3) Conjicit margo *ὅπως* pro vulg. *ὅπου*. Id quod non opus est. *Ὅπου* enim indecl. pron. relat. hic dat. instrum. est, quum omnes casus una illa forma exprimantur, veluti nom. plur. fem. verbis sequent. *ἐλεημοσύναι, ὅπου γίνουνται.* Pro accus. plur. fem. est q. 66., pro sing. acc. fem. p. 109., pro nom. plur. fem. q. 67., pro dat. plur. tempus exprimente q. 95. 4) Interpres Theoph. (de Rubeis); *operativae facultates*. 5) Idem; *in ablutionem peccatorum*.

Ἐρώτησις ξέ.

Τίνα γνώμην πρέπει νὰ ἔχωμεν διὰ ταῖς ἐλεημοσύναις καὶ ταῖς ἀγαθοεργίαις, ὅπου δίδουνται διὰ τοὺς ἀποθαμένους;

Ἀπ. Περὶ τούτου ὁ ἴδιος Θεοφύλακτος διδάσκει εἰς τὸ ιβ΄. κεφ. στιχ. έ. τοῦ Λουκᾶ [1]), ἐξηγῶντας τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ, ὅπου εἶπεν· φοβήθητε τὸν ἐξουσίαν ἔχοντα ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν· γράφει δὲ οὕτως· „ὅρα γὰρ, ὅτι οὐκ εἶπε, φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι βάλλοντα εἰς τὴν γέενναν, ἀλλ' ἐξουσίαν ἔχοντα βαλεῖν· οὐ γὰρ πάντως οἱ ἀποθνήσκοντες ἁμαρτωλοὶ βάλλονται εἰς τὴν γέενναν· ἀλλ' ἐν τῇ ἐξουσίᾳ κεῖται τοῦτο τοῦ Θεοῦ· ὥστε καὶ τὸ συγχωρεῖν. Τοῦτο δὲ λέγω διὰ τὰς ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις γινομένας προσφορὰς καὶ τὰς διαδόσεις· αἳ οὐ μικρὰ συντελοῦσι τοῖς καὶ ἐν ἁμαρτίαις βαρείαις ἀποθανοῦσιν. Οὐ πάντως οὖν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι βάλλει εἰς τὴν γέενναν· ἀλλ' ἐξουσίαν ἔχει βαλεῖν. Μὴ τοίνυν ἐλλείψωμεν ἡμεῖς σπουδάζοντες δι' ἐλεημοσυνῶν καὶ

Quaestio XLV.

Quid igitur sentiendum de eleemosynis piisque officiis, quae in refrigerium mortuorum praestantur?

Resp. Ea de re idem Theophylactus in caput XII. Lucae exponens verba Christi (vers. 5.): Timete illum, qui potestatem conjiciendi in geennam habet; ita commentatur: „Animadverte, sodes [2]), non dicere Christum, timete illum, qui postquam occidit, in geennam conjicit, sed qui potestatem conjiciendi habet. Neque enim omnes omnino [3]), qui in peccatis suis moriuntur, in geennam conjiciuntur. Sed id in Dei situm est manu; sicut et veniam illis largiri, quod propter pias oblationes erogationesque [4]), quae dormientium bono fiunt, dico; quippe quae non parum conducunt iis etiam, qui gravissimis sceleribus contaminati hinc decesserunt. Itaque non omnino postquam occidit, in geennam sontes [5]) projicit Deus; sed projiciendi potestatem habet. Ne igitur cessemus

---

1) In edit. Venet. p. 366.; verba cuncta cum textu conveniunt. 2) Theoph. interpr.: *Vides enim, quod non dixit.* 3) Idem: *Non enim semper qui moriuntur peccatores — sed sunt in potestate Dei, ut etiam dimitti possint.* 4) Idem: *distributiones.* 5) Omisit ille interpres, adjectum a nostro, ne quis male locum intelligeret. Notatu dignum est, illum Theoph. editorem hunc locum existimare pro purgatorio posse advocari, id quod Catech. auctor sequenti interrogatione respuit. Adscripsit enim ille ad illius loci marg.: *Defunctorum auxilia*, *Purgatorii adsertio.*

πρεσβειῶν ἐξιλεοῦσθαι τὸν ἐξουσίαν μὲν ἔχοντα βαλεῖν, οὐ πάντως δὲ τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ χρώμενον, ἀλλὰ καὶ συγχωρεῖν δυνάμενον.„ Ἀπὸ τὴν διδασκαλίαν λοιπὸν τῆς ἁγίας Γραφῆς καὶ τοῦ Πατρὸς τούτου τὴν ἐξήγησιν τοῦτο ἐκβάζομεν, πῶς πρέπει πάντως νὰ παρακαλοῦμεν διὰ τοὺς κεκοιμημένους, καὶ νὰ προσφέρωμεν θυσίας ἀναιμάκτους, διδόντες ἐλεημοσύνας· ἐπειδὴ ἐκεῖνοι δὲν ἠμποροῦσι τὰ τοιαῦτα νὰ κάμουσιν διὰ τοὺς ἑαυτούς τους.

nos etiam atque etiam adniti, quo eleemosynis et intercessionibus nostris illum propitiemus, qui hac projiciendi potestate instructus ea non semper utitur; sed veniam etiam indulgere potest.„ Igitur e doctrina S. Scripturae Patrisque hujus expositione illud deducimus: oportere omnino a nobis preces pro defunctis concipi atque offerri incruenta sacrificia spargique liberali manu eleemosynas; siquidem non possunt pia hujusmodi opera sua caussa ipsimet praestare.

Ἐρώτησις ξς'.

Πῶς πρέπει νὰ γροικοῦμεν διὰ τὸ πῦρ τὸ καθαρτήριον;

Ἀπ. Οὐδεμία Γραφὴ διαλαμβάνει περὶ αὐτοῦ, νὰ εὑρίσκεται δηλαδὴ κἂν μία πρόσκαιρος κόλασις καθαρτικὴ τῶν ψυχῶν, ὕστερα ἀπὸ τὸν θάνατον· μάλιστα ἡ γνώμη τοῦ Ὠριγένους διὰ τοῦτο κατεκρίθη ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας εἰς τὴν δευτέραν Σύνοδον τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἔτι δὲ φανερὸν εἶναι, πῶς ὕστερα ἀπὸ τὸν θάνατον ἡ ψυχὴ δὲν ἠμπορεῖ νὰ δεχθῇ κἂν ἕνα μυστήριον τῆς ἐκκλησίας· καὶ ἂν ἴσως καὶ ἤθελεν εἶναι δυνατὸν, νὰ πλερώσῃ ἀτή της διὰ τὰ ἁμαρτήματά της, ἤθελεν ἠμπορεῖ νὰ δεχθῇ καὶ μέρος ἀπὸ τὸ μυστήριον τῆς μετανοίας, τὸ ὁποῖον ἔστωντας καὶ νὰ εἶναι ἔξω ἀπὸ τὴν ὀρ-

Quaestio XLVI.

De Purgatorio autem Igne, quid nobis judicandum?

Resp. Nihil usquam de eo in sacris literis traditur, quod temporaria ulla poena, animorum expurgatrix, a morte exsistat. Imo vero eam praecipue ob caussam in secunda Synodo Constantinopolitana ab Ecclesia Origenis damnata est sententia. Praeterea per se satis manifestum est, morte semel obita nullius Sacramenti ecclesiastici participem fieri posse animam. Tum si fieri fortassean posset, ut admissas noxias sua satisfactione ipsamet expiaret: haud dubie etiam partem aliquam sacramenti poenitentiae accipere eadem posset. Quod quoniam ab orthodoxa doctrina abhorret; jure meritoque ec-

ἀδόδοξον διδασκαλίαν. Ἡ ἐκκλησία μὲ δικαιοσύνην προσφέρει δι' αὐτὰς τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, καὶ προσευχὰς πρὸς Θεὸν πέμπει ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· μὰ ὄχι ἐκεῖνοι νὰ πάσχουσι κἂν μίαν κόλασιν, καὶ μετ' αὐτὴν νὰ καθαρίζωνται. Τοὺς δὲ μύθους τινῶν ἀνθρώπων, ὅπου λέγουσι περὶ ψυχῶν, πῶς, ὅταν μισεύσουσιν ἀμετανόηταις ἀπὸ τὸν κόσμον, κολάζονται εἰς σουβλία, εἰς νερὰ καὶ λίμναις, ποτὲ δὲν τοὺς ἐδέχθηκεν ἡ ἐκκλησία.

clesia manium istorum caussa sacrificium incruentum offert, precesque ad Deum ablegat ad impetrandam eorum veniam, quae olim in vita deliquerant; non vero ut ipsi nonnihil supplicii sustinentes, eo dein perpurgentur. Ceterum fabulas quorundam hominum, quas de animis comminiscuntur: quod videlicet, ubi poenitentia non procurati satis expiatique fato intercipiuntur, discrucientur subulis, aquis, lacubus: nostra nunquam admisit probavitque ecclesia.

Ἐρώτησις ξζ'.

Ποῖος τόπος εἶναι ἰδίᾳ διωρισμένος εἰς ταῖς ψυχαῖς ἐκείνων, ὅπου ἀποθνήσκουσιν εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ;

Quaestio LXVII.

Quinam locus peculiariter animabus eorum destinatus est, qui in gratia Dei vita concedunt?

Ἀπ. Αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων, ὅπου μισεύουσιν ἀπὸ τὸν κόσμον τοῦτον εὑρισκόμεναι εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ μὲ μετάνοιαν τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, ἔχουσι τόπον τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ· διατὶ οὕτω λέγει (Σοφ. γ'. α'.) ἡ ἁγία Γραφή· δικαίων ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος. Ἀκόμι ὀνομάζεται ὁ τόπος αὐτῶν παράδεισος· καθὼς ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν (Λουκ. κγ'. μγ'.) εἶπεν εἰς τὸν σταυρὸν ἀπάνω πρὸς τὸν λῃστήν· ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Κράζεται καὶ κόλπος

Resp. Animae hominum, quae hoc mundo egredientes in gratia apud Deum sunt criminumque suorum poenitentiam egerunt, locum suum in manibus Dei habent. Sic enim sacra loquitur Scriptura (Sap. III, 1.): Animae justorum in manu Dei sunt, nec attinget eas cruciatus. Nuncupatur earum locus etiam Paradisus, quomodo Dominus noster Christus latroni in cruce dixit (Luc. XXIII, 43.): Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Vocatur et sinus Abraami, uti scriptum est (Luc. XVI, 22.):

τοῦ Ἀβραὰμ, κατὰ τὸ (Λουκ. ις΄. κβ΄.) γεγραμμένον· ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ἀπὸ [1]) τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ. Καὶ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου (Ματθ. η΄. ια΄.) λέγοντος· λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Διὰ τοῦτο ὅποιος ὀνομάσει τὸν τόπον τοῦτον ἕνα ὄνομα ἀπὸ ὅσα εἴπαμεν, δὲν σφάλει· μόνον νὰ γροικᾷ, πῶς εἶναι αἱ ψυχαὶ εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς τὴν οὐράνιον βασιλείαν· καὶ, καθὼς οἱ ἐκκλησιαστικοὶ ὕμνοι ψάλλουσιν, εἰς τὸν οὐρανόν.

Contigit autem, mori pauperem, et deferri ab Angelis in sinum Abraami. Dicitur etiam **regnum coelorum**, secundum dictum Domini (Matth. VIII, 11.): Dico vobis, multi ab oriente et occidente venient, et accumbent cum Abraamo, Isaaco et Jacobo in regno coelorum. Nihil igitur erraverit, quisquis locum illum aliquo istorum nominum, quae recensuimus, nominaverit; modo ut recte intelligat, esse animas in gratia Dei et in regno coelesti et ut hymni ecclesiastici canunt in coelo.

Ἐρώτησις ξη΄.

Καὶ αἱ ψυχαὶ ἐκεῖναι, ὅπου μισεύουσιν ἀπὸ τὰ κορμία εὑρισκόμεναι εἰς θεϊκὴν ὀργὴν, ποῦ εἶναι;

Quaestio LXVIII.

At ubinam locorum illae agunt animae, quae e corporibus suis exeuntes in offensa apud Deum sunt?

Ἀπ. Ὁ τόπος ἐκείνων μὲ διαφορετικὰ ὀνόματα λέγεται. Πρῶτον ὀνομάζεται ᾅδης, εἰς τὸν ὁποῖον ἀπώσθηκεν ὁ διάβολος, ἀπὸ τὸν οὐρανὸν διωχθείς· ὡς λέγει ὁ Προφήτης (Ἠσ. ιδ΄. ιδ΄.) [2])·

Resp. Variis locus ille designatur nominibus. Primum nuncupatur **Infernus**, in quem exturbatus coelo Diabolus detrusus est, teste Propheta (Jes. XIV,

1) In N. T. textu est ὑπό. Antea expedivi vocabulum αὐτὸν uncinis, quum item in N. T. nullam lectionis viderim differentiam. Num forte fuit in exemplaribus, quibus illi usi sunt? 2) Adde v. 15, quo Dei comminatio continetur. Descripta accurate ex LXX., interjectis illis, quae in parenthesi sunt. Mox post voculam δεύτερον mediam delevi intercisionem.

ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ (εἶπεν ὁ διάβολος)· νῦν δὲ εἰς ᾅδου καταβήσῃ, καὶ εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Δεύτερον λέγεται πῦρ αἰώνιον· λέγει γὰρ (Ματθ. κέ. μά.) ἡ Γραφή· πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ἀκόμι σκότος ἐξώτερον [1]) (εἰς τὸ αὐτὸ λ΄.)· καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Ὀνομάζεται ἀκόμι καὶ μὲ ἄλλα ὀνόματα· μὰ ὅλα σημαίνουσι, πῶς εἶναι τόπος τῆς κατακρίσεως καὶ τῆς θείας ὀργῆς· εἰς τὸν ὁποῖον καταβαίνουσιν αἱ ψυχαὶ ἐκείνων, ὅπου μισεύουσιν ἀπ' ἐδῶ ὠργισμένοι ἀπὸ τὸν Θεὸν καὶ ἀπεγνωσμένοι. Μὰ τοῦτο εἶναι ἄξιον νὰ τὸ ἠξεύρῃ καθ' ἕνας, πῶς αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων, καλᾶ καὶ νὰ εἶναι εἰς τοὺς οὐρανούς, δὲν ἐπήρασι [2]) μὲ ὅλον τοῦτο τέλειον τὸν στέφανον πρὶν τῆς τελευταίας κρίσεως μήτε αἱ ψυχαὶ τῶν κατακρίτων τελείαν κόλασιν πάσχουσι· μὰ ὕστερα ἀπὸ τὴν ἐσχάτην κρίσιν θέλουσι πά-

14.): Similis ero Altissimo, (dixit Diabolus) nunc autem in infernum descendes, et in fundamenta terrae. Secundum est: **Ignis sempiternus**; dicit enim Scriptura (Matth. XXV, 41.): Discedite a me maledicti in ignem illum sempiternum, qui Diabolo et Angelis illius paratus est. Etiam **Tenebrae exteriores** (ibidem versu 30.): Ejicite inutilem istum servum in tenebras exteriores, ubi erit ejulatio et stridor dentium. Appellatur et aliis vocabulis, sed quae omnia locum condemnationis iraeque divinae valent, quem in locum animae eorum descendunt, qui hinc demigrant invisi offensique Deo ac damnati. Porro et illud omnibus tenendum est, animas justorum, quamquam coelo jam receptas, neutiquam tamen ante extremum judicium plenam perfectamque gloriae coronam consequi, neque rursus animas damnatorum plenam antea ultionem poenamque perpeti. Verum post summum illud atque decretorium judicium animas una cum cor-

1) Voculam *ἐξώτερον* apud Norm. uncinis clausam inveni, sine dubio quod in N. T. modo additur modo omittitur. 2) Et in hoc vocabulo et in *ἠξεύρῃ* supra addidi jota subscriptum. *Νὰ* enim part., decurtata ex *ἵνα*, aut conj. poscit, aut infinit. q. XI.: *νὰ συνάξωμεν* p. 70. *νὰ εἶναι*, ut et hic paullo post; p. 72. *νὰ κάμῃ* aperte fuit perscriptum. *Ἐπήρασι* vero cohaeret cum verbo *ἐπαίρω* reportare, talesque aoristi in tert. plur. et sing. pers. exire solent in — *ασι* s. *ασιν*, veluti p. 94. *ἐθέλασιν* p. 95. *ἤλθασι*. p. 94. *ἐθέλασι*. Infra q. 84. scriptum est recte *ἐπῆρεν*.

ρειν αἱ ψυχαὶ μαζὶ μὲ τὰ σώματα τελείως τὸν στέφανον τῆς δόξης ἢ τὴν κόλασιν.

poribus suis usquequaque aut coronam gloriae aut suppliciorum ferre cruciatus.

Ἐρώτησις ξθ΄.

Πῶς εἶναι τὸ ὄγδοον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα, τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον· τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν Προφητῶν.

Quaestio LXIX.

Octavus fidei Articulus quomodo habet?

Resp. Et in Spiritum sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre procedit, et una cum Patre et Filio adoratur et glorificatur, qui item per Prophetas locutus est.

Ἐρώτησις ό.

Τί διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο τῆς πίστεως;

Ἀπ. Τρία πράγματα· πρῶτον πῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι Θεὸς, ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, τὸ ὁποῖον εἶναι φανερὸν ἀπὸ τὰ λόγια τοῦ Ἀποστόλου (ά. Κορ. ιβ΄. δ΄.) λέγοντος· Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσί, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσί, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι· καὶ ἀλλαχοῦ (β΄. Κορ. ιγ΄. ιγ΄.)· ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. Εἰς τὰ ὁποῖα, καλὰ καὶ ποτὲ νὰ προηγῆται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ

Quaestio LXX.

Quid iste docet Articulus?

Resp. Tria. Primum est: Spiritum sanctum Deum esse Patri et Filio consubstantialem, quod ex verbis Apostoli manifestum est (1 Corinth. XII, 4.): Distinctiones donorum sunt, sed idem est Spiritus. Et distinctiones ministeriorum sunt, sed idem est Dominus. Et distinctiones operationum sunt, sed idem est Deus, qui omnia operatur in omnibus. Et alibi (2 Corinth. XIII, 13.): Gratia Domini nostri Jesu Christi et caritas Dei et communio Spiritus sancti sit vobiscum omnibus. Quibus in locis quod alibi primo loco nominatur Spiritus sanctus

ποτὲ ὁ Υἱὸς, τοῦτο γίνεται διατὶ εἶναι ὁμοούσια, καὶ ἰσότιμα, καὶ τὰ τρία πρόσωπα·[1]) μὰ ὄχι νὰ ἔχῃ κἂν μίαν οὐσίαν ὁ Υἱὸς ἢ τὸ Πνεῦμα, καθὼς ἔχει ὁ Πατήρ· ἀμέσως καὶ ὁμοίως εἰς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα. Καὶ εἰς τὰς Πράξεις τῶν Ἀποστόλων τὸ αὐτὸ ἔδειξεν ὁ Πετρὸς (Πράξ. έ. γ΄.), λέγων τῷ Ἀνανίᾳ· διατί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; καὶ τελειώνωντας τὸν ἴδιον λόγον προστίθησιν· οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Θεὸς ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

rursus alibi Filius, id ea re fit, quod tres Personae ejusdem substantiae, honorisque aequalis consortes sint [2]); minime vero, quasi essentia a Spiritu sancto Filius differat, aut a Filio Spiritus. Id quod dictu nefas est; sed quod ejusdem et essentiae et gloriae (personae divinae), ut jam diximus, consortes sint, et quod proxime ac pariter in simplicissimo simul, suam a Patre originem Filius Spiritusque habeant, per generationem Filius, at Spiritus per processionem. Idem et in Actibus Apostolicis declarat Petrus Ananiam alloquens (cap. V, 3.): Quare implevit Satanas cor tuum, ut falleres Spiritum sanctum? et mox sermonem illum suum absolvens addit: Non mentitus es hominibus sed Deo. Est itaque omnino Spiritus sanctus Deus.

---

1) Magna est in hoc loco lectionis varietas. Margo enim non solum verba *καὶ — πρόσωπα* expunxit, sed etiam totum locum sic constituit, ut ab interprete redditus est: *οὐχὶ δὲ διὰ τὸ ἔχειν τινὰ οὐσίαν διάφορον ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ· ἄπαγε τοῦ τοῦτο λέγειν· ἀλλ᾽ ὅτι εἰσὶν ὁμοούσια καὶ ἰσότιμα, ὡς προέφημεν, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀμέσως καὶ ὁμοίως ἐν τῷ ἅμα ἔχουσι τὴν ἀρχὴν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα· ὁ μὲν υἱὸς κατὰ γέννησιν· τὸ δὲ πνεῦμα κατ᾽ ἐκπόρευσιν.* Cfr. quae de hac varietate in Proleg. monuimus. Vulg. sic verte: Hoc fit, quod ejusdem naturae et honoris sunt et tres personae (i. e. per se ita subsistentes, ut quippe pro naturae aequalitate unius locum etiam passim ut in Scr. sacr. alius tenere possit), non quasi non (*μὰ ὄχι νὰ* idem quod supra p. 78.: *ὄχι — νὰ μὴν*) unam haberet naturam Filius vel Spiritus, qualem habet Pater; (hic lubuit pro commate ponere mediam intercisionem) sine medio et similiter Filii se habet Spiritus i. e. in cunctis rebus similis est Filii etiam Spiritus. (*Ὁμ. εἰς τινὰ* quod alius est *ὁμ. με τινα*, quod legitur p. 70. item q. 36. ubi nostro loco similia sunt: *ὁμοίως εἶναι ὁμοούσιος* (Filius) *μὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα.*

2) Norm. *sunt*, quod Conjunct. mox sequenti male respondet.

Ἐρώτησις οά.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον, ὅπου διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπ. Διδάσκει πῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ὡς πηγῆς καὶ ἀρχῆς τῆς θεότητος· διὰ τὸ ὁποῖον ὁ αὐτὸς Σωτήρ μᾶς διδάσκει (Ἰωαν. ιέ. κς΄.) λέγων· ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Τὴν διδασκαλίαν ταύτην τὴν ἑρμηνεύει ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος εἰς τὸ σύμβολόν του· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, οὐ πεποιημένον, οὔτε δεδημιουργημένον, οὔτε γεγεννημένον· ἀλλ' ἐκπορευτόν. Ὁ Θεὸς (ὁ αὐτὸς Ἀθανάσ. ἐν ταῖς ἱεραῖς ἐρωτήσεσι. δ΄.) καὶ Πατὴρ, αὐτὸς μόνος ἐστὶν αἴτιος τοῖς δυσὶ καὶ ἀγέννητος· ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς αἰτιατὸς, καὶ γεννητός· καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς αἰτιατὸν καὶ ἐκπορευτόν, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ ἐν τῷ κόσμῳ ἀποστελλόμενον. Καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος (λόγ. έ. [1]) περὶ θεολογίας.) οὕτω φησί· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ὃ καθ' ὅσον μὲν ἐκεῖθεν ἐκπορεύεται, οὐ κτίσμα· καθ' ὅσον δὲ οὐ γεννητὸν,

Quaestio LXXI.

Quodnam secundum est, quod hoc Articulo docetur?

Resp. Quod Spiritus sanctus ex solo Patre, velut fonte ac origine divinitatis, procedit. Qua de re ita ipse nos Servator noster edocet (Joh. XV, 26.): Quando venerit Paracletus, quem ego a Patre missurus sum, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit. Eandem doctrinam ita in Symbolo suo explicat S. Athanasius (T. II, p. 32.): Spiritus sanctus a Patre, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens est; (id. in sacris Quaestionibus IV. T. II. p. 438. conf. Quaest. XV.) Deus et Pater, ipse solus duorum caussa est, et ingenitus. Filius ex solo Patre, ortus sui caussa, editus genitusque est. Ipse etiam Spiritus de solo Patre ut caussa oritur ac procedit; sed per Filium in mundum emittitur. Et Gregorius Theologus hunc in modum loquitur (de Theologia, oratione V. de Spiritu sancto, Ald. f. 58. Par. p. 597.): Spiritus sanctus, qui a Patre procedit, quatenus illinc procedit, res creata non est; quatenus autem genitus non est,

1) Vulg. δ΄. Est vero quinta et ultima de theologia oratio. Correxit jam interpres in vers.

οὐχ Υἱός· καθ' ὅσον δὲ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον, Θεός. Περὶ τούτου εἴρηται πλατύτερον εἰς τὸ πρῶτον ἄρθρον· φθάνει λοιπὸν τῶρα νὰ κρατοῦμεν βέβαιον καὶ νὰ πιστεύωμεν ἐκεῖνο, ὅπου ὁ Χριστὸς μᾶς ἐδίδαξε, καὶ ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία ἡ καθολικὴ καὶ ὀρθόδοξος πιστεύει, καὶ ὡμολόγησεν εἰς τὴν δευτέραν οἰκουμενικὴν σύνοδον, καὶ ἐκύρωσε τὸ σύμβολον χωρὶς τῆς προσθήκης· καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ἐναντίον ἐκείνων, ὅπου ἐπροσθέσασι τὸν λόγον τοῦτον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἔκαμεν ἐπιτίμησιν, ὄχι μόνον ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία ἡ ὀρθόδοξος καὶ καθολικὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ δυτικὴ τῆς Ῥώμης· τὸ ὁποῖον διαμαρτύρονται δύο πίνακαις [1]) ἀργυραῖ, εἰς τὰς ὁποίας ἦτον γεγραμμένον τὸ ἱερὸν σύμβολον τῆς πίστεως Ἑλληνιστὶ εἰς τὴν μίαν καὶ εἰς τὴν ἄλλην Λατινιστὶ, χωρὶς τὴν πρόσθεσιν τούτου τοῦ μέρους καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· αἱ ὁποῖαι μὲ πρόσταγμα τοῦ Πάπα Ῥώμης Λέοντος τρίτου ἐκρέμαντο εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἁγίου Πέτρου, ἐν ἔτει Χριστοῦ ωθ'. ὡς φησὶ Βαρώνιος. Διὰ τοῦ-

non est Filius; quatenus vero inter ingenitum et genitum medius est, Deus utique est. Verum de hoc negotio uberius jam actum a nobis fuit ad articulum primum. Satis igitur nunc nobis est, ut firma fide teneamus credamusque, quod ipse nos Christus docuit, quod orientalis Catholica et Orthodoxa credit Ecclesia et in secundo oecumenico Concilio communiter professa fuit; atque symbolum sine isthac appendicula: et ex Filio ratum esse jussit. Immo vero gravi illos censura, qui haec adjecere verba, non modo orientalis Ecclesia orthodoxa ac Catholica perstrinxit: sed et occidentalis Romana. Quod satis confirmant tabulae binae argenteae, in quarum altera Graece altera Latine sacrum fidei symbolum, non adjecta ista particula, et ex Filio, proscriptum erat. Quae jussu Leonis tertii, Papae Romani, in aede S. Petri fixae propositaeque sunt, anno Christi ıↄcccix, quemadmodum prodit Baronius (A. 809, tmem. 62.) [2]). Qui ita-

1) Ita recte scribit edit. Norm., falso Hofm. *πίνακαι*, quemadmodum nullo pacto hoc vocabulum exire potest. Aut antiqua retinetur flexio, aut recentior adhibetur, quae in — *αις* terminatur in plur., manente pro ratione vocabuli in antepaenult. accentu veluti *ἐπήρειαις* P. II. qu. 25. a nom. *ἐπήρεια* P. III. qu. 42. Imo art. habet hanc termin. *ταῖς* P. II. qu. 23. Infra q. 79.; p. 131. item accus. qu. 84., supra p. 114. 2) Vide, quam argute de his scutis disputaverit *Leo Allatius* de ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione. Colon. Agripp. 1648. libr. II. c. 6. §. 6.

το ὁποῖος στέκεται σταθερὸς καὶ βέβαιος εἰς τὴν πίστιν τούτην, ἔχει βεβαίαν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας του, διατὶ δὲν παρεκκλίνει καθόλου ἀπὸ τὴν κοινὴν γνώμην τῆς ἐκκλησίας.

que constans et firmus in hac fide persistit, is indubiam suae salutis habet fiduciam, ut qui nihil omnino declinat a communi Ecclesiae sententia.

Ἐρώτησις οβ'.

Τί διδάσκει τρίτον τὸ ἄρθρον τοῦτο;

Ἀπ. Διδάσκει πῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι εὑρετὴς τῆς ἁγίας Γραφῆς, τόσον τῆς παλαιᾶς ὅσον καὶ τῆς νέας, καὶ αὐτὸ τὴν ὡμίλησε μὲ τὸ μέσον πολλῶν συνεργῶν. Διὰ τοῦτο καθὼς ἡ Γραφὴ τῆς παλαιᾶς διαθήκης τέτοιας λογῆς καὶ τῆς νέας εἶναι διδασκαλία τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ διὰ τὴν ἀφορμὴν τούτην εἰς ὅλας τὰς οἰκουμενικὰς συνόδους καὶ τοπικὰς, τὰς ὀρθοδόξους, ὅπου καὶ ἂν ἐγίνησαν, πίστευε πῶς ὅ, τι ἀποφασίσασιν [1]) οἱ ἅγιοι Πατέρες, νὰ εἶναι ἀπὸ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καθὼς εἴπασιν οἱ Ἀπόστολοι (Πράξ ιέ. κή.) εἰς τὴν σύνοδον· ἔδοξε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν· κατὰ τὸ παράδειγμα τῶν ὁποίων καὶ αἱ λοιπαὶ ἄλλαι ὀρθόδοξοι σύνοδοι ἐσυμπεραίνασι τὰ δόγματά τως [2]) μὲ τὸν ὅμοιον τρόπον.

Quaestio LXXII.

Quid tertium est, quod in hoc Articulo docetur?

Resp. Spiritum sanctum sacrae Scripturae tam Veteris quam Novae, genuinum esse auctorem, illamque per manus multorum administrorum ipsum edidisse, eaque re ut Veteris Testamenti Scripturam ita etiam Novi Spiritus sancti doctrinam esse. Quamobrem quidquid sancti Patres in omnibus universalibus atque particularibus orthodoxis Conciliis quocunque tandem loco habitis statuerunt: id a Spiritu sancto profectum esse credas oportet; quemadmodum in Synodo sua ipsimet loquuntur Apostoli (Act. XV, 28.): Visum est Spiritui sancto ac nobis. Quorum exemplo cetera item orthodoxa Concilia simili modo decreta sua concluserunt.

---

1) Recepi marg. lectionem ἀποφ. pro ἐποφ. quae forma non tolerabilis. De hac utriusque praepos. confusione vide supra p. 108.
2) Intactam reliqui hanc voculam, ex altera forma τους enatam, nollemque supra p. 82. correxissem.

Ἐρώτησις ογ'.

Πόσα καὶ ποῖα εἶναι τὰ Χαρίσματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Ἀπ. Ἑπτὰ, διὰ τὰ ὁποῖα λέγει ἡ Γραφὴ εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν (Κεφ. δ'. ε'.)· καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου· αἵ εἰσὶ τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα λοιπὸν τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος ἢ μᾶλλον εἰπεῖν αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ἦτον εἰς τὸν Χριστὸν πλουσιώτερα καὶ τελειότερα, ἢ κατ'[1] ἄνθρωπον, ὡς λέγει ὁ Προφήτης (Ἡσ. ια'. β'.)· καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Κυρίου[2]· πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως· πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος· πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· καὶ[3]) ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ. Τοῦτο βεβαιώνει ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης (Κεφ. α'. ιδ'.) λέγωντας· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάν-

Quaestio LXXIII.

Quot et quaenam Spiritus sancti Charismata sunt?

Resp. Septem. De quibus ita in Apocalypsi sacra Scriptura loquitur (IV, 5.): Et septem lampades igneae ardentes coram throno, quae sunt septem Spiritus Dei. Haec igitur Spiritus dona, aut rectius loquendo, ipse Spiritus sanctus in Christo, quam in ullo alio homine modis omnibus copiosiora atque consummatiora erant, dicente Propheta (Ies. XI, 2.): Et requiescet super illum Spiritus Domini, Spiritus sapientiae et intelligentiae, Spiritus consilii et roboris, Spiritus cognitionis et pietatis, et implebit illum Spiritus timoris Domini. Quod suo testimonio affirmat Evangelista Ioannes (I, 14.): Et verbum caro factum est, et habitabat nobiscum, et vidimus gloriam illius, ut gloriam unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate, (v. 16.) et ex plenitudine ipsius nos omnes ac-

1) Recte offensus est, qui notas ad marg. scriberet. Defuit loco aliquid, quod nulla ratione potuit silentio praeteriri. Auguratus ille est, legendum esse *κατ' ἄνθρ.* pro *καθ' ἄνθρ.*, quae vulg. est, aut *ἢ εἰς κάθα ἄνθρωπον.* Illud loco nequaquam medetur, comparativis praecedentibus, hoc timeo, ne nimium a textu recedat. Quae ego scripsi, ex utraque conjectura conflata nec a textu plus remota sunt. E Germanicis nihil proficitur: der da in Christo in der Fülle und vollkömmlich war, nämlich der Menschheit nach; quod instar testimonii est, e Slavonicis non debere textum Graecum conformari. Verte: *quam humana ratione.* 2) LXX Θεοῦ. 3) LXX omittit.

τες ἐλάβομεν· καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος· διότι τὸ Πνεῦμα ἦτον εἰς αὐτὸν ὡς ὁμοούσιον αὐτῷ κατὰ τὴν θεότητα· καὶ ἔπλησεν αὐτὸν σοφίας καὶ χάριτος· κατὰ τὸ (Λουκ. β΄. μ΄.) εἰρημένον· τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό. Καὶ ταῦτα πάντα πρέπει νὰ γροικοῦνται κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Ἐρώτησις οδ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ πρῶτον χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Ἀπ. Τὸ πρῶτον χάρισμα εἶναι ἡ σοφία· ἤγουν ἡ ἄνωθεν σοφία, διὰ τὴν ὁποῖαν λέγει ὁ Ἀπόστολος (Ἰακ. γ΄. ιζ΄.)· ἡ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν· ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος. Εἰς τὴν σοφίαν τούτην ἐναντιοῦται ἡ σαρκικὴ σοφία κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὸν (β΄. Κορ. α΄. ιβ΄.) λέγοντα· ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ. Ἐναντίον τῆς ὁποίας σαρκικῆς καὶ κοσμικῆς σοφίας λέγει ὁ ἴδιος Ἀπόστολος (α΄. Κορ. α΄. ιθ΄.), ἀναφέρωντας τὴν παλαιὰν Γραφήν (Ἠσ. κθ΄. ιδ΄. καὶ λγ΄. ιη΄.)· ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω· ποῦ

cepimus, et gratiam pro gratia. Erat enim in Christo Spiritus sanctus, ut ipsi secundum divinitatem consubstantialis, ipsumque sapientia ac gratia replebat, prout dictum est (Luc. II, 40.): Puer vero adolescebat et corroborabatur Spiritu, et implebatur sapientia, et gratia Dei cum illo erat. Quae omnia de humanitate Christi exaudienda sunt.

Quaestio LXXIV.

Quodnam primum Spiritus sancti charisma est?

Resp. Primum donum est Sapientia. Nimirum superna illa sapientia, de qua ita Apostolus (Iac. III, 17.): Quae e supernis est sapientia, primum quidem casta est, deinde pacifica, aequa, obsequens, plena misericordia ac bonis fructibus, sine disceptatione, sine simulatione. Huic Sapientiae contraria carnalis est secundum Apostolum (2 Cor. I, 12.): Quod in simplicitate et sinceritate Dei, non in carnali sapientia, sed in gratia Dei conversati fuimus in mundo. Quam carnalem ac mundanam sapientiam ita idem incessit Apostolus (1 Cor. I, 19.), antiquam adducens Scripturam (Ies. XXIX, 14. et XXXIII, 18.): Perdam sapientiam sapientum, et intelligentiam intelligentium

σοφὸς, ποῦ γραμματεὺς, ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου;

rejiciam; ubi sapiens ubi scriba, ubi disputator seculi hujus? nonne infatuavit Deus sapientiam mundi hujus?

Ἐρώτησις οέ.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Ἀπ. Τὸ χάρισμα τῆς συνέσεως ἢ κατανοήσεως τῶν ἀποῤῥήτων καὶ τῆς θείας θελήσεως· περὶ τῆς ὁποίας ἡ Γραφὴ διδάσκει (Ἐξ. λς΄. ά.) λέγουσα· καὶ πᾶς σοφὸς τῇ διανοίᾳ, ᾧ ἐδόθη σοφία καὶ ἐπιστήμη ἐν αὐτοῖς, συνιέναι ποιεῖν πάντα τὰ ἔργα, τὰ καλὰ[1]) τὰ ἅγια καθήκοντα· κατὰ πάντα ὅσα συνέταξε Κύριος. Καὶ εἰς τοὺς περὶ τὸν Δανιὴλ (κεφ. ά. ιζ΄.)· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς σύνεσιν καὶ φρόνησιν ἐν πάσῃ γραμματικῇ καὶ σοφίᾳ· καὶ Δανιὴλ συνῆκεν ἐν πάσῃ ὁράσει καὶ ἐνυπνίοις. Καὶ ἀλλαχοῦ (Λουκ. κδ΄. μέ.)· τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς Γραφάς. Καὶ ὁ Ἀπόστολος (β΄. Τιμ. β΄. ζ΄.) λέγει· δῴη[2]) γάρ σοι Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσιν. Εἰς τὴν σύνεσιν τούτην εἶναι ἀντικειμένη ἡ ἀνοησία καὶ ἀπιστία· διὰ τὴν ὁποῖαν

Quaestio LXXV.

Secundum Spiritus sancti donum, quodnam est?

Resp. Donum Intelligentiae sive cognitionis arcanorum et occultae voluntatis divinae, de qua ita docet Scriptura (Exod. XXXVI, 1.): Et omnis sapiens animo, cui data erat sapientia et scientia in illis; ut intelligenter sciret facere omnia opera pulchra et sancta, modo debito, secundum omnia ea, quae praescripserat Dominus. Et de sodalibus Danielis (Dan. I, 17.): Et dedit illis Deus intelligentiam et prudentiam in omni literatura ac sapientia. Daniel autem intellectu omnis visionis et insomnii instructus erat. Et alibi (Luc. XXIV, 45.): Tunc aperuit illis mentem, ut intelligerent scripturas. Et Apostolus (2 Tim. II, 7.): Det vero tibi Dominus intelligentiam in omnibus. Intelligentiae huic opposita est stultitia et incredulitas, de qua sic ait Do-

1) Editt. LXX. legunt κατὰ pro τὰ καλά. Neutrum praeivit text. hebr. 2) Recentior apud Paulum lectio δώσει est. Instruxi vero vocabul. jota subscr., cujus pristini editores erant incuriosi. Veteres in N. T. imo recentiores interpretes falso scripserunt δῴη. Non vero est conj. sed optat. posterioribus auctoribus, de quo vide Mus. Antiq. Studior. I. p. 238.

λέγει (Λουκ. κδ΄. κέ.) ὁ Κύριος· ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ Προφῆται. Καὶ εἰς ἄλλον τόπον (Γαλ. γ΄. γ΄.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· οὕτως ἀνόητοί ἐστε;[1]) ἐναρξάμενοι Πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε;

minus (Luc. XXIV, 25.): O stulti et tardi corde ad credendum iis omnibus, quae locuti sunt Prophetae. Et alio loco Apostolus (Gal. III, 3.): Adeo stulti estis, ut, quum in Spiritu coeperitis, nunc in carne perficiamini?

Ἐρώτησις οϛ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ τρίτον χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Ἀπ. Τὸ τρίτον χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἶναι ἡ βουλὴ, ἡ ὁποῖα συντρέχει πρὸς τὴν θείαν δόξαν καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς· καὶ εἶναι συμφωνισμένη μὲ τὴν δικαιοσύνην. Διὰ τὴν ὁποῖαν καὶ ἡ Γραφὴ (Πρᾶξ. κ΄. κζ΄.) λέγει· οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ. Εἰς αὐτὴν εἶναι ἐναντία ἡ βουλὴ τῶν ἀσεβῶν, διὰ τὴν ὁποῖαν λέγει ὁ Ψαλμῳδός (Ψαλ. ά. ά.)· μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν· καὶ ἀλλαχοῦ (Ψαλ. λγ΄. ί.)[3])· Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν, ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν, καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων.

Quaestio LXXVI.

Quodnam tertium Spiritus sancti donum est?

Resp. Tertium Spiritus sancti charisma est Consilium, quod gloriae divinae animaeque humanae saluti provehendae servit et cum justitia pulchre consentit. De hujusmodi consilio ita loquitur Scriptura (Actor. XX, 27.): Non subterfugiebam, quominus annunciarem vobis omne consilium Dei. Huic consilio consilium impiorum oppositum est, de quo divinus Psalmista[2]) (Psal. I, 1.): Beatus vir, qui non ambulat in consilio impiorum. Et alibi (Ps. XXXIII, 10.): Dominus dissipat consilia gentium, reprobat cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.

---

1) Feci ex commate interrogandi signum, ne locus claudicaret, ex N. T., sed interpres non agnovit. 2) Norm.: *Fidicen*; supra p. 67. 3) Apud Norm. marg. falso λβ΄. ιά. Istae omnes graecae formulae, quibus Scr. sacr. loci appellantur, Hofmannus e marg. in textum vocavit. Interpres jam recte apud Norm. locum indicavit.

Ἐρώτησις οζ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ τέταρτον χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Ἀπ. Ἡ ἰσχὺς, διατὶ φυλάττοντες πᾶσαν σταθερότητα καὶ ἀνδρείαν εἰς τὴν πίστιν, πρέπει νὰ ἀντιστέκωμεν εἰς ὅλους τοὺς πειρασμούς. Περὶ ταύτης ἡ Γραφὴ (ά. Κορ. ις΄. ιγ΄.) λέγει· γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε· καὶ ἀλλαχοῦ (Ἐφ. ς΄. ιδ΄.)· στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφῦν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης· καὶ ὑποδυσάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης· ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. Τὸ ἐναντίον τῆς ἰσχύος εἶναι ὁ φόβος, περὶ οὗ λέγει ὁ Ψαλμῳδός (Ψαλ. ιδ΄.[1]) έ.)· ἐκεῖ ἐφοβήθησαν[2]) φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος. Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μᾶς προστάσσει, νὰ μὴν ἔχωμεν τοιοῦτον φόβον, (Λουκ. ιβ΄. δ΄.) λέγων· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι.

Quaestio LXXVII.

Quartum Spiritus sancti donum, quodnam est?

Resp. Robur. Quippe tuentes omnem constantiam ac fortitudinem in fide, mascule obsistere debemus quibuslibet tentationibus, de quo robore animi ita Scriptura (1 Cor. XVI, 13.): Vigilate, persistite in fide, viri estote, corroboramini. Et alibi (Ephes. VI, 14.): State igitur lumbis balteo praecinctis in veritate, induti thoracem justitiae, et calceati pedibus, in praeparatione Evangelii pacis. Super omnia adsumite scutum fidei, quo omnia mali illius ignita jacula exstinguere queatis, et accipite galeam salutis et gladium Spiritus, qui est verbum Dei. Robori adversatur Timor, de quo vates sacer (Ps. XIV, 5.): Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Et Dominus noster Iesus Christus timorem nos ejusmodi habere vetat (Luc. XII. 4.): Ne timeatis eos, qui corpus occidunt, nec deinde amplius quidquam efficere possunt.

---

1) Marg. Norm. falso ιγ΄. 2) LXX. ἐδειλίασαν φόβῳ.

Ἐρώτησις οη΄.

Ποῖον εἶναι τὸ πέμπτον χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Ἀπ. Ἡ γνῶσις εἶναι τὸ πέμπτον χάρισμα, τὴν ὁποῖαν ὁ ἱερὸς Ψάλτης (Ψαλ. ϞΔ΄.[1]) ι΄.) ἑρμηνεύει, λέγων· ὁ παιδεύων ἔθνη, οὐχὶ ἐλέγξει, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν; καὶ ἕτερος Προφήτης (Ἱερ. γ΄. ιε΄.) λέγει· καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν μου· καὶ ποιμανοῦσιν ὑμᾶς ποιμαίνοντες μετ᾽ ἐπιστήμης ἤτουν γνώσεως. Τούτη ἡ γνῶσις καὶ ἐπιστήμη πρέπει νὰ ἁπλώνεται εἰς τὸ νὰ γνωρίζῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ νόμου[2]) του. Εἰς αὐτὴν ἐναντιώνεται ἡ ἄγνοια τοῦ νόμου καὶ τῆς θελήσεως τοῦ Θεοῦ· διὰ τὴν ὁποῖαν λέγει ὁ Ψαλμῳδός (Ψαλ. οθ΄.[4]) ς΄.)· ἔκχεον τὴν ὀργήν σου ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ γινώσκοντά[5]) σε, καὶ ἐπὶ βασιλείας, αἳ τὸ ὄνομά σου οὐκ ἐπεκαλέσαντο.

Quaestio LXXVIII.

Quodnam quintum Spiritus sancti charisma est?

Resp. Cognitio. Quam hunc in modum sacer Psaltes exponit (XCIV, 10.): Qui corripit gentes, nonne arguet qui docet hominem cognitionem? Et Propheta alius (Ier. III, 15.): Dabo vobis pastores secundum cor meum, et pascent vos pascentes cum scientia, sive item cognitione. Quae cognitio et scientia in id potissimum extendenda[3]) atque explicanda est, ut voluntatem legemque Dei cognoscat. Contraria illi est inscientia legis voluntatisque divinae, de qua auctor Psalmorum ait (Psal. LXXIX, 6.): Effunde iram tuam in gentes, quae te non noverunt, et in regna, quae nomen tuum non invocant.

Ἐρώτησις οθ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕκτον χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Ἀπ. Ἡ εὐσέβεια· ἡ ὁποῖα

Quaestio LXXIX.

Sextum Spiritus sancti charisma, quodnam est?

Resp. Pietas. Quae

---

1) Norm. ϞΓ΄., uno rursus deficiente. Num forte alia LXX. edit. usus est laudavitque locos in vers. ex Vulg.? Hofm. ϞΔ΄. Nos signa dedimus, quae hodie in usu sunt. Delevi signum interrog. post verb. ἐλέγξει, quod etiam in LXX. exstat. 2) Margo conjicit, legendum esse τὸν νόμον; nolui textum mutare ex caussa supra indicata q. 71. 3) Non tam *extendenda* est quam *coarctanda*. Hoc enim sibi vult et sententia loci et ipsum verbum ἁπλώνεσθαι i. e. simpliciorem reddere, in angustiorem gyrum redigere. 4) Vulg. falso οη΄. 5) LXX. ἐπεγνωκότα.

μὲ τὴν ὀρθὴν πίστιν θεμελιώνεται εἰς τὴν ἐκτενῆ προσευχὴν καὶ εἰς τὰ ἀγαθὰ ἔργα· διὰ τὴν ὁποῖαν οὕτω (ά. Τιμ. δ'. ή.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. Καὶ βέβαια εὐσεβεῖς ἐκεῖνοι λέγονται, οἱ ὁποῖοι κάμοντες συνεχεῖς προσευχὰς πρὸς τὸν Θεὸν φεύγουσιν ὅλαις ταῖς ἀσεβείαις καὶ ἁμαρτίαις. Ἡ εὐσέβεια λέγω ἡ μὴ φαινομένη, ἡ ὁποία εἶναι τῶν Φαρισαίων· ἀλλ' ἡ ἀληθινὴ καὶ ἐγκάρδιος· ἵνα μὴ καὶ περὶ αὐτῆς (Ματθ. ιέ. ή.) εἴπει ὁ Κύριος· οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· καὶ πάλιν (Ματθ. κγ'. κς'.)· Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν.

una cum vera fide in assidua ardentique precatione bonisque operibus fundatur, de qua sic disserit Apostolus (1 Tim. IV, 8.): Pietas ad omnia utilis est habetque promissionem hujus et venturae vitae. Itaque vere illi pii appellantur, qui perpetuis Deum precibus venerantur omnemque impietatem ac peccati labem vitant. Pietas, inquam, non apparens et adumbrata, qualis [1]) olim Pharisaeorum erat; sed solida et germana cordique penitus infixa, ne de illa etiam hujusmodi Dominus sententiam ferat (Matth. XV, 8.): Populus iste labiis me suis honorat, sed cor ipsorum procul a me abest. Et rursus (Matth. XXIII, 26.): O caecule Pharisaee, prius interiora calicis ac patinae purga; ita etiam exteriora eorum munda erunt.

Ἐρώτησις π'.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕβδομον χάρισμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Ἀπ. Ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, ὁ ὁποῖος πρέπει νὰ εἶναι ὡς ἂν ἐκεῖνος, ὅπου ἔχουσι τὰ παιδία πρὸς τοὺς πατέρας τους, καὶ ὄχι ὡς ἂν ἐκεῖνος, ὅπου ἔχουσιν οἱ δοῦλοι πρὸς τοὺς δεσπότας των. Καὶ περὶ τοῦ πρώτου λέγει ὁ Ψαλ-

Quaestio LXXX.

Septimum Spiritus sancti donum, quodnam est?

Resp. Timor Dei. Quem ejusmodi esse oportet, cujusmodi erga parentes liberorum, non qualis erga heros servorum est. De priore illo sic divinus Psalmista [2])

1) Vulg. per errorem typograph. *quales*. 2) Norm.: *fidicen*.

μῳδός (Ψαλ. λδ'. ϑ'.) [1]· φοβήϑητε τὸν Κύριον πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ· ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Περὶ δὲ τοῦ δευτέρου λέγει (ά. Ἰωάν. δ'. ιή.) ὁ Ἀπόστολος· φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον· ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἔχει· ὁ δὲ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ. Μὲ τὸν τρόπον τοῦτον προστάσσει (Ψαλ. κβ'. κγ'.) [2] ἡ Γραφή· νὰ φοβούμεϑα τὸν Θεὸν ἐξ ἀγάπης, ὅταν λέγει· οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον αἰνέσατε αὐτὸν, ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ, δοξάσατε αὐτόν· φοβηϑήτω δὴ ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ. Καὶ ὁποῖος μὲ τὸν τοιοῦτον φόβον ϑέλει φοβᾶσϑαι τὸν Θεὸν, ἐκεῖνος φυλάττει τὰς ἐντολάς του κατὰ τὸ (Ἰωαν. ιδ'. κγ'.) εἰρημένον· ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει.

(Psal. XXXIV, 10.): Timete Dominum omnes Sancti ejus; quoniam non est penuria timentibus eum. De posteriore autem ita Apostolus (1 Ioh. IV, 18.): Timor non est in caritate, sed perfecta caritas timorem expellit; habet enim cruciatum timor, et qui timet non est perfectus in caritate. Hoc modo, ut Deum ex amore timeamus, praecipit Scriptura (Psal. XXII, 24.): Qui timetis Dominum, laudate eum; universum semen Iacobi glorificate eum. Timeat eum omne semen Israëlis. Qui hujusmodi timore Deum timet, ille praecepta ipsius observat, ut dictum est (Ioh. XIV, 23. [3])): Si quis diligit me, is sermonem meum servabit.

Ἐρώτησις πα'.

Πόσοι καὶ ποῖοι εἶναι οἱ καρποὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Quaestio LXXXI.

Quot et quinam sunt fructus Spiritus sancti?

Ἀπ. Καρποὺς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἢ σημάδια τῆς ϑείας χάριτος ὁ Ἀπόστολος Παῦλος ἀπαριϑμεῖ ἐννέα λέγων (Γαλ. έ. κβ'.) οὕτως· ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύμα-

Resp. Fructus Spiritus sancti sive signa divinae gratiae novem recenset Paulus (Gal. V, 22.): Fructus vero Spiritus est Cari-

---

1) Marg. Norm. λγ'. ι. Hofmannus correxit, sed verss. numerum tenuit falsum. Est ex LXX. ϑ'., quem adscripsi, quum e LXX. *sint* depromta. In vers. numerum 10. intactum reliqui, quippe pro textu hebr. rectum. 2) Marg. Norm. κά, κέ, utrumque falso; Hofm. rectius κβ'. κς'. Versus numerum item correxi. Version. numeros hebraicis congruos servavi. 3) Norm. 28.

τός ἔστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθοσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια. Μὰ πρέπει νὰ πιστεύωμεν, πῶς καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ νὰ λέγωνται καρποὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτὸ καταβαίνουσι, καὶ αὐτὸ συνεργεῖ εἰς τὸ νὰ τελειώνουνται ἀπὸ τὸν ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο δὲν λέγει ὁ Παῦλος· κατὰ τούτων μόνων οὐκ ἔστι νόμος· ἀλλὰ κατὰ τῶν τοιούτων, ὡς ἂν ὅπου εἶναι, καὶ ἄλλα ὅμοια τούτοις.

tas, Gaudium, Pax, Lenitas, Benignitas, Bonitas, Fides, Mansuetudo, Continentia. Verum enim vero ceterae item virtutes omnes fructus Spiritus sancti habendae nobis appellandaeque sunt, quoniam ab eo descendunt, eoque adjuvante, recte ab hominibus perficiuntur. Ideoque non addit Paulus [1]): Contra has solas non est Lex; sed, contra hujusmodi, eo quod et aliae his similes sunt.

Ἐρώτησις πβ'.

Ποῖον εἶναι τὸ ἔννατον ἄρθρον τῆς πίστεως;

'Απ. Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν.

Quaestio LXXXII.

Nonus fidei Articulus quis est?

Resp. In unam sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam.

Ἐρώτησις πγ'.

Τί διδάσκει ἡ ἁγία ἐκκλησία εἰς τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως;

'Απ. Τέσσαρα πράγματα· πρῶτον πῶς ἡ ἐκκλησία εἶναι μία, ἁγία, καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ, κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ 'Αποστόλου (β'. Κορ. ια'. β'.) λέγοντος· ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ καθὼς ὁ Χριστὸς εἶναι ἕνας, τέτοιας λογῆς καὶ ἡ νύμφη του εἶ-

Quaestio LXXXIII.

Quid docet sancta Ecclesia, in hoc fidei Articulo?

Resp. Res quatuor. Primum: Ecclesiam esse unam, sanctam, Catholicam et Apostolicam, secundum doctrinam Apostoli (2 Cor. XI, 2.): Despondi vos viro uni, ut virginem castam exhiberem Christo. Sicuti vero Christus unus est, ita et sponsa illius non nisi una

1) v. 23.

ναι μία· ὡς δῆλον ἀπὸ τὸ δ'. κεφαλ. τῆς πρὸς Ἐφεσίους (στιχ. ἑ.) ἐπιστολῆς, ὅπου λέγει· εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, καὶ εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων.

est, ut manifestum est ex capite quarto epistolae ad Ephesios (v. 5.): Unus Dominus, una fides, unum baptisma, et unus Deus itemque Pater omnium.

Ἐρώτησις πδ'.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον, ὅπου διδάσκεται εἰς τὸ ἄρθρον τοῦτο;

'Απ. Δεύτερον διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο, πῶς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία δὲν πέρνει ὄνομα ἀπὸ κἂν ἕνα τόπον, ἂν εἶναι καὶ ὁ πλέον ἐξαίρετος· διατὶ αἱ τοπικαὶ ἐκκλησίαι εἶναι μερικαί· οἷον ἡ Ἐφεσίνη, ἡ ἐν Φιλαδελφείᾳ, ἡ ἐν Λαοδικείᾳ, ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἡ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἡ ἐν Ῥώμῃ, ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ αἱ λοιπαί. Μὰ ἀνάμεσα εἰς τούταις ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς μερικαῖς ἐκείνη ὀνομάζεται μήτηρ αὐτῶν, ἡ ὁποία πρώτη ἐπλούτησε τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐδέχθηκε τὴν αἰώνιον σωτηρίαν καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· καὶ ἀπὸ τὴν ὁποῖαν ἐπῆρεν ἀρχὴν ἡ κήρυξις τοῦ εὐαγγελίου εἰς ὅλον τὸν περίγειον κόσμον, ὡς μαρτυρᾷ ἡ Γραφὴ (Λουκ. κδ'. μζ'.) λέγουσα· οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Ὑμεῖς δὲ ἐστε μάρ-

Quaestio LXXXIV.

Secundum, quod hoc Articulo docetur, quodnam est?

Resp. Hoc nimirum, Catholicam Ecclesiam non uni alicui loco etiam praecipuo et clarissimo nominis sui decus acceptum referre. Quotquot enim certis locis continentur ecclesiae, particulares sunt, ut Ephesina, ut Philadelphiensis, ut Laodicena, ut Antiochena, ut Hierosolymitana, ut Romana, ut Alexandrina, ut ceterae item. Verum enim vero inter particulares istas ecclesias illa mater reliquarum dicitur, quae prima omnium praesentia Christi ornata fuit ac salutem aeternam veniamque peccatorum accepit, et ex qua annunciatio Evangelii in totum terrarum orbem primum propagata est, teste ipsa Scriptura (Luc. XXIV, 47.): Sic pati oportuit Christum et tertio die resurgere a mortuis et praedicari in nomine ejus poenitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes, facto initio ab Hierosolymis; vos autem harum re-

τυρες τούτων. Καὶ ἀλλαχοῦ (Πρᾶξ. ά. ή.)· ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Ἀκόμι ἐκείνη λέγεται πρώτη, ἡ ὁποία ἔλαμψε περισσότερον ἀπὸ ὅλαις ταῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις εἰς τὴν διδασκαλίαν, καὶ εἰς τὰ ἤθη· ἔμπροσθεν τῆς ὁποίας οἱ Ἀπόστολοι ἐδίδασι τὸν λογαριασμόν τους, καθὼς μαρτυρᾷ (Πρᾶξ. ιά. β΄.) ἡ Γραφὴ, λέγουσα· καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱεροσόλυμα; διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς λέγοντες, ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας εἰσῆλθες καὶ συνέφαγες αὐτοῖς; Εἰς τοὺς ὁποίους ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος· ἐγὼ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν; ἀκούσαντες δὲ ταῦτα ἡσύχασαν καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν λέγοντες· ἄραγε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν. Καὶ κατωτέρω (στίχῳ κβ΄.)· ἠκούσθη ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν· καὶ ἐξαπέστειλαν Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας. Καὶ ἀλλαχοῦ (Πρᾶξ. ιέ. β΄.)· ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν καί τινας ἄλλους ἐξ αὐτῶν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους εἰς Ἱερουσαλὴμ περὶ τοῦ ζητήματος τούτου (στίχῳ κβ΄.). Τότε ἔδοξε τοῖς Ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκ-

rum testes estis. Et alibi (Act. I, 8.): Eritis mihi testes, cum Hierosolymis tum in universa Iudaea et Samaria et ad ultimos usque terrae fines. Solet et illa prima salutari, quae doctrinae morumque sanctimonia super reliquas omnes ecclesias clarius effulsit, et coram qua ipsimet Apostoli actionum suarum rationem exposuerunt, prout testatur Scriptura, quae dicit (Act. XI, 2.): Quum autem adscendisset Hierosolymam Petrus; disceptabant adversus illum, qui ex circumcisione erant, dicentes: Atqui ad homines incircumcisos ingressus es et una cum illis edisti. Quibus respondebat Petrus (versu 17.): Ego vero quis eram, ut Deum inhibere possem? quibus illi auditis acquieverunt Deumque collaudarunt dicentes: jam itaque et gentibus poenitentiam ad vitam concessit Deus? Et paullo post (v. 22.): Pervenit is rumor ad aures ecclesiae, quae Hierosolymis erat, de istis. Itaque Barnabam miserunt, qui Antiochiam usque iret. Et alibi (Act. XV, 2.): Statuerunt, ut adscenderent Paulus et Barnabas et quidam praeterea alii de suis ad Apostolos et seniores Hierosolymam super hac quaestione. (V. 22.) Tum placuit Apostolis et senioribus, una cum tota Ecclesia

κλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι εἰς Ἀντιόχειαν σὺν τῷ Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ, μετὰ τοιαύτης γραφῆς· ἔδοξε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων. Ἀκόμι εἰς ἄλλον τόπον (Πρᾶξ. ιϛ΄. δ΄.) λέγει· ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Λοιπὸν ἡ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησία εἶναι μήτηρ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν καὶ πρώτη, διατὶ ἀπ' ἐκείνην ἤρχισε νὰ ἁπλώνεται τὸ Εὐαγγέλιον εἰς ὅλα τὰ πέρατα, [1]) *καλᾶ καὶ οἱ βασιλεῖς ὕστερον νὰ ἐδώκασι τὰ πρωτεῖα τῆς τιμῆς εἰς τὴν πρεσβυτέραν καὶ εἰς τὴν νέαν Ῥώμην διὰ τὸ κράτος τῆς βασιλείας, ὅπου ἦτον εἰς αὐτὰς κατὰ τὸν τρίτον κανόνα τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς Συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει. Καὶ αὕτη ἐγίνηκε καθολική· διατὶ ἐδέχθησαν τὴν πίστιν καὶ διδασκαλίαν της ὅλα τὰ ἔθνη.*

delectos ex sese viros Antiochiam mittere cum Paulo et Barnaba cum literis hujusmodi (v. 28.): Visum est Spiritui sancto et nobis, ne quid amplius imponeremus vobis oneris praeter haec necessaria. Etiam alio loco (Act. XVI, 4.): Quum autem transirent per civitates, servanda illis tradebant dogmata, quae decreta erant ab Apostolis et senioribus qui erant Hierosolymis. Est itaque haud dubie mater et princeps Ecclesiarum omnium Ecclesia Hierosolymitana, quoniam ex illa in omnes orbis terminos diffundi coepit evangelium; quamvis postea imperatores primos dignitatis gradus antiquae novaeque Romae tribuerint ob majestatem Imperii, quae iis locis domicilium habebat, secundum canonem tertium secundae oecumenicae Synodi Constantinopolitanae (Adde Chalced. K H. Iustin. *Νεαρ. Διαταξ. ρλά.* etc.). Eadem ecclesia Hierosolymitana postmodum catholica evasit, fide illius et doctrina ab omnibus gentibus communiter recepta.

Ἐρώτησις πέ.

Τί διδάσκεται τρίτον εἰς τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Πῶς ἄλλο θεμέλιον

Quaestio LXXXV.

Tertium, quod in hoc Articulo docetur, quid est?

Resp. Nullum aliud ec-

1) Nescio an non opus sit ex marg. addere *τῆς γῆς* vel *τῆς οἰκουμένης*, quum et apud Philonem Vit. Mos. legamus *ἀπὸ περάτων ἐπὶ πέρατα*, et loci contextus, quales fines sint, clare edoceat. Verba *καλᾶ καὶ οἱ βασιλεῖς — ἐν Κωνσταντινουπόλει* ante uncinis fuerunt septa.

δὲν εἶναι τῆς ἐκκλησίας παρὰ μόνον ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον (ά Κορ. γ΄. ιά.) τὸν λέγοντα· Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. Καὶ ἂν κἂν μίαν φορὰν λέγονται καὶ οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ Προφῆται θεμέλια τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐκκλησίας, ὡς ἂν ὅταν (Ἀποκ. κά. ιδ΄.) λέγῃ ὁ Ἰωάννης, πῶς ἡ μεγάλη πόλις ἡ Ἱερουσαλὴμ εἶχε τεῖχος εἰς δώδεκα θεμέλια κτισμένον, καὶ ἐν αὐτοῖς ἦσαν ὀνόματα τῶν δώδεκα Ἀποστόλων τοῦ Ἀρνίου· καὶ ὁ Παῦλος (Ἐφ. β΄. κ΄.) λέγει, πῶς εἴμεσθαν ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ Προφητῶν· τοῦτο πρέπει νὰ γροικᾶται πῶς οἱ Προφῆται καὶ οἱ Ἀπόστολοι δὲν εἶναι ἁπλῶς καὶ πρώτως θεμέλια τῆς πίστεως· διατὶ ὁ τοιοῦτος θεμέλιος εἶναι μόνος ὁ Χριστός· μὰ κατά τι καὶ δεύτερον· καθ᾽ ὅσον ἐκεῖνοι ὡς ἐγγυτέρω καὶ πλησιέστεροι ἐπῳκοδομήθησαν ἀπάνω εἰς τὴν σωτηριώδη διδασκαλίαν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ ἐφάνησαν πρῶτοι εἰς τὸ νὰ ἁπλώσουσι τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ εἰς ὅλα τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης. Διατὶ ὁ Χριστὸς δὲν ἐθεμελίωσε τὴν ἐκκλησίαν του ἀπάνω εἰς ἀνθρώπους, μὰ ἀπάνω εἰς τὸν ἑαυτόν του, καὶ ἀπάνω εἰς τὴν θείαν του διδασκαλίαν. Ἀκόμι ἀπὸ

clesiae fundamentum esse, quam Christum solum secundum verba Apostoli (1 Cor. III, 2.): Fundamentum aliud nemo jacere potest, praeter id, quod jactum est, quod est Iesus Christus. Quamvis autem semel alicubi Apostoli et Prophetae fundamenta fidei et Ecclesiae dicantur, veluti quum Ioannes ait (Apoc. XXI, 14.): Magnam urbem Hierosolymam muro super duodecim fundamenta exstructo septam esse, fundamentisque inscripta esse nomina duodecim Apostolorum Agni. Sed et Paulus affirmat (Eph. II, 20.): Nos exaedificatos esse super fundamento Apostolorum et Prophetarum. Id vero ita accipiendum est, quod Prophetae et Apostoli non simpliciter et primario fidei fundamenta sint; nam ejusmodi fundamentum solus est Christus: sed secundum quid et secundarium, quod illi, ut propinquiores et viciniores, super salutarem Iesu Christi Domini nostri doctrinam structi sint, primique omnium fuerint, qui fidem Christi per totum terrarum orbem propagarint. Non enim super mortales homines, sed super semet ipsum et divinam doctrinam suam ecclesiam fundavit Christus. Ad haec item

τοῦτο τὸ ἄρθρον διδασκόμεθα, πῶς μόνος ὁ Χριστὸς εἶναι κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Ἀποστόλου (Ἐφ. έ. κγ΄.) λέγοντος· ὅτι ὁ ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας· καὶ αὐτός ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος. Καὶ ἀλλαχοῦ (Κολ. ά. ιή.)· αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν· ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων. Διατὶ ἂν λέγωνται καὶ εἰς τὰς ἐκκλησίας οἱ προϊστάμενοι αὐτῶν ἀρχιερεῖς κεφαλαὶ αὐτῶν, τοῦτο πρέπει νὰ γροικᾶται πῶς αὐτοὶ εἶναι τοποτηρηταὶ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὴν ἰδίαν του καθ' ἕνας ἐπαρχίαν, καὶ κεφαλαὶ μερικαί· κατὰ τὴν Γραφὴν (Πρᾶξ. κ΄. κή.) τὴν λέγουσαν· προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος· ὄντος ἀρχιποίμενος αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὡς λέγει Πέτρος (ά. Ἐπ. έ. δ΄.)· καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον.

ex hoc articulo docemur, Christum solum ecclesiae suae caput esse secundum doctrinam Apostoli (Ephes. V, 23.): Quoniam vir uxoris caput est, ut et Christus caput Ecclesiae, qui et corpori toti salutem dat. Et alibi (Col. I, 18.): Ipse corporis ecclesiae caput est, qui principium est et primogenitus ex mortuis, ut in omnibus primas ipse teneat. Tametsi vero antistites in ecclesiis, queis praesunt, capita earum dicuntur: sic illud tamen accipiendum, quod ipsi vicarii Christi in sua quisque provincia et particularia quaedam capita sint, dicente scriptura (Act. XX, 28.): Attendite vobis et toti gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, ad pascendam ecclesiam Dei, quam suo sibi sanguine acquisivit. Ita nimirum, ut Christus ipse pastorum princeps sit, teste Petro (1 Petr. V, 4.): Cum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis coronam gloriae nunquam marcescentem.

Ἐρώτησις πς΄.

Τί διδάσκεται τέταρτον εἰς τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Τὸ ἄρθρον τοῦτο

Quaestio LXXXVI.

Quartum, quod hic docet Articulus, quid est?

Resp. Docet unumquem-

διδάσκει κάθα ὀρθόδοξον, πῶς πρέπει νὰ ὑποτάσσεται εἰς τὴν ἐκκλησίαν κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Χριστοῦ (Ματθ. ιή. ιζ'.) τὴν λέγουσαν· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. Καὶ πρὸς τούτοις ἡ ἐκκλησία ἔχει τὴν ἐξουσίαν τούτην, ὥστε μὲ τὰς συνόδους τὰς οἰκουμενικὰς νὰ δοκιμάζῃ τὰς Γραφάς· νὰ κρίνῃ Πατριάρχας, Παπάδας [1]), Ἐπισκόπους, νὰ τοὺς καθυποβάλλῃ κατὰ τὰ σφάλματά των εἰς ταῖς κανονικαῖς τιμωρίαις [2]) καὶ ἐπιτίμια. Ἐπειδὴ εἶναι στήλη τῆς ἀληθείας καὶ θεμέλιος, κατὰ τὸν Ἀπόστολον (ά. Τιμ. γ'. ιέ.) λέγοντα· ἵνα εἰδῇς, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι· ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.

que Christianum oportere ipsum morem gerere subjectumque esse ecclesiae secundum doctrinam Christi, quae ita habet (Matth. XVIII, 17.): Quod si neque ecclesiae obtemperet, sit tibi velut ethnicus ac publicanus. Ad haec ea etiam instructa potestate est ecclesia, ut per synodos oecumenicas examinare atque approbare queat scripturas; cognoscere item ac judicare de actis Patriarcharum, Pontificum, Episcoporum, eosque pro gravitate delicti, multis poenisque canonicis mulctare: est enim columna atque fundamentum veritatis, dicente Apostolo (1. Tim. III, 15.): Ut scias, quomodo versari oporteat in domo Dei; quae est Ecclesia Dei viventis, columna et firmamentum veritatis.

Ἐρώτησις πζ'.

Ποίαι εἶναι αἱ ἐντολαὶ τῆς ἐκκλησίας;

Ἀπ. Αἱ ἐντολαὶ τῆς ἐκκλησίας αἱ μᾶλλον ἐξαίρετοι εἶναι ἐννέα. Τὸ πρῶτον

Quaestio LXXXVII.

Quaenam sunt Praecepta ecclesiae?

Resp. Praecepta Ecclesiae summa et praecipua novem sunt. Primum est, ut

1) Recepi ex marg. conj. pro vulgata πάπιδες, quae forma nec per se probabilis est, nec ad structuram apta. Requiritur enim accus. Rectiorem illam esse, elucet etiam ex eo, quod sacerdotum (παπάδων) uxores dicebantur: Παπαδιαί teste Smithio de gr. eccl. stat. p. 122. 2) Delevi comma ante καί, ut pendeat vocabulum ἐπιτίμια a pr. εἰς. Desumta vox est ex Sap. III. 10. 2 Cor. II. 6. Saepe apud Platonem exstat. Significat apud Graecos mulctam, apud sacros autores vel gravem admonitionem, vel ipsam poenam, apud posteriores ἐπιτιμία et ἐπιτίμια eadem exprimunt. Plures sunt gradus: eleemosynae, jejunia, oratio, scripturae lectio, mulcta, imo ipsa excommunicatio, veluti in Chalced. Conc. Canon. 73 et 74. Cfr. Muralt Briefe p. 173. Smith. l. l. p. 149.

εἶναι, νὰ προσεύχεται καθ' ἕνας εἰς τὸν Θεὸν μὲ συντριβὴν καὶ κατάνυξιν τῆς καρδίας· καὶ νὰ μυεῖται [1]) μὲ ταῖς τελεταῖς τῆς ἐκκλησίας εἰς κάθα κυριακὴν καὶ εἰς ταῖς ἑορτάσιμαις ἡμέραις· ἤγουν ἀκούωνται [2]) τὸν ὄρθρον, τὴν λειτουργίαν, τὸν ἑσπερινὸν, καὶ διδαχήν· διατὶ λέγει (Λουκ. ιή. ά.) ἡ Γραφή· δεῖ πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν· καὶ ἀλλαχοῦ (Ἐφ. ς'. ιή.)· διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι· καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων. Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει (ά. Θεσσ. έ. ιζ'.) ὁ ἴδιος Παῦλος· ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε.

Deum quisque cum contritione et compunctione cordis adoret, ut singulis diebus dominicis ac festis solemnibus ecclesiae sacris rite operetur, hoc est, ut horas matutinas, liturgiam, vesperas, concionem diligenter audiat. Sic enim Scriptura (Luc. XVIII, 1.): Oportet semper precari et non defatigari. Et alibi (Eph. VI, 18.): Omni oratione et precatione orantes omni tempore in spiritu: et in hoc ipsum vigilantes cum omni assiduitate et supplicatione pro omnibus sanctis. Rursus alibi idem ille Paulus (1. Thess. V, 17.): Orate sine intermissione.

Ἐρώτησις πή.

Ποία εἶναι ἡ δευτέρα ἐντολὴ τῆς ἐκκλησίας;

Ἀπ. Ἡ δευτέρα ἐντολὴ εἶναι, νὰ φυλάττῃ ὁ Χριστιανὸς κάθα χρόνον τὰς τέσσαρας διατεταγμένας νηστείας· πρώτην, τὴν πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· ἡ ὁποία ἀρχίζει ἀπὸ τὰς ιέ. τοῦ Νοεμβρίου· δευτέραν τὴν μεγάλην τεσσαρακοστήν, τὴν

Quaestio LXXXVIII.

Quodnam secundum Ecclesiae praeceptum est?

Resp. Ut homo Christianus quotannis quatuor statuta Jejunia servet. Primum proximo ante nativitatem Christi tempore, cujus initium a quinto decimo mensis Novembris die ducitur. Secundum, quod magna Quadragesima dicitur, Chri-

---

1) Ex marg. Textus praebet insolitam formam *μυοῦται*. 2) Non opus est marg. conjectura *ἀκούωντας*, quod particip. ne haberet quidem, quo referretur. Maneat conj. pro imperat. ut supra qu. 42: *audiant ergo*. Constructio ex sing. ad plur. numerum transiit. In graviore praecepto interdum additur *νὰ*, ut qu. 88. est, quod sequitur vel indic. qu. 90.

ὁποῖαν ὁ Χριστὸς ἔκαμε· καθὼς (Ματθ. δ'. β'.) λέγει ἡ Γραφή· καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα ὕστερον ἐπείνασε· τρίτην τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, τὴν ὁποῖαν ἀρχίζει ἡ ἐκκλησία μετὰ μίαν ἑβδομάδα τῆς ἑορτῆς τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς· καὶ λέγεται τῶν Ἀποστόλων διὰ τὴν ἀφορμὴν τούτην· διατὶ εἰς τὸν καιρὸν ἐκεῖνον οἱ Ἀπόστολοι ἐνηστεύασι, πεμπόμενοι εἰς τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου· καθὼς φαίνεται εἰς τὰς Πρᾶξεις αὐτῶν, ὅπου (κεφ. ιγ'. γ'.) λέγει· τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἀπέλυσαν. Ἡ τετάρτη νηστεία γίνεται πρὸ τῆς ἑορτῆς τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· ἡ ὁποία ἀρχίζει ἀπὸ τὴν πρώτην τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, καὶ τελειώνει τῇ ιέ. τοῦ αὐτοῦ μηνός. Ἀκόμι πρέπει νὰ φυλάττεται καὶ ἡ νηστεία τῆς τετράδης καὶ τῆς παρασκευῆς· μὰ ὄχι τοῦ Σαββάτου καὶ τῆς Κυριακῆς, κατὰ τὸν ξς'. κανόνα τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἔξω ἀπὸ τὸ μέγα σάββατον. Ἀκόμι ἐπαρέδωκεν ἡ ἐκκλη-

sto ipsi inedia actum, tradente Scriptura (Matth. IV, 2.): Et quum jejunasset dies quadraginta noctesque totidem, tandem esuriit. Tertium sanctorum Apostolorum est, quod mox, exacta sacrae Pentecostes hebdomade, orditur ecclesia. (Claudit die Petri et Pauli, Junii XXIX. [1])). Apostolorum autem ideo nuncupatur, quod illo temporis spatio jam ad divulgandum evangelium ituri Apostoli jejunium celebraverunt, id quod ex Actis ipsorum clarum est (Cap. XIII, 3.): Ubi jejunassent et Deum comprecati essent, manus illis imponebant eosque dimittebant. Quartum jejunium proxime ante diem emortualem, (sive Assumtionis) sanctissimae Deiparae, et semper-Virginis Mariae, agitur. Initium illi Calendis Sextilibus: finis die XV. mensis ejusdem. Porro quarto etiam sextoque cujusque hebdomadis die jejunia observari oportet. Sabbato et die Dominico non item, vetante id canone LXVI. sanctorum Apostolorum; excepto tamen magno Sabbato, (quo compositae sepulcro suo sacrae Servatoris reli-

---

1) Adjecta ab interprete sunt, etiam a Frischio, sed ad marg. relegata, uti in marg. Slavon. edit. videtur invenisse. Id quod testimonio est, etiam Normannum et usum esse Slavonica edit. et abhinc petiisse illa. De die illo, quo jejunio finis imponitur, vid. Smith. de statu etc. p. 21.; de hoc tertio jejunio, quod hic quartum dixit, lege eundem p. 38.; item Heineccium III. p. 391.

σία νὰ νηστεύωμεν καὶ τῇ ιδ΄. τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς κατὰ τὴν ὕψωσιν τοῦ σταυροῦ· διατὶ κάμνομεν τὴν ἐνθύμησιν τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διαβάζοντες τὰ Εὐαγγέλια τοῦ πάθους αὐτοῦ. Καὶ τῇ κθ΄. τοῦ Αὐγούστου, διὰ νὰ τιμήσωμεν τὴν ἀποτομὴν τοῦ προδρόμου μὲ νηστείαν. Ἔξω ἀπὸ τοῦτο μᾶς ἐπαρέδωκε, νὰ μὴ νηστεύωμεν εἰς κάποιαις ἡμέραις διατεταγμέναις· ὡς ἂν εἶναι ἀπὸ τὴν ἡμέραν τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ ἕως τῶν ἁγίων ἐπιφανίων· καὶ ὅλη ἡ διακαινήσιμος ἑβδομὰς, καὶ ἡ ἑβδομὰς μετὰ τὴν πεντηκοστὴν, καὶ ἡ προφωνήσιμος, καὶ ἡ τυρινή. Τὰ ὁποῖα χρεωστεῖ κάθα Χριστιανὸς ὀρθόδοξος νὰ φυλάττη.

quiae quievere.[1])) Sed et XIV. Septembris diem, exaltationi S. Crucis dedicatum, jejunio coli jussit ecclesia, siquidem eo die memoriam passionis Dominicae recitatis, quae de ea agunt, evangeliis recolimus. Itemque diem XXIX. Augusti, nimirum ut Ioannis, Christi praecursoris, obtruncationem religiosa inedia celebremus. Ad haec etiam, ut ne statis quibusdam diebus cibo nos abstineamus, eadem tradidit ecclesia. Puta, a die natali Christi usque ad diem sacrorum Epiphaniorum, totaque Paschali atque Pentecostali hebdomade, ut et illa, quae Dominicam Septuagesimae praecedit hebdomada (*προφωνήσιμον* dicunt [2])). Eaque itidem, quae inter Sexagesimam et Quinquagesimam interest (Graecis *τυρινὴ* est [2])). Quae omnia orthodoxus quisque Christianus bona fide custodire debet.

Ἐρώτησις πθ΄.

Ποία εἶναι ἡ τρίτη ἐντολὴ τῆς ἐκκλησίας;

Quaestio LXXXIX.

Quodnam tertium Ecclesiae praeceptum est?

Ἀπ. Νὰ τιμοῦνται οἱ πνευματικοὶ μὲ τὴν πρεπου-

Resp. Ut homines ecclesiasticos debita colamus

1) Eadem videtur hujus additamenti ratio esse; et Frischio in parenthesi ponente: nämlich am Osterabend. De re consule Smithium p. 39. Heinecc. l. l. p. 392. 2) Adjecit et Frischius Graeca, unciuis inclusa, ut ecclesiastica dierum nomina servaret. *Τυρινή* vero ova et cetera lacticinia comprehendit (teste Smithio l. l. p. 30.), qua exacta fit *ἀποτύρωσις*. Consentit Frischius dicens: da man ausser Fleisch noch alles essen darf. Cfr. Heinecc. l. l. p. 394. Murawieff Briefe p. 70.

μένην εὐλάβειαν, ὡς δοῦλοι τοῦ Θεοῦ καὶ μεσῖται, ὅπου μεσιτεύουσι δι' ἡμᾶς πρὸς τὸν Θεόν· μάλιστα ἐκεῖνοι, ὅπου ἐξομολογοῦσιν, ὡς Πατέρες πνευματικοὶ, καὶ ἀπ' ἐκείνους πρέπει νὰ βουλευώμεθα περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦτο ἡ Γραφὴ (ά. Κορ. δ'. ά.) ὁμιλεῖ τέτοιας λογῆς· οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ. Καὶ (ά. Θεσσ. έ. ιβ'.) ἀλλαχοῦ· ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. Καὶ (ά. Κορ. θ'. ιγ'.) εἰς ἄλλον τόπον· οὐκ οἴδατε ὅτι [1]) οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσι; καὶ οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται; Οὕτω καὶ ὁ Κύριος διέταξε τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν. Καὶ (ά. Τιμ. έ. ιζ'.) πάλιν· οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν· μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. Καὶ οἱ κοσμικοὶ ἄνθρωποι δὲν πρέπει νὰ ἀνακατώνουνται εἰς τὰ πνευματικὰ ἔργα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον (Γαλ. ς'. ά.)

observantia, velut ministros Dei ac sequestres, qui pro nobis apud Deum deprecatores se praebent. Inprimisque illos, qui ut Patres spirituales confessiones nostras excipiunt, et quos a nobis in salutis negotio consuli fas est. De quo praecepto ita loquitur Scriptura (1 Corinth. IV, 1.): Sic nos aestimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei. Et alibi (1 Thess. V, 12.): Rogamus vos fratres, ut agnoscatis illos, qui laborant in vobis et praesunt vobis in Domino et commonefaciunt vos, ut eos summo in pretio habeatis, in caritate, propter opus ipsorum. Et loco alio (1 Cor. IX, 13.): Nescitis, quod qui sacris operantur, ex sanctuario edunt? et qui altari assidue ministrant, cum altari participant? sic et Dominus constituit, ut qui Evangelium annuntiant ex Evangelio vivant. Et rursus (1. Tim. V, 17.): Presbyteri, qui bene praesunt, duplici honore digni habeantur: maxime, qui laborant in verbo et doctrina. Nefas vero est profanis et laicis hominibus in munia spiritualia inferre se atque immiscere, dicente Apostolo (Gal. VI,

1) Addidi ex textu N. T. ὅτι, forte in editt. omissum.

λέγοντα· ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προσληφθῇ [1]) ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πρᾳότητος.

1.): Fratres, si forte occupatus aliquo lapsu homo fuerit, vos qui spirituales estis instaurate hominem ejusmodi in spiritu lenitatis.

Ἐρώτησις ϟ΄.

Ποία εἶναι ἡ τετάρτη ἐντολὴ τῆς Ἐκκλησίας;

Ἀπ. Νὰ ἐξομολογούμεθα τὰς ἁμαρτίας μας τέσσαρες φοραῖς τὸν χρόνον ἔμπροσθεν τοῦ ἱερέως τοῦ νομίμως καὶ ὀρθοδόξως κεχειροτονημένου· οἱ δὲ προκόπτοντες εἰς τὴν εὐσέβειαν καὶ εὐλάβειαν ἃς ἐξομολογοῦνται κάθα μῆνα· οἱ δὲ ἁπλούστεροι χρεωστοῦσι κἂν ἀπὸ μίαν φορὰν τὸν χρόνον νὰ κάμουσιν ἐξομολόγησιν τῶν ἁμαρτιῶν των, καὶ τοῦτο νὰ γίνεται εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς. Εἰς δὲ τοὺς ἀῤῥώστους τοῦτο πρέπει, νὰ εἶναι ἡ πρώτη ἔννοια, νὰ καθαρίσουσι τὸ γοργώτερον τὴν συνείδησίν των μὲ τὴν ἐξομολόγησιν, καὶ νὰ γενοῦσι μέτοχοι τῆς ἁγίας κοινωνίας, πέρνοντες μὲ πᾶσαν εὐλάβειαν προτήτερα τὸ ἅγιον εὐχέλαιον.

Quaestio XC.

Quartum Ecclesiae praeceptum quodnam est?

Resp. Ut quater quotannis delicta nostra sacerdoti recte atque ex ordine creato confiteamur. At qui in pietate ac religione longius progressi sunt, singulis mensibus noxas suas expiant. Simpliciores minimum semel in anno, videlicet tempore sanctae Quadragesimae, lustralem peccatorum suorum confessionem edere debent. Morbo oppressi id ante omnia operam dabunt, ut quam primum conscientiae suae maculas earum confessione coenaeque sacrae participatione eluant; prius tamen summa cum reverentia rite usurpato sacro chrismate.

Ἐρώτησις ϟα΄.

Ποία εἶναι ἡ πέμπτη ἐντολὴ τῆς ἐκκλησίας;

Ἀπ. Νὰ μὴ διαβάζουνται τὰ βιβλία τῶν αἱρετι-

Quaestio XCI.

Quintum Ecclesiae praeceptum quod est?

Resp. Ut ne legantur Haereticorum libri, neque

1) Margo: ed. πρoλ. Nolo mutare illud, quum eadem in N. T. lectionis exstet varietas.

κῶν, μήτε νὰ ἀκούεται ἡ βλάσφημος διδασκαλία των ἀπ' ἐκείνους, ὅπου δὲν εἶναι γεγυμνασμένοι εἰς τὴν ἁγίαν Γραφὴν καὶ εἰς ταῖς ἐπιστήμαις· μήτε νὰ διαλέγουνται μετ' αὐτοὺς, μήτε νὰ συναναστρέφουνται· κατὰ τὸν μελῳδὸν Προφήτην τὸν (Ψαλ. ά. ά.) λέγοντα· μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη· καὶ ἀλλαχοῦ προστάσσει ἡ Γραφὴ (Τίτ. γ΄. ί.) λέγουσα· αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ πρώτην καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ.

fando blasphema illorum audiatur doctrina ab iis, qui in divinis ac humanis literis atque disciplinis inexercitati sunt; ne sermones cum ejusmodi hominibus conferant; ne ad familiaritatem eorum sese applicent, monente Propheta cantore (Psal. I, 1.): Beatus vir, qui non ambulat in consilio impiorum, et in via peccatorum non consistit. Et alibi praecipit Scriptura (Tit III, 10.): Haereticum hominem post unam alteramque admonitionem devita.

Ἐρώτησις ϟβ΄.

Ποία εἶναι ἡ ἕκτη ἐντολὴ τῆς ἐκκλησίας;

Ἀπ. Νὰ παρακαλοῦμεν τὸν πανάγαθον Θεὸν διὰ πᾶσαν κατάστασιν τῶν ἀνθρώπων· πρῶτον μὲν διὰ τοὺς πνευματικοὺς, ἤγουν διὰ τὸν παναγιώτατον Πατριάρχην, διὰ τὸν Μητροπολίτην, καὶ Ἐπίσκοπον τῆς ἐπαρχίας καὶ διὰ τὸν κλῆρον ὅλον· ἔπειτα διὰ τὸν βασιλέα, διὰ τὸν ἡγεμόνα, διὰ ὅλην τὴν γερουσίαν, καὶ πᾶσαν τὴν πολιτείαν· διὰ τὸ στρατόπεδον· ἐξαιρέτως δὲ δι' ἐκείνους, ὅπου ἀγαθοεργοῦσιν εἰς ταῖς ἐκκλησίαις καὶ φροντίζουσι, νὰ αὐξήσουσι τὴν πίστιν καθολικὴν καὶ ὀρθόδοξον· κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὅπου (ά. Τιμ. β΄. ά.) λέγει· παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖ-

Quaestio XCII.

Sextum Ecclesiae praeceptum quodnam est?

Resp. Ut Deum optimum maximumque pro omni hominum ordine ac statu pie veneremur. Primum pro spiritualibus: nimirum pro sanctissimo Patriarcha, pro Metropolita et Episcopo nostrae provinciae cleroque universo. Tum pro rege, pro praeside provinciae, pro senatu omni et rep., pro exercitu et legionibus; sed vero inprimis pro iis orandum, qui bene de ecclesiis merentur sedulamque navant operam, quo pacto orthodoxae ac catholicae religionis pomoeria terminosque proferant, auctore Apostolo, qui ait (1. Tim. II, 1.): Adhortor igitur ante omnia, ut

σθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων· ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ. Ἀκόμι νὰ παρακαλοῦμεν καὶ διὰ τοὺς κεκοιμημένους, ὅπου ἐμισεύσασιν ἀπὸ τὴν ζωὴν τούτην μὲ πίστιν ὀρθόδοξον· ἀκόμι καὶ διὰ τοὺς αἱρετικοὺς καὶ σχισματικοὺς, διὰ νὰ ἐπιστρέψουσιν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, πρὶν νὰ μισεύσουσιν ἀπὸ τὴν παροῦσαν ζωήν.

fiant deprecationes, orationes, intercessiones, gratiarumque actiones, pro omnibus hominibus; pro regibus, omnibusque loco eminenti collocatis; ut quietam ac tranquillam vitam degamus in omni pietate atque honestate. Nam bonum hoc est et acceptum coram Deo Servatore nostro. Porro et pro iis orandum, qui jam obdormierunt: nimirum qui in orthodoxa fide ex hominum vita demigrarunt. Denique etiam pro Haereticis et Schismaticis, ut resipiscant atque ad germanam pietatis sanctimoniam ante supremum vitae diem sese recipiant.

Ἐρώτησις ϟγʹ.

Ποία εἶναι ἡ ἑβδόμη ἐντολὴ τῆς ἐκκλησίας;

Ἀπ. Νὰ φυλάττωνται αἱ νηστεῖαι ἐκεῖναι καὶ δεήσεις, ὅπου θέλουσι προστάσσεσθαι ξεχωριστὰ ἀπὸ τὸν Μητροπολίτην ἢ Ἐπίσκοπον εἰς τὴν ἐπαρχίαν του, ἀπὸ ὅλους τοὺς ἐπαρχιώτας ἀπαρασαλεύτως, ὅπου ταῖς προστάσσει ἐκεῖνος διὰ κἂν μίαν ἀναγκαίαν ὑπόθεσιν, ἤγουν διὰ νὰ ἐπιστρέψῃ τὴν δικαίαν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπικειμένην εἰς τὸν λαόν του· καὶ νὰ τὸν λυτρώσῃ ἢ ἀπὸ θανατικὸν, ἢ πεῖναν, ἢ πόλεμον, ἢ ἀβροχίαν[1]),

Quaestio XCIII.

Quodnam septimum Ecclesiae est praeceptum?

Resp. Ut probe inviolateque jejunia illa supplicationesque, quae seorsum a Metropolita aut Episcopo in dioecesi sua indicuntur, ab omnibus provinciae incolis serventur. Scilicet quando necessaria aliqua de caussa indicuntur, sive ad expiandas justas Numinis violati iras, populum suum urgentes, populumque a pestilentia, a fame, a bello, a siccitate, aut pluvia nimia,

1) Sic bene conjecit margo, quum Vulg. ἀναβρ. sensum loci plane diruat; ἀναβροχία, si unquam legitur, nihil potest esse, nisi *recens pluvia, repetita,* quae non precibus removeri, sed peti debebat.

ἢ πολυβροχίαν, ἢ διὰ ἰατρείαν τῶν ἀσθενῶν, ἢ διὰ παρηγορίαν τῶν τεθλιμμένων· καθὼς φαίνεται εἰς τὰς Πράξεις τῶν Ἀποστόλων ὅπου (κεφ. ιβ΄. ς΄.) γράφουσιν· ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ, προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

eripiendum; sive ad sanandos aegrotos consolandosque oppressos, prout apparet ex Actis Apostolorum, ubi scribitur (XII, 6.): Et Petrus quidem in carcere attinebatur, assiduae vero pro eo ad Deum ab Ecclesia fiebant preces.

Ἐρώτησις ϟδ΄.

Ποία εἶναι ἡ ὀγδόη ἐντολὴ τῆς ἐκκλησίας;

Ἀπ. Νὰ μὴν ἀποτολμῶσιν οἱ κοσμικοὶ, νὰ πέρνουσι βιαίως τὰ καλὰ καὶ στεκούμενα τῆς ἐκκλησίας, καὶ νὰ τὰ μεταχειρίζουνται εἰς ἰδίαις τως χρείαις. Οἱ δὲ πνευματικοὶ προεστῶτες χρεωστοῦσι νὰ προμηθεύουνται ἀπὸ τὰ καλὰ τῆς ἐκκλησίας τὰ στολίσματα καὶ ὅσα ἄλλα εἶναι ἀναγκαῖα εἰς τὴν ἐκκλησίαν· ἀκόμι τὴν ζωοτροφίαν καὶ ἐνδύματα ἐκείνων, ὅπου ὑπηρετοῦσι τὴν ἐκκλησίαν· καὶ τῶν πτωχῶν, καὶ τῶν ξένων· κατὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς Γραφῆς ὅπου (Πράξ. ιά. κθ΄.) λέγει· τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς ηὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς. Ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου. Ἀκόμι δὲν εἶναι δίκαιον οὔτε εἰς τοὺς κοσμικοὺς, οὔτε εἰς

Quaestio XCIV.

Quodnam octavum Ecclesiae est praeceptum?

Resp. Ut ne profani homines bona nummosque ecclesiae vi auferre aut ad privatas necessitates suas intervertere ausint. Ceterum ad sacrorum Antistites haec cura pertinet, ut de bonis ecclesiae mundum aliaque illi necessaria comparent: ut victum et vestitum iis, qui ecclesiae ministrant, et egenis et peregrinis suppeditent, docente ita Scriptura (Act. XI, 29.): Discipuli autem, prout cuique suppetebat, statuerunt in usum fratrum in Iudaea habitantium mittere. Quod etiam fecerunt, mittentes senioribus per Barnabam et Saulum. Praeterea minime aequum est, sive Saeculares,

τοὺς ἀρχιερεῖς, ὅπου ἀρχιερατεύουσιν εἰς κἂν μίαν ἐκκλησίαν, νὰ ἀποξενώνουσι τὰ ἄσπρα ἢ τὰ ἄλλα κινητά της πράγματα, ὅπου τῆς ἔρχονται, ἢ ἀπὸ πρεσβείας τινὸς ἢ δωρεᾶς· καὶ νὰ τὰ μεταχειρίζουνται εἰς ἰδιωτικαῖς ταῖς χρείαις· διὰ νὰ μὴν πάθῃ βίαν καὶ ἀνατροπὴν ἡ γνώμη ἐκείνου, ὅπου τὰ ἔδωκεν.

sive Pontifices ipsos, qui in Ecclesia aliqua sacrorum antistites sunt, nummos illius aut res mobiles alias sive testamento legatas, sive dono datas, quovis modo intercipere, in propriosque usus suos convertere, ne vim et subversionem pia donantis intentio perpetiatur.

Ἐρώτησις ϟέ.

Ποία εἶναι ἡ ἐννάτη ἐντολὴ τῆς ἐκκλησίας;

Ἀπ. Νὰ μὴν γίνουνται γάμοι εἰς ταῖς ἡμέραις, ὅπου κωλύει ἡ ἐκκλησία. Ἀκόμι νὰ μὴν εἶναι παρόντες οἱ ὀρθόδοξοι Χριστιανοὶ εἰς τὰ ἀπηγορευμένα παιγνίδια καὶ θέατρα· μήτε νὰ ἀκολουθοῦσιν εἰς τὰ ἤθη τὰ βάρβαρα, μὰ νὰ ἐγκρατεύωνται ἀπ' αὐτὰ ὅσον εἶναι δυνατόν.

Quaestio XCV.

Nonum Ecclesiae praeceptum quodnam est?

Resp. Ne solemnia nuptiarum vetitis ecclesiae diebus celebrentur. Tum ne orthodoxi Christiani in ludis prohibitis theatralibusque spectaculis intersint; nec peregrinos et barbaros consectentur mores; verum ut ab iis quantum potest sibi temperent.

Ἐρώτησις ϟς'.

Διατί λέγομεν πῶς πιστεύομεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὅπου εἶναι κτίσμα, ὀφείλοντες εἰς μόνον τὸν Θεὸν πιστεύειν;

Ἀπ. Διατὶ καλᾶ καὶ ἡ ἐκκλησία νὰ εἶναι κτίσμα, ἀπὸ ἀνθρώπους συστεμένη, ἀλλὰ ἔχει κεφαλὴν αὐτὸν τὸν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεόν, [1]) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπου τὴν διδάσκει πάν-

Quaestio XCVI.

Verum enimvero quo pacto profitemur, nos in ecclesiam, rem creatam, credere; qui in solum Deum credere debemus?

Resp. Nempe quamquam res creata ab hominibusque conflata ecclesia est: habet illa tamen caput Christum ipsum verum Deum; habet Spiritum sanctum, qui illam perpetuo docet et in-

1) Margo addit καί, quo puto loci gravitatem imminui.

ταρ καὶ κάμει τὴν ὡς λέγει (ά. Τιμ. γ΄. ιέ.) ὁ Ἀπόστολος, νύμφην ἄσπιλον καὶ ἄμωμον τοῦ Χριστοῦ, καὶ στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Καὶ τὰ δόγματα καὶ διδάγματά της δὲν εἶναι ἀνθρώπινα ἀλλὰ θεῖα· διὰ τοῦτο λέγοντες πῶς πιστεύομεν εἰς αὐτὴν, νοοῦμεν πῶς πιστεύομεν εἰς τὰ θεοπαράδοτά της [1]) λόγια, καὶ θεόπνευστα δόγματα. Φησὶ γὰρ ἡ Γραφή· ὅτι ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι· καὶ ὁ Παῦλος (ά. Θεσσ. β΄. ιγ΄.) φησίν· οὐ λόγον ἀνθρώπου ἐδέξασθε, ἀλλὰ, καθὼς ἐστὶν ἀληθῶς, λόγον Θεοῦ. Καὶ ἀπὸ τοῦτο κινούμεθα νὰ πιστεύωμεν ὄχι μόνον τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ὅπου ἐκείνη ἐδιάλεξε, περὶ οὗ ὁ Χριστὸς (Μαρκ. ά. ιέ.) διετάξατο εἰπών· πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ἀλλὰ καὶ εἰς πάσας τὰς λοιπὰς γραφὰς καὶ συνοδικὰς διατάξεις.

struit, eamque efficit, teste Apostolo, sponsam immaculatam et inculpatam Christi (Ephes. V, 27.); et columnam atque stabilimentum veritatis (1 Timoth. III, 15.). Sed et dogmata et doctrina illius nequaquam humana verum divina sunt. Quando itaque nos in illam credere profitemur; intelligimus, nos credere in traditas divinitus sacras illius scripturas et inspirata a Deo dogmata. Ait enim Scriptura (2 Petr. I, 21.), actos a Spiritu sancto locutos fuisse sanctos Dei homines. Similiter et Paulus (1 Thess. II, 13.): Non ut sermonem hominum excepistis, sed (sicut revera est) ut sermonem Dei. Hinc adducimur ad fidem habendam non modo sacro Evangelio ab Ecclesia recepto, de quo Christus ipse praecepit (Marc. I, 15.): Credite Evangelio; verum etiam reliquis omnibus sacris scripturis et synodicis decretis.

Ἐρώτησις ϞΖ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ δέκατον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Quaestio XCVII.

Decimus fidei Articulus quis est?

Resp. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

1) Non est, cur marg. conjectura non recipienda sit. Vulg. του contra grammaticas leges esse, nemo est, quin videat. Has enim formas non tam ab articulo mutuati sunt barbari Graeci, quam a pronom. αὐτός, quod veteribus pro possessivo fuit. Cfr. p. 107.

Ἐρώτησις ϟή.

Τί διδάσκει τὸ ἄρθρον τοῦτο τῆς πίστεως;

Ἀπ. Ἐπειδὴ ἐνθυμᾶται τοῦ βαπτίσματος, ὅπου εἶναι τὸ πρῶτον μυστήριον, μας δίδει ἀφορμὴν, νὰ θεωρήσωμεν περὶ τῶν ἑπτὰ μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας· τὰ ὁποῖα εἶναι ταῦτα· τὸ βάπτισμα, τὸ μύρον τοῦ χρίσματος, ἡ εὐχαριστία, ἡ μετάνοια, ἡ ἱερωσύνη, ὁ τίμιος γάμος, καὶ τὸ εὐχέλαιον. Ταῦτα τὰ ἑπτὰ μυστήρια ἀναβιβάζονται εἰς τὰ ἑπτὰ χαρίσματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἐπειδὴ διὰ μέσου τῶν μυστηρίων τούτων χύνει τὰς δωρεάς του τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς τὰς ψυχὰς ἐκείνων, ὅπου τὰ μετέχουσι καθὼς πρέπει, καὶ τὴν χάριν του. Διὰ τὸ ὁποῖον πρᾶγμα ὁ Πατριάρχης Ἱερεμίας εἰς πλάτος διαλέγεται εἰς τὸ βιβλίον, ὅπου ἔγραψε πρὸς τοὺς Λουτεράνους, διὰ νὰ ἐπιστρέψουσιν.

Quaestio XCVIII.

Quid hic fidei Articulus docet?

Resp. Quandoquidem baptismatis mentionem facit, quod primum ecclesiae mysterium est: locum nobis opportunum praebet disserendi, de septem mysteriis ecclesiae, quae sunt: Baptisma, Unguentum Chrismatis, Eucharistia, Poenitentia, Sacerdotium, honorabile Conjugium, et Oleum consecratum (extrema unctio). Quae septem sacramenta septenis Spiritus Sancti donis respondent, quoniam per ea dona sua ac gratiam animis recte et legitime utentium Spiritus Sanctus infundit. Qua de re pluribus egit Patriarcha Hieremias in libro, quem convertendis Lutheranis scripsit.

Ἐρώτησις ϟθ'.

Τί ἐστι μυστήριον;

Ἀπ. Τὸ μυστήριον εἶναι μία τελετὴ, ἡ ὁποία ἀποκάτω [1]) εἰς κάποιον εἶδος ὁρατὸν εἶναι αἰτία, καὶ φέρει εἰς τὴν ψυχὴν τοῦ πιστοῦ

Quaestio XCIX.

Quid est mysterium sive sacramentum?

Resp. Mysterium est sacra quaedam caerimonia, quae sub specie aliqua visibili caussa est, et in animam hominis fidelis invisi-

---

1) Monet margo, alibi dici ὑποκάτω. Illa forma, quae in textu constanter legitur (Guerike allgem. Symbol. p. 378.), per se magis placet, quum praepos. ἀπὸ sua sponte motionem ex uno loco in alterum indicet. Jacob. I. 17.

τὴν ἀόρατον χάριν τοῦ Θεοῦ· διαταχθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ὑμῶν, δι᾽ οὗ ἕκαστος τῶν πιστῶν τὴν θείαν χάριν λαμβάνει.

bilem Dei gratiam infert: institutum a Domino nostro, per quem unusquisque fidelium divinam gratiam accipit.

Ἐρώτησις ρ᾽.

Πόσα πράγματα ζητοῦνται εἰς τὸ μυστήριον;

Ἀπ. Τρία, ὕλη ἁρμόδιος, ὡς εἶναι τὸ ὕδωρ εἰς τὸ βάπτισμα· ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος εἰς τὴν εὐχαριστίαν· τὸ ἔλαιον, καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τὸ[1] *μυστήριον. Δεύτερον ὁ ἱερεὺς, ὅπου νὰ εἶναι νομίμως κεχειροτονημένος ἢ ὁ ἐπίσκοπος. Τρίτον ἡ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὸ εἶδος τῶν λογίων,*[2] *μετὰ ὁποῖα ὁ ἱερεὺς ἁγιάζει τὸ μυστήριον τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος μὲ γνώμην ἀποφασισμένην του νὰ τὸ ἁγιάσῃ.*

Quaestio C.

Quot res ad Mysterium opus sunt?

Resp. Tres. M a t e r i a i d o n e a, utpote aqua in baptismate; panis et vinum in eucharistia; oleum et cetera in suis quaeque mysteriis. Secunda, S a c e r d o s legitimis suffragiis ordinatus aut *Episcopus*. Tertia I n v o c a t i o S p i r i t u s S a n c t i et s o l l e m n i s v e r b o r u m f o r m u l a. Quibus verbis vi et efficacia Spiritus Sancti mysterium sacerdos rite sanctificat; accedente fixa et deliberata ejusdem intentione sanctificandi mysterii.

Ἐρώτησις ρα᾽.

Διὰ ποῖον τέλος τὰ μυστήρια διετάχθησαν;

Ἀπ. Πρῶτον διὰ νὰ εἶναι σημάδια τῶν ἀληθινῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ, ἤγουν τῆς ἐκκλησίας τῆς ὀρθοδόξου, τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς· διατὶ ὅποιος χρᾶται τὰ μυστήρια τοῦτα καθὼς

Quaestio CI.

Quem in finem instituta sunt mysteria?

Resp. Primo ut signa atque tesserae verorum Dei filiorum sive Ecclesiae orthodoxae, catholicae et apostolicae sint. Nam quisquis, ut oportet, hisce utitur my-

---

1) Margo conjicit *εἰς κάθα* pro *κατὰ τὸ*; quae si invenirentur, praestarent. Vulgata etiam ex connexione clara est, nec ex verbis ullam habet ambiguitatem: *reliqua pro mysterio*, scilicet *eo*, *quod modo administratur*. 2) Rectissime in marg. *λογίων*, quod recepi, pro *λόγων*, quod de formulis et carminibus dicere nemo ausus est. Sic illud bis est qu. 102 de baptismatis formula, et semper.

πρέπει, εἶναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἀληθινὸν καὶ γνήσιον μέλος της καὶ κατὰ χάριν υἱὸς Θεοῦ. Δεύτερον, διὰ νὰ ἔχωμεν ἀσφαλὲς σημεῖον τῆς εἰς Θεὸν ἡμῶν πίστεως, ἔστωντας καὶ νὰ εἴμεσθαν βέβαιοι μὲ τὴν πίστιν, καὶ μετὰ καλὰ ἔργα, νὰ σωθοῦμεν εἰς τὴν αἰώνιον ζωήν. Τρίτον, διὰ νὰ ἔχωμεν ἰατρικὰ ἀναμφίβολα, νὰ διώχνωμεν ταῖς ἀσθενείαις τῶν ἁμαρτιῶν μας.

steriis, is verum et genuinum ecclesiae Dei membrum est et secundum gratiam Dei filius. Secundo ut certum nostrae in Deum fiduciae habeamus pignus. Si videlicet in fide bonisque operibus constanter perseveraverimus, tum vitae nos ac salutis aeternae compotes omnino fore. Tertio ut explorata atque praesentanea habeamus remedia, quibus infirmitates peccatorum nostrorum depellamus.

Ἐρώτησις ρβ΄.

Τί εἶναι τὸ πρῶτον μυστήριον τοῦ βαπτίσματος;

Ἀπ. Τὸ βάπτισμα εἶναι μία ἔκπλυσις καὶ ἀναίρεσις τοῦ προπατορικοῦ ἁμαρτήματος· διὰ τῆς τρίτης καταδύσεως εἰς τὸ ὕδωρ, λέγοντος τοῦ ἱερέως τὰ λόγια τοῦτα· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, ἀμήν· καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἀμήν· καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀμήν. (Ὁ ἀνάδοχος ὀφείλει προφέρειν τὸ ἀμήν.) Καὶ μετὰ τὴν ἀναγέννησιν τούτην ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος γίνεται ἡ διαλλαγὴ τοῦ ἀνθρώπου μὲ τὸν Θεὸν, καὶ συγχωρεῖται ἡ εἴσοδος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, κατὰ τὰ λόγια τοῦ

Quaestio CII.

Quid est primum mysterium sive baptismatis?

Resp. Baptisma est ablutio quaedam et exstirpatio peccati originalis, terna in aquam immersione facta, pronunciante haec verba sacerdote: In nomine Patris; Amen; Et Filii; Amen; Et Spiritus Sancti; Amen. (Nota: Susceptor sive pater lustricus respondet; Amen [1]). Post hanc ex aqua et spiritu regenerationem homo in gratiam cum Deo reducitur, patetque illi coelestis regni aditus secundum ver-

1) Tenet haec etiam Frischius; non vero solum in Slavicis editt. reservantur, ut supra de similibus additamentis conjeci, sed exstant etiam in Graecis; apud Norm. ad marg., a Hofmanno in textum vocata. Puto invenisse illa Normann. in edit., quae Graecum et Slavicum textum habuit, et ut illa superiora etiam haec ex Slavic. adscripta fuisse. Thom. Smithium l. l. p. 105. non ad hunc locum respexisse, miror.

Σωτῆρος ἡμῶν, (Ἰωαν. γ΄. ε΄.) λέγοντος· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο τὸ μυστήριον μίαν φορὰν λαμβανόμενον δὲν δίδεται δεύτερον, μόνον ἐκεῖνος ὅπου βαπτίζει νὰ πιστεύῃ ὀρθοδόξως ἕνα Θεὸν τρισυπόστατον, καὶ νὰ εἶπεν ἀκριβῶς καὶ ἀπαραλλάκτως τὰ προῤῥηθέντα λόγια· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀμὴν, κατὰ τὴν γνώμην τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου ἐκκλησίας.

Ἐρώτησις ργ΄.

Τί πρέπει νὰ φυλάττεται εἰς τὸ μυστήριον τοῦτο;

Ἀπ. Τὸ πρῶτον εἶναι, ὅπου τὸ βρέφος μὲ τὸν ἀνάδοχόν του (ὁ ὁποῖος πρέπει νὰ εἶναι ὀρθόδοξος) ἔχει ἀνάγκην, νὰ ἀποταγῇ ἤγουν νὰ ἀρνηθῇ τὸν διάβολον καὶ ὅλα του τὰ ἔργα καὶ τὴν λατρείαν του καὶ πᾶσαν τὴν πομπήν του. Μὰ ἂν ὁ βαπτιζόμενος θέλει εἶναι νομίμου ἡλικίας, εἶναι ἀνάγκη, ὅτι αὐτὸς ὁ ἴδιος, αὐτός του νὰ κάμῃ τὴν ἄρνησιν τοῦ διαβόλου, ἀποκρινόμενος εἰς τὰς ἐρωτήσεις τοῦ ἱερέως, καὶ ἐμπτύωντας τὸν διάβολον καὶ τὰ ἔργα του ὅλα· ἔπειτα νὰ ὁμολογήσῃ τὸ σύμβολον τῆς πίστεως· καὶ ἂν εἶναι νήπιον, νὰ ὁμολογήσῃ ὁ ἀνά-

ba Servatoris nostri (Joh. III, 5.): Nisi quis ex aqua et spiritu genitus fuerit, non potest ingredi in regnum Dei. Hoc autem mysterium semel acceptum iterum non repetitur; modo si is, qui baptissat, orthodoxe in unum Deum personis trinum credat, et accurate nullaque immutatione praedicta verba: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti Amen secundum catholicae et orthodoxae Ecclesiae sententiam proferat.

Quaestio CIII.

Quidnam in hoc Mysterio observandum?

Resp. Primum necesse infantulo est, per susceptorem suum, qui orthodoxus esse debet, penitus renunciare familiaritati diaboli, illumque cum operibus suis omnibus, cum cultu pompaque omni repudiare. Quod si baptissandus justam ingressus est aetatem, ut ille ipse, suo ore, repudium diabolo renunciet, respondendo ad interrogationes sacerdotis, satanamque et omnia opera illius consputando. Dein ut symbolum fidei aperte profiteatur, sin infans est, ut ipsius nomi-

δοχός του δι' αὐτὸν τὸ σύμβολον τοῦτο τῆς πίστεως· καὶ νὰ ὑποσχεθῇ δι' αὐτὸν εἰς τὸν Χριστόν. Ἀκόμι καὶ τοῦτο πρέπει νὰ φυλάττεται εἰς τὸ βάπτισμα, νὰ εἶναι εἰλικρινὲς ὕδωρ, ὄχι μικτὸν μὲ ἄλλο πρᾶγμα οὔτε τεχνητὸν, μήτε ἄλλο ὑγρόν. Καὶ τὸ διατεταγμένον βάπτισμα δὲν πρέπει νὰ γίνεται ἀπὸ ἄλλον τινὰ παρὰ ἀπὸ τὸν νόμιμον ἱερέα· μὰ εἰς καιρὸν τινὸς ἀνάγκης ἠμπορεῖ νὰ τὸ [1]) κάμῃ τὸ μυστήριον τοῦτο καὶ κοσμικὸν πρόσωπον ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς, μεταχειριζόμενον τὴν πρεπουμένην ὕλην, νερὸν ἁπλοῦν καὶ φυσικὸν, ἐπιφέρον καὶ τὰ ῥηθέντα λόγια· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· κάμωντας καὶ τὴν τρίτην κατάδυσιν. Καὶ τὸ τοιοῦτον βάπτισμα τόσην δύναμιν ἔχει, ὅπου ἔστωντας καὶ νὰ μὴ δίδεται δεύτερον, εἶναι ἀναμφίβολος σφραγὶς τῆς σωτηρίας τῆς αἰωνίου. Καὶ ποῖος νὰ εἶναι ὁ καρπὸς καὶ τὸ κέρδος τοῦ μυστηρίου τούτου, εὔκολα καθ' ἕνας τὸ γνωρίζει. Διατὶ πρῶτον τὸ μυστήριον τοῦτο σικώνει ὅλα τὰ ἁμαρτήματα· εἰς

ne idem symbolum sponsor edat et Christo sacramentum dicat. Porro illud etiam in baptismate curandum [2]) est, ut aqua pura, nullaque re alia permixta, neque artificialis, nec alius liquor ullus adhibeatur. Tum legitimum baptisma a nemine alio administrari oportet, quam ordinario verbi ministro. Veruntamen urgente aliqua necessitate etiam alius quisque homo, sive mas sive femina hoc peragere sacramentum potest, sumta in manus debita materie, aqua simplici atque naturali, verbisque sollemnibus: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ad trinam immersionem rite adjectis. Ea vero baptismatis hujus, etsi non amplius iterandi, vis et efficacitas est, ut indubium aeternae salutis signaculum ac pignus sit. Qui fructus vero quodve emolumentum hujus mysterii sit, id per se facile quisque videt. Primum enim peccata omnia abolet, in infantibus originale, in adultis tum illud tum

---

1) Hoc artic. motus, qui margin. notas conscripsit, conjecit τότε, adjiciens Smithium de eccl. Gr. statu p. 104. illud omisisse. Usus hic est editione eadem, cujus paginae adscriptae sunt Normannianae. Servant artic. Guerike compar. Symbol. p. 413. Wineruş comp. Symb. p. 134. Non certe infrequens est artic. repetitio. 2) Edit. Norm. *adcurandum*. Post vocabul. artif. delevi mediam intercisionem, quum per se constet, adject. praegressum ad *aquam* spectare.

μὲν τὰ βρέφη τὸ προπατορικὸν, εἰς δὲ τοὺς μεγάλους καὶ τὸ προπατορικὸν καὶ τὸ προαιρετικόν. Δεύτερον ὁ ἄνθρωπος ἀνακαινίζεται καὶ ἀποκαθίσταται εἰς τὴν δικαίωσιν ἐκείνην, ὅπου εἶχεν, ὅταν ἦτον ἀθῶος καὶ ἀναμάρτητος· καθὼς μαρτυρᾷ (ά. Κορ. ς΄. ιά.) ὁ Ἀπόστολος, λέγων· ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἔπειτα οἱ βαπτισθέντες γίνουνται μέλη τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν ἐνδυόμεθα· διατὶ (Γαλ. γ΄. κζ΄.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

voluntarium. Deinde hominem plane renovat, in eumque justitiae sanctitatisque restituit locum, quo innocens adhuc intactusque peccato olim steterat, quemadmodum testatur Apostolus (1 Cor. VI, 11.): Sed abluti estis, sed sanctificati, sed justificati in nomine Domini Iesu et in Spiritu Dei nostri. Super haec membra corporis Christi baptissati evadimus [1]), Dominumque nostrum induimus, teste Apostolo (Gal. III, 27.): Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis.

Ἐρώτησις ρδ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον μυστήριον εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ;

Ἀπ. Τὸ δεύτερον μυστήριον εἶναι τὸ μύρον τοῦ χρίσματος· τὸ ὁποῖον ἤρχισεν ἀπὸ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὅπου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκατάβηκεν (Πρᾶξ. β΄.) εἰς τοὺς Ἀποστόλους, σφραγίζοντας τοὺς [3]) μὲ τὴν θείαν

Quaestio CIV.

Quodnam secundum in Ecclesia Christi Mysterium est?

Resp. Secundum Mysterium unguentum chrismatis (sive confirmationis [2])) est. Quod ab eo tempore initium habuit (Act. II.), quo super Apostolos coelo devectus consedit Spiritus San-

1) Interpres concinnitatis caussa primam posuit personam. Graecus a tert. ad primam transiit, ut ad Pauli sermonis similitudinem propius accederet. Frischius tenet. tert. pers. per totum locum: Die nun getauft sind, sind Glieder des Leibes Christi, und mit unserm Herrn umkleidet. 2) Haec e Slavicis; habet Frischius, in Graecis desunt. 3) Reddidi huic voculae accentum, quem editt., quasi illa esset enclit., praecedentis vocabuli ultimae tribuerunt syllabae. Cfr. qu. 42., et quae monui p. 82. et 107.

του χάριν, διὰ νὰ κηρύττουσι σταθερῶς καὶ ἀδιαλείπτως τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τὴν βοήθειαν τούτην χρειάζονται καὶ οἱ βαπτιζόμενοι· καὶ καθὼς πάλαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκατάβηκεν εἰς τοὺς Ἀποστόλους ἐν εἴδει πυρὸς καὶ ἔχυσεν εἰς αὐτοὺς τὰ χαρίσματά του· τέτοιας λογῆς καὶ τῶρα, ὅταν ὁ ἱερεὺς χρίει τὸν βαπτιζόμενον μὲ τὸ ἅγιον μύρον, χύνουνται ἀπάνω εἰς αὐτὸν τὰ χαρίσματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τὸ ὁποῖον εἶναι δῆλον ἀπὸ τὰ λόγια, ὅπου χρεωστεῖ ὁ ἱερεὺς νὰ λέγῃ, ὅταν ἐνεργῇ τὸ τοιοῦτο μυστήριον· σφραγὶς δωρεᾶς Πνεύματος ἁγίου, ἀμήν [1]). Ὡς ἂν νὰ ἔλεγε, μὲ τὴν χρίσιν τούτου τοῦ ἁγίου μύρου σφραγίζεσαι καὶ βεβαιώνεσαι εἰς τὰ χαρίσματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅπου πέρνεις εἰς βεβαίωσιν τῆς Χριστιανικῆς σου πίστεως· καὶ τοῦτο συμφωνᾷ μὲ τὰ λόγια τοῦ Ἀποστόλου (β΄.Κορ. α.κα.) λέγοντος· ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν καὶ χρίσας ἡμᾶς, Θεός· ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς Θεὸς [2]), καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Ἡ χρίσις αὕτη τοῦ μύρου, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἡ ἐνέργεια τούτη τῆς

ctus, eosque divina gratia sua obsignavit, quo constanter et sine intermissione fidem Christi praedicarent. Eodem numine auxilioque iis omnino opus est, qui Christianismo initiantur. Rursus, uti tunc temporis visibili ignis specie delapsus Spiritus Sanctus charismata sua Apostolis impertivit: pariter et hodie, quando sacerdos oleo sacro recens baptissatum inungit, desuper idem Spiritus Sancti donis perfunditur. Quod manifeste arguunt verba sacerdoti mysterium hoc peragenti de more pronuncianda: Signaculum muneris Spiritus Sancti, Amen. Quasi si dicat: Inunctione sacri hujus unguenti obsignaris confirmarisque in Spiritus Sancti donis, quae in confirmationem christianae fidei tuae accipis. Quod cum verbis Apostoli congruit (2 Cor. I, 21.): Qui confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos Deus, qui etiam obsignavit nos, indiditque arrhabonem Spiritus in cordibus nostris. Haec vero unguenti inunctio aut potius haec unctionis hujus efficien-

1) Euchol. 356. Muralt Briefe über den Gottesdienst der morgenl. K. p. 161. 2) Editt N. T. omittunt vocab. Θεός. Ante intercisionem parvam posui post ἡμᾶς, mediam post Θεὸς, neutram inveni.

χρίσεως, ἐγίνετο εἰς τὸν καιρὸν τῶν Ἀποστόλων διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν. Διατὶ (Πρᾶξ. ή. ιζ΄.) [1]) λέγει ἡ Γραφή· Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον. Ὕστερα ἐγίνετο μὲ τὴν χρίσιν τοῦ μύρου, καθὼς μαρτυρᾷ ὁ ἱερὸς Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὁ μαθητὴς τοῦ μακαρίου Παύλου.

tia aevo Apostolorum per impositionem manuum fiebat, dicente ita Scriptura (Act. VIII, 17.): Tunc imponebant illis manus, et accipiebant Spiritum Sanctum. Postmodum inunctione unguenti fieri coepit, teste S. Dionysio Areopagita, B. Pauli discipulo (Eccles. Hierarch. cap. II et IV.) [2]).

Ἐρώτησις ρέ.

Πόσα πράγματα ζητοῦνται εἰς τοῦτο τὸ μυστήριον;

Quaestio CV.

Quot ad hoc Mysterium necessariae res sunt?

Ἀπ. Πρῶτον ζητεῖται νὰ γίνεται ἀπὸ τὸν ἀνωτάτω ἐπίσκοπον τὸ μύρον τοῦτο. Δεύτερον, νὰ ἔχῃ τὴν [3]) πρεπουμένην του ὕλην, ἤγουν τὸ ἔλαιον, τὸ βάλσαμον καὶ τὰ λοιπὰ μυρίσματα. Τρίτον ζητεῖται, ὅτι παρευθὺς μετὰ τὸ βάπτισμα νὰ χρίῃ ὁ ἱερεὺς τὸν βαπτιζόμενον εἰς τὰ διωρισμένα μέλη [4]), ἐπιλέγων τὰ λόγια ἐκεῖνα· σφραγὶς δωρεᾶς Πνεύματος ἁγίου, ἀμήν. Ἀπὸ τὸ μυστήριον τοῦτο γενοῦνται οἱ καρποὶ τοῦτοι. Πρῶτον, διατὶ καθώς με τὸ βάπτισμα ἀναγεννώμεθα [5])· τέτοιας λογῆς,

Resp. Primum necesse est, ut ab summi loci ordinisque Episcopo hoc consecretur unguentum. Secundo, ut aptam congruentemque sibi materiam habeat; nimirum oleum, balsamum, unguenta cetera. Tertio, ut e vestigio post baptismum, certis definitisque membris, baptissatum sacerdos inungat, cum hac formula: Signaculum muneris Spiritus Sancti. Amen. Ex hoc Mysterio hi proveniunt fructus. Primum, velut per Baptisma renascimur: ita

1) Falso in textu fuit ζ, correxi etiam in Vers. Infra qu. 109 recte citatus est locus. 2) Utroque capit. de unguento agitur, altero de unguento baptismatis, quarto de toto unguenti genere, sed in neutro invenio, ex impositione manuum factam esse inunctionem. 3) Euchol. 637. Heineccius Abbild. d. alt. und neuen griech. K. 2. B. p. 258. Muralt Briefe etc. p. 301. Lexidion s. v. Myrrhen-Oel. 4) Euchol. 354. 356. Smith. l. c. p. 110. Briefe p. 159. 5) Vulg. ἀναγενομ., quae vix defendi poterit. Margo offert, quod recepi, de baptismi renovatione valde frequentatum. Cfr. qu. 102.

μὲ τὸ ἅγιον μύρον γενόμεθα μέτοχοι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, βεβαιωθέντες εἰς τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου, καὶ αὐξάνομεν εἰς τὴν θείαν χάριν κατὰ τὸν Ἀπόστολον (Τιτ. γ΄. ε΄.) τὸν λέγοντα, ὅτι ἔσωσεν ἡμᾶς κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. Δεύτερον, διατὶ μὲ τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὕτως εἴμεσθεν βέβαιοι καὶ στερεοὶ, ὁποῦ δὲν ἠμπορεῖ νὰ βλάψῃ καθόλου ὁ νοητὸς ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μας. Τοῦτο τὸ μυστήριον δὲν δίδοται δεύτερον παρὰ εἰς ἐκείνους, ὁποῦ θέλουσιν ἐπιστρέψειν ἀπὸ τὴν ἄρνησιν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ.

per sacrum hocce unguentum Spiritus Sancti participes efficimur, confirmamur in fide Domini atque in gratia divina sensim adolescimus, docente Apostolo (Tit. III, 5.): Salvavit nos secundum misericordiam suam, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti, quem copiose super nos effudit per Iesum Christum Salvatorem nostrum. Secundo, quod adjutorio Spiritus Sancti ita confirmamur et corroboramur, ut nihil penitus animae nostrae spiritualis hostis noster nocere valeat. Denique neque hoc unquam repetitur Mysterium nisi in illis, qui ab nominis Christi ejuratione (ad professionem ejusdem) postliminio redeunt.

Ἐρώτησις ρς΄.

Ποῖον εἶναι τὸ τρίτον μυστήριον;

Ἀπ. Ἡ ἁγία εὐχαριστία, ἤγουν τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑποκάτω εἰς τὴν θεωρίαν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου, εἰς τὸ ὁποῖον εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως παρὼν, ἤγουν κατὰ τὸ πρᾶγμα, ὁ Ἰησοῦς Χριστός. Τοῦτο τὸ μυστήριον ὑπερέχει ὅλα τὰ ἄλλα, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ὠφελεῖ εἰς τὴν σωτηρίαν τὴν ἐδικήν μας. Ἐπειδὴ εἰς τὸ μυστήριον τοῦτο πᾶσα χάρις καὶ χρηστότης

Quaestio CVI.

Quodnam tertium est Mysterium?

Resp. Sancta Eucharistia, sive corpus et sanguis Domini nostri Iesu Christi, sub visibili specie panis et vini, in quo vere et proprie, hoc est, secundum rem ipsam praesto adest Iesus Christus. Hoc Mysterium inter reliqua omnia unum praecipue eminet, atque plus ceteris ad salutem consequendam nobis confert. Namque

τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ φανερώνεται εἰς τοὺς πιστοὺς καὶ παριστάνεται, καθὼς θέλει γένῃ [1]) γνώριμον κατωτέρω.

Ἐρώτησις ρζ'.

Τί πρέπει νὰ φυλάττεται εἰς τὸ μυστήριον τοῦτο;

Ἀπ. Πρῶτον τοῦτο τὸ μυστήριον οὐδένας ἄλλος ἠμπορεῖ νὰ τὸ κάμῃ, εἰς ὁποῖαν χρείαν καὶ ἂν τύχῃ, παρὰ [2]) νὰ εἶναι ἱερεὺς νόμιμος. Δεύτερον πρέπει, νὰ προμηθεύῃ, νὰ εἶναι θυσιαστήριον ἐκεῖ, ὁποῦ μέλλει νὰ ἱερουργήσῃ, ἢ ἀντιμίσιον, χωρὶς τοῦ ὁποίου καθ' οὐδένα τρόπον ἠμπορεῖ νὰ προσφέρῃ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν. Τρίτον πρέπει, νὰ προσέχῃ, νὰ εἶναι ἡ πρεπουμένη ὕλη, ἤγουν ἄρτος σίτινος ἔνζημος, ὅσον δυνατὸν καθαρός, καὶ οἶνος ἄμικτος ἀπὸ κάθα λογῆς ἄλλο ὑγρὸν, καὶ εἰλικρινὴς εἰς ἑαυτόν. Καὶ εἰς τὴν προσκομιδὴν ἐγχεῖται καὶ ὕδωρ πρὸς πλήρωσιν τῆς Γραφῆς (Ἰωαν. ιθ'. λδ'.) τῆς λεγούσης, ὅτι εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ ἔνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν

in eo gratiae benignitatisque Domini Iesu opes universae fidelibus monstrantur exhibenturque, ut postea patebit.

Quaestio CVII.

Quid in hoc Mysterio observandum?

Resp. Primum, quod hoc Mysterium nemo homo, nisi legitime creatus sacerdos, quantacunque urgente necessitate, administrare possit. Secundo providendum sacerdoti, ut, quo loco sacrificium facturus est, altare aut tapes saltem mensalis consecratus ad manum sit, absque quo nullo modo integrum est, incruentum offerre sacrificium. Tertio curabit, ut in promtu sit materia debita, sive panis ex frugibus confectus, fermentatus et quantum potest purus; et vinum haud alio humore confusum in seque purum et sincerum. Affunditur in actu ipso et aqua (calida [3])) implendae Scripturae, quae dicit (Io. XIX, 34.): quod quum unus quispiam militum hasta latus Christi hausisset: sanguis

---

1) Subscripsi jota, ut sit conjunctivus. Idem feci in qu. 107. sub voce τύχῃ, delevi vero in adverb. κατωτερῳ. Cfr. p. 94. 2) Non dubitavi, recipere lectionem marg. παρὰ νὰ pro insolito et inepto: περ ἀνὰ. Ista praep. παρὰ, quae conjt. naturam induit, exceptionem notat, ut p. 176. 3) Unde hoc additamentum, ignoro. Nec Graeca nec Slavica tenent. De re vide *Muralt* Lexidion s. v. Wein. Obtinuit vetus mos, ut frigida aqua ante consecrationem, post hanc calida vino a diacono admisceretur. Vide *Leo Allat.* de perpet. cons. III. 18. 4 et 5. *Heineccius* Abbildung. II, 277.

αἷμα καὶ ὕδωρ. Τέταρτον πρέπει, νὰ ἔχῃ ὁ ἱερεὺς τοιαύτην γνώμην εἰς τὸν καιρὸν, ὁποῦ ἁγιάζει τὰ δῶρα, πῶς αὐτὴ ἡ οὐσία τοῦ ἄρτου καὶ ἡ οὐσία τοῦ οἴνου μεταβάλλεται εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ ἀληθινοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὗ τὴν ἐπίκλησιν κάμει τὴν ὥραν ἐκείνην, διανατεληῶς [1]) τὸ μυστήριον τοῦτο, ἐπευχόμενος καὶ λέγων· [2]) Κατάπεμψον τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα· καὶ ποίησον τὸν μὲν [3]) ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, μεταβαλὼν [4]) τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. Μετὰ γὰρ τὰ ῥήματα ταῦτα ἡ μετουσίωσις παρευθὺς γίνεται, καὶ ἀλλήσει [5]) ὁ ἄρτος εἰς τὸ ἀληθινὸν σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος εἰς τὸ ἀληθινὸν αἷμα. Ἀπομένονται [6]) μόνον τὰ εἴδη ὁποῦ φαίνουνται, καὶ

continuo et aqua profluxerit. Quarto eo temporis articulo, quo sacra munera consecrat sacerdos, ita omnino secum statuere debet, quod substantia ipsa panis et vini in substantiam veri corporis et sanguinis Christi opera Spiritus Sancti immutetur, cujus numen illo interim spatio implorat his nimirum verbis, ut rite hoc ipse perficiat mysterium, exoptans: Demitte o Deus de coelo Spiritum tuum Sanctum, super nos, et super proposita haecce dona, et panem hunc effice pretiosum corpus Christi tui; idque, quod in calice hoc inest, effice pretiosum sanguinem Christi tui, transformans ea per Spiritum tuum Sanctum. Quippe pronunciatis hisce verbis, confestim Transsubstantiatio peragitur, mutaturque panis in verum corpus Christi, vinum in verum ejusdem sanguinem; manentibus tantummodo per divinam dispositionem speciebus, quae visu

---

1) Exstat marginis conj. διὰ νὰ τελειώσῃ, haud necessaria, quam etiam interpres reddidit. Vulgatam tenet Smith. l. c. p. 114. beneque vertit: perficiens hoc mysterium. Ponatur vero comma post vocab. τοῦτο, ne omnia confundantur. Ante post vocab. Χριστοῦ ex puncto feci comma, quippe quum sequentia ad priora connexa sint. 2) Euchol. 77, 99, 103. Smith. l. c. p. 113. 3) Vulg. μέ, absona, quam Hofmann. corrigere non potuit de se impetrare. Smith. l. c. in sua edit. rectum invenit, et ubi de consecratione verba fecit p. 114. reddidit. Cfr. *Heinecc.* p. 284. 4) Correxi locum ex Euchol. et ex Smithii libri p. 114. Vulg. μεταβάλλων (cujus accentus jam falsam formam irrepsisse patefacere videbatur) τὸ (quod absonum fuit). 5) Vulgat. tenent editt. Smith. p. 112. Guerike p. 497. Winer. p. 143. Margo conjicit: ἀλλοιώσει pro ἀλλοιώσεται. 6) Tenent eaedem auctoritates; inutilis marg. conj. ἀπομένωντας.

τοῦτο κατὰ τὴν θείαν οἰκονομίαν. Πρῶτον μὲν, διὰ νὰ μὴν βλέπωμεν σῶμα Χριστοῦ, μὰ νὰ τὸ πιστεύωμεν πῶς εἶναι, διὰ τὰ λόγια ὁποῦ εἶπεν· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· πιστεύοντες μᾶλλον εἰς τὰ λόγια καὶ δύναμιν ἐκείνου, παρὰ εἰς ταῖς ἐδικαῖς [1]) μας αἰσθήσεις. Τὸ ὁποῖον προξενεῖ μακαρισμὸν τῆς πίστεως· μακάριοι γὰρ (Ἰωαν. κ'. κθ'.) οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. Δεύτερον, διατὶ ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἀποτρέπεται τὴν ὠμὴν σαρκοφαγίαν, καὶ ἐπειδὴ ἔμελλε νὰ πέρνῃ [2]) τὴν ἕνωσιν τοῦ Χριστοῦ μὲ τὴν μετάληψιν τῆς σαρκὸς καὶ αἵματός του, διὰ νὰ μὴν τὴν ἀποτρέπεται βδελυττόμενος ὁ ἄνθρωπος· ᾠκονόμησεν ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ, καὶ δίδως τὴν σάρκα τὴν ἰδίαν καὶ τὸ αἷμά του [3]) εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν τοῖς πιστοῖς, ὑποκάτω εἰς τὸ ἔνδυμα τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου. Περὶ τούτου ὁ Γρηγόριος Νύσσης [4]) καὶ ὁ ἱερὸς Δαμασκηνὸς [5]) εἰς πλάτος διαλέγονται. Ἡ δὲ κοινωνία τοῦ μυστηρίου τούτου πρέπει νὰ γίνεται καὶ κατὰ τὰ δύο

percipiuntur. Primum ut ne ipsummet corpus Christi oculis nostris cernamus, sed fide potius credamus, id ipsum esse, propter Christi ipsius verba: Hoc est corpus meum; hoc est sanguis meus; plus videlicet fidei habentes verbis et potentiae illius quam nostris ipsorum sensibus. Quae res beatitudinis fidei nos compotes facit (Io. XX, 29.): Nam beati illi, qui credunt, etsi non viderunt. Secundo, quoniam ab esu crudae carnis humana abhorret natura, et tamen in hoc mysterio per participationem carnis et sanguinis Christi arctissimam cum illo conjunctionem homo Christianus initurus erat. Ut ne igitur participationem istam idem abominaretur et respueret: familiari rem ratione divina temperavit providentia, propriamque carnem et sanguinem suum fidelibus in cibum potumque sub panis et vini involucris tradidit. Qua de re fusius uberiusque disserunt Gregorius Nyssenus et S. Damascenus. Ceterum communio mysterii hujus secundum utramque speciem, panis videlicet et vini, tam ab ec-

1) Hic vero rectum opinatus est, qui pro vulg. ἀδικεῖς, quod monstrum est, conjecit, quod nunc in textu apparet. 2) Adjeci jota subscr. Cfr. qu. 68. p. 139. 3) Recte ita Hofmannus. Normann. falso τοῦ. Cfr. p. 129. 4) Hic veterum quidem simplicitatem sectatus, elementorum tamen veram in corpus Christi sublime immutationem statuisse videtur. Cfr. Kat. 87. 5) Exponit Dam. de hac re *de fid. orth.* IV. c. 14: περὶ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων τοῦ κυρίου μυστηρίων.

εἴδη τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου, τόσον ἀπὸ τοὺς πνευματικοὺς, ὅσον καὶ ἀπὸ τοὺς κοσμικούς· ἐπειδὴ ὁ Χριστὸς, δὲν ἐκβάζωντας κἂν ἕνα, οὕτω προσέταξε (Ἰωαν. ς΄. νγ΄.[1]) λέγων· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν αἰώνιον ἐν ἑαυτοῖς. Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Διατὶ καὶ οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι κατὰ τὸν τρόπον, ὅπου τὸ ἐπαράλαβασιν ἀπὸ τὸν Χριστὸν, οὕτω καὶ τὸ ἐπαραδίδασιν εἰς κοινωνίαν κοσμικῶν τε καὶ ἱερωμένων, καὶ εἰς τὰ δύο εἴδη· καθὼς (ά. Κορ. ιά. κβ΄.) γράφει πρὸς Κορινθίους ὁ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος λέγων· ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις

clesiasticis quam secularibus hominibus omnino fieri debet. Ita enim Christus sine ulla cujusquam exclusione praecepit (Io. VI, 53.): Amen, amen, dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis sanguinem illius, non habebitis vitam aeternam in vobis. Qui carnem meam edit et sanguinem meum bibit, is in me manet et ego in illo [2]). Quare ad eundem etiam modum prout a Christo acceperant, ita aliis hoc mysterium sancti Apostoli peragendum [3]) tradiderunt; aequali nimirum tum secularium tum religiosorum usu, et utraque specie. Quemadmodum Corinthiis scribit Paulus Apostolus (1 Cor. XI, 22.): Namque ego a Domino accepi, quod et tradidi vobis: quod Dominus Iesus ea nocte, qua traditus est, accepit panem, et actis gratiis fregit dixitque: accipite, edite. Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur. Hoc facite in mei recordationem. Similiter et poculum, postquam coenaverant, dicens: Hoc poculum novum Testamentum est, in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunque bi-

---

1) In textu fuit νδ., ut in vers. Jam in antiquis N. T. editt. est ν. 53. Item paullo post in loco Paulino scriptum est κγ., quod mutavi. 2) v. 56. 3) Liberavi vocem uncinis, quae importunae visae sunt.

ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Τὴν τιμὴν, ὅπου πρέπει νὰ δίδῃς εἰς τὰ φρικτὰ ταῦτα μυστήρια, πρέπει νὰ εἶναι τοιαύτη, ὡς ἐκείνη, ὅπου δίδεται τοῦ ἰδίου Χτιστοῦ (ὡς ἀνωτέρω εἴρηται)· ὥστε καθὼς δι' ἐκεῖνον εἶπεν ὁ Πέτρος ἐκ στόματος πάντων τῶν Ἀποστόλων (Ματθ. ις'. ις'.)· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζῶντος· τέτοιας λογῆς νὰ λέγωμεν καὶ ἡμεῖς, λατρεύοντες καθ' ἕνας· πιστεύω, Κύριε, καὶ ὁμολογῶ, ὅτι σὺ εἶ ἀληθῶς ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζῶντος, ὁ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτος εἰμὶ ἐγὼ [2]. Ἀκόμι τὸ μυστήριον τοῦτο [3]) προσφέρεται θυσία ὑπὲρ πάντων τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν ζώντων τε καὶ κεκοιμημένων ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου· ἡ ὁποία θυσία δὲν θέλει τελειώσειν [4]) ἕως τῆς τελευταίας κρίσεως. Οἱ καρποὶ τοῦ μυστηρίου τούτου εἶναι τοῦτοι· πρῶτον ἡ ἀνάμνησις τοῦ ἀναμαρτήτου πάθους καὶ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ· κατὰ τὸ (ά. Κορ. ιά. κέ.) εἰρημένον· ὁσάκις

beritis in mei recordationem. Porro honor, quem tremendis hisce Mysteriis exhibere convenit, par illi similisque esse debet, qui Christo ipsi habetur (sicut supra dictum est. Quaest. LVI.) [1]); ut quemadmodum de eo Petrus ore ac nomine reliquorum Apostolorum dixit (Matth. XVI, 16.): Tu es Christus filius Dei viventis; consimili et nos ratione quisque illum sancte venerantes dicamus: Credo Domine ac confiteor, revera esse Christum filium Dei viventis, qui in mundum venisti, ut salvos faceres peccatores, quorum ego primus sum. Offertur etiam sacrificii vicem hoc mysterium pro orthodoxis Christianis omnibus viventibus pariter et in spe resurrectionis vitae aeternae consopitis. Quod sacrificium usque ad supremum orbis diem non intermittetur. Fructus hujus mysterii hi fere sunt. Primum recordatio supplicii, quo ob nullam plane noxiam suam affectus fuit, et mortis Christi, quemadmodum dicitur (1 Cor. XI, 26.): Quotiescunque enim

---

1) p. 126. Citat margo Euchol. p. 77., ubi Xto sacramentali λογικὴ καὶ ἀναίμακτος λατρεία offertur. 2) Euchol. 82. Horol. 668. Smith. l. c. p. 127. Plura apud Goarum 66. Muralt Briefe p. 180. 3) Cfr. idem Euchologr. p. 78., ubi formula est, qua sacertos offert λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει πεπαυμένων, de quibus carminibus vide quae Goarus monuit p. 143. 4) Recepi pro τελείως, quod in textu fuit, et pro τελειώσει, ad marg. adscripto, τελειώσειν. Cfr. qu. 48. p. 115. Verte: *quod sacrificium non debet unquam finiri*, i. e. *intermitti*.

κις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. Τὸ δεύτερον κέρδος ὅπου μὲν δίδῃ εἶναι, διατὶ τὸ μυστήριον τοῦτο γίνεται ἱλασμὸς καὶ καλοσύνημα πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, εἴτε ζώντων εἴτε καὶ ἀποθαμένων· διὰ τοῦτο οὐδεμία τῶν ἁγιῶν λειτουργιῶν γίνεται, ὅπου νὰ μὴν γένοιεν [1]) εἰς αὐτὴν ἱκεσίας καὶ δεήσεις πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων. Τὸ τρίτον διάφορον εἶναι, ὅπου ὁποιος Χριστιανὸς εὑρίσκεται παρὼν συχνᾷ εἰς τὴν θυσίαν ταύτην καὶ νὰ κοινωνᾷ τοῦ μυστηρίου τούτου, ἐλευθερώνεται δι' αὐτοῦ ἀπὸ κάθα πειρασμὸν καὶ κίνδυνον τοῦ διαβόλου· διατὶ δὲν ἀποτολμᾷ ὁ ἐχθρὸς τῆς ψυχῆς, νὰ βλάψῃ ἐκεῖνον, ὁποῦ ἠξεύρει πῶς ἔχει τὸν Χριστὸν μένοντα ἐν αὐτῷ. Ἡ ἑτοιμασία πρὸς τὴν μετάληψιν τῶν φρικτῶν μυστηρίων πρέπει νὰ γίνεται κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν τῆς ὀρθοδόξου ἤγουν μὲ καθαρὰν ἐξομολόγησιν, νηστείαν τε καὶ κατάνυξιν καὶ διαλλαγὴν τελείαν μὲ ὅλους, καὶ μὲ ἄλλα τούτοις ὅμοια.

comederitis panem hunc et biberitis hoc poculum, mortem Domini annunciabitis, donec venerit. Secundum, quod affert commodum, hoc est, quod hoc mysterium est propitiatio reconciliatioque apud Deum pro peccatis nostris, sive viventium sive mortuorum; unde nulla etiam sacrarum Liturgiarum celebratur, in qua non fiant supplicationes deprecationesque ad Deum pro peccatis nostris. Tertium, quod Christianus quisque, qui crebro huic sacrificio interest de eoque participat, per illud eximitur quibusvis tentationibus et objectis a Diabolo periculis. Nihil enim iste animae nostrae hostis nocere illi audet, quem Christum in sese manentem habere animadvertit. Denique p r a e p a r a t i o hominis ad tremenda haecce mysteria percipienda secundum praescriptum ordinem orthodoxae nostrae Ecclesiae fieri debet. Nimirum per sinceram peccatorum confessionem, per jejunia cordisque compunctionem atque perfectam cum omnibus reconciliationem aliaque his consimilia.

---

1) Non dubitavi conject. marg. in textum admittere pro inaudita forma, quae ante legebatur: γενοίειν. Paulo post comma post τρίτον expunxi posuique post εἶναι, ne verba, non satis bene ab interprete reddita, disjuncta essent. Verte: *tertia virtus est.*

Ἐρώτησις ρή.

Ποῖον εἶναι τὸ τέταρτον μυστήριον;

Ἀπ. Ἡ ἱερωσύνη, ἡ ὁποῖα εἶναι δύο λογιῶν, ἄλλη πνευματικὴ καὶ ἄλλη μυστηριώδης. Τῆς πνευματικῆς ἱερωσύνης ὅλοι οἱ Χριστιανοὶ οἱ ὀρθόδοξοι μετέχουσιν, καθὼς (ά. Πετρ. β΄. θ΄.) διδάσκει Πέτρος ὁ Ἀπόστολος, λέγων· ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν· καὶ ὁ Ἰωάννης εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν (κεφ. έ. θ΄.)· ἐσφάγης καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους· καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς. Καὶ κατὰ τὴν τοιαύτην ἱερωσύνην γίνονται καὶ προσφοραὶ τοιαῦται· ἤγουν προσευχαὶ, εὐχαριστίαι, νεκρώσεις τοῦ σώματος, παραδόσεις εἰς μαρτύριον διὰ τὸν Χριστὸν, καὶ ἄλλα ὅμοια· πρὸς τὰ ὁποῖα παρακινῶντας λέγει (ά. Πετρ. β΄. έ.) ὁ Ἀπόστολος Πέτρος· καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ (Ῥωμ. ιβ΄. ά.) ὁ Παῦλος· παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐά-

Quaestio CVIII.

Quodnam quartum est mysterium?

Resp. Sacerdotium, quod duum est generum, alterum spirituale, alterum sacramentale. Communione sacerdotii spiritualis orthodoxi omnes Christiani fruuntur, sicut docet Petrus Apostolus (1 Petr. II, 9.): Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem. Et Ioannes in Apocalypsi (V,9,): Occisus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu et lingua et populo et natione et fecisti nos Deo nostro reges et sacerdotes. Atque prout sacerdotium hocce est, ita ejusdemmodi etiam fiunt oblationes; nimirum preces, gratiarum actiones, exstirpationes pravarum corporis cupiditatum affectionumque, voluntaria martyrii propter Christum susceptio ac perpessio ceteraque hujusmodi. Ad quae ita cohortatur Apostolus Petrus (1 Petr. II, 5.): Ipsi quoque veluti vivi lapides aedificemini in domum spiritualem, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Et Paulus (Rom. XII, 1.): Adhortor vos fratres per misericordias Dei, ut praebeatis corpora vestra, hostiam viventem, sanctam, acceptam

ρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.

Deo, rationalem cultum vestrum.

Ἐρώτησις ρθ'.

Πῶς γίνεται ἡ μυστηριώδης Ἱερωσύνη;

Ἀπ. Ἡ ἱερωσύνη, ὁποῦ εἶναι μυστήριον, διετάχθη τοῖς Ἀποστόλοις ἀπὸ τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτῶν μέχρι τῆς σήμερον γίνεται ἡ χειροτονία· διαδεξαμένων τῶν [1]) ἐπισκόπων αὐτοὺς πρὸς διάδοσιν τῶν θείων μυστηρίων καὶ διακονίαν τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων, καθὼς (ά Κορ. δ'. ά.) εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ. Εἰς τὴν οἰκονομίαν τούτην δύο πράγματα περιέχονται· πρῶτον, ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ λύειν τὰς τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίας· διατὶ πρὸς αὐτὴν (Ματθ. ιή. ιή.) εἴρηται· ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον [2]) ἐν τῷ οὐρανῷ. Δεύτερον, ἡ ἐξουσία καὶ ἡ δύναμις τοῦ διδάσκειν, ἡ ὁποῖα μετὰ λόγια τοῦτα ἑρμηνεύεται· πορευθέντες (Ματθ. κή. ιθ'.) οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὁ Χριστὸς λοι-

Quaestio CIX.

Quo pacto fit sacramentale sacerdotium?

Resp. Sacerdotium id mysterium est, Apostolis a Christo mandatum fuit; deinceps per manuum illorum impositionem usque in hodiernum diem ordinatio ejusdem peragitur, succedentibus in locum Apostolorum Episcopis ad distribuenda divina mysteria salutisque humanae obeundum ministerium; teste Apostolo (1 Cor. IV, 1.): Ita nos aestimet homo, ut ministros Christi, et oeconomos mysteriorum Dei. Haec oeconomia res praecipue duas complectitur: una est facultas ac potestas solvendi delicta hominum; quamobrem sic ad illam dictum fuit (Matth. XVIII, 18.): Quidquid solveritis super terram, id solutum erit in coelo. Altera potestas et facultas docendi est, quae his verbis exponitur (Matth. XXVIII, 19.): Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Emisit igitur

1) Delevi, quod ante fuit in textu, vocabulum Ἀποστόλων, quum totum locum mirifice vexet. Suasit etiam margo. 2) In N. T. editt. λελυμένα. Ex memoria laudatus locus est. Cfr. qu. 67. p. 138. p. 116.

πὸν ἐξαπέστειλε τοὺς Ἀποστόλους εἰς τὸ κήρυγμα· οἱ δὲ Ἀπόστολοι χειροτονοῦντες ἄλλους τοὺς ἐπέμπασιν εἰς τὸ αὐτὸ ἔργον· καθὼς συνάγεται ἀπὸ τὰ λόγια τοῦ ἁγίου Λουκᾶ (Πρᾶξ. ή. ιζ.[1])) λέγοντος· τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον· ὁμοίως (κεφ. ιγ΄. β΄.) ἔστωντας ἐκεῖνοι νὰ λειτουργοῦσιν, ἤγουν νὰ προσφέρουσι τὴν ἀναίμακτον θυσίαν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ νὰ νηστεύουσιν, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἀπέλυσαν· καὶ (ά. Τιμ. έ. κβ΄.) ὁ Παῦλος· χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει. Μὲ τούτην λοιπὸν τὴν χειροτονίαν καὶ τὴν διαδοχὴν τὴν μηδέποτε διακοπεῖσαν ἔχουσιν τὴν δύναμιν τοῦ διδάσκειν τὰ σωτηριώδη δόγματα ἐκεῖνοι, ὅπου εἶναι πεμπόμενοι εἰς τοῦτο τὸ ἔργον. Μὰ ὅσοι δὲν ἐπέμφθησαν οὔτε ἐδιλέχθησαν εἰς αὐτὸ, δὲν πρέπει καθόλου νὰ τὸ ἐπιχειρίζουνται, κατὰ τὸ εἰρημένον (Ῥωμ. ί. ιέ.) τῷ Παύλῳ· πῶς δὲ κηρύξωσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσιν;

Apostolos ad praedicandum evangelium Christus. Rursus Apostoli alios postea ad idem opus impositis manibus ordinatos miserunt, ut ex verbis S. Lucae colligitur (Act. VIII, 17.): Tunc imponebant illis manus, et accipiebant Spiritum Sanctum. Similiter (XIII, 2.): Illis sacrum officium celebrantibus, (h. e. hostiam incruentam Deo offerentibus) ac jejunantibus dixit Spiritus Sanctus: segregate mihi Barnabam et Saulum in id opus, in quod vocavi illos. Quumque jejunassent et orassent et imposuissent eis manus, dimiserunt eos. Et Paulus (1 Tim. V, 22.): Manus nemini cito imponas. Hujusmodi ordinatione nulloque tempore interrupta successione facultatem docendi doctrinam salutis habent, qui ad hoc opus mittuntur. Non missi vero nec ad hoc opus delecti, illi nullo modo manus eidem admovere debent, dicente Paulo (Rom. X, 15.): Quomodo praedicabunt, nisi mittantur?

---

1) Hofm. hujus loci numeros adjecit; pariter ac paullo post sequentis. Apud Laur. Normannum certe in vers. exstabant.

'Ερώτησις ρί.

Τί πρέπει νὰ θεωρῆται εἰς τοῦτο τὸ μυστήριον;

'Απ. Πρέπει νὰ ἐξετάζουνται τὰ πρόσωπα, ὅπου μέλλουσι νὰ ἀναβοῦσιν εἰς τὸ τοιοῦτον μυστήριον, νὰ ἔχουσι τρία πράγματα· πρῶτον καλὴν καὶ καθαρὰν συνείδησιν, ἀπέχοντες μακρὰν ἀπὸ τὰ ἁμαρτήματα ἐκεῖνα, ὅπου ἐμποδίζουσιν τὴν ἱερωσύνην. Δεύτερον, νὰ ἔχουσιν καὶ ἐπιστήμην καὶ σοφίαν, τόσον εἰς τὴν οἰκονομίαν τῶν θείων μυστηρίων, ὅσον καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ κοινοῦ λαοῦ μὲ ταῖς διδαχαῖς των. Καὶ τρίτον, νὰ ἔχουσι ὅλα των τὰ μέλη γερὰ, ὁποῦ εἶναι ἀναγκαῖα εἰς τοῦτο.

Quaestio CX.

Quid in hoc Mysterio spectandum?

Resp. Probe examinandi explorandique sunt, quotquot ad hoc adscensuri sunt mysterium, ut tribus imprimis rebus instructi veniant. Primum bona mundaque conscientia, adeo ut procul ab iis flagitiis absint, quae capessendo sacro ordini obstaculo sunt. Secundo scientia atque sapientia exornati sint: tam in dispensandis divinis mysteriis, quam aedificanda et instruenda per conciones suas rudi plebecula. Tertio, ut membris omnibus sanis integrisque utantur, quae muneri exsequendo necessaria sunt.

'Ερώτησις ριά.

Πρὶν τῆς ἱερωσύνης εἶναι τάχα ἄλλαις τάξεις, ὅπου δίδονται;

'Απ. Ἡ ἱερωσύνη περικρατεῖ εἰς τὴν ἑαυτήν της ὅλους τοὺς βαθμούς· μὲ ὅλον τοῦτο πρέπει κατὰ τὴν τάξιν νὰ δίδονται· οἷον ἀναγνώστης, ψάλτης, λαμπαδάριος, ὑποδιάκονος, διάκονος, διὰ τὰ ὁποῖα πλατύτερον διαλαμβάνουσιν τὰ ἀρχιερευτικὰ [1]) εὐχελόγια, λεγό-

Quaestio CXI.

Aliine etiam Ordines quidam sunt, qui ante sacerdotium conferuntur?

Resp. Sacerdotium ceteros omnes in se continet gradus, qui nihilo secius legitimo ordine conferri debent: ut Lector, Cantor, Lampadarius, Subdiaconus, de quibus latius in Euchologiis Pontificalibus, quae Tactica nuncupantur, agitur.

---

1) Marg. ἀρχιερατ. Sed vulg. eo minus spernenda, quo magis ad radicis formam accedit. Exstat haec vox ex h. l. apud du Fresne lex. med. et inf. gr. s. v. Τακτικὰ p. 1524. Smith l. l. p. 147. dicit Archieraticos. Apud Latinos tales libri *Ordinarii* dicebantur. Verb. χειροτονᾷ, quod mox sequitur jota subscr. insignivi. Cfr. p. 81.

μενα τακτικά. Εἰς τὸν παρόντα τόπον φθάνει μόνον νὰ εἰποῦμεν πρὸς διδασκαλίαν τῆς ὀρθοδόξου ὁμολογίας, πῶς ὁ ἐπίσκοπος πρέπει νὰ φανερώνῃ, εἰς κάθα βαθμὸν ὅπου χειροτονᾷ, τὸ ἔργον ὅπου τοῦ ἐγχειρίζει, ἢ τὴν θείαν ἱερουργίαν, ἢ τὴν Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, ἢ τοῦ Ἀποστόλου, ἢ νὰ φέρῃ τὰ ἱερὰ σκεύη, ἢ τὸν κόσμον τῆς ἐκκλησίας [1]), διατὶ πᾶσα τάξις ἔχει τὸ ἴδιόν της σημάδιον, μὲ τὸ ὁποῖον καθ' ἕνας διαφέρει ἀπὸ τὸν ἄλλον· καὶ πρέπει ὁ ἐπίσκοπος νὰ τὸ διερμηνεύῃ.

Satis autem in praesens est, ut ad doctrinam Orthodoxae hujus Confessionis paucis dicamus, ad officium Episcopi pertinere, ut, in quocunque gradu quempiam constituit, clare et dilucide muneris illius rationes homini exponat, quod ipsi committit; sive divinum Liturgiae officium sit, sive lectio evangelii, sive Apostolicarum epistolarum, sive ut sacra vasa gestet, sive ut mundum ecclesiae servet. Est enim cuique ordini peculiare insigne suum, quo singillatim alius ab alio distinguitur, quod explanare debet Episcopus.

Ἐρώτησις ριβ'.

Ποῖον εἶναι τὸ πέμπτον μυστήριον;

Ἀπ. Τὸ πέμπτον μυστήριον εἶναι ἡ μετάνοια, ἡ ὁποῖα εἶναι ἕνας πόνος τῆς καρδίας διὰ τὰ ἁμαρτήματα, ὁποῦ ἔσφαλεν ὁ ἄνθρωπος, τὰ ὁποῖα κατηγορᾷ ἔμπροσθεν τοῦ ἱερέως μὲ γνώμην βεβαίαν, νὰ διορθώσῃ τὴν ζωήν του εἰς τὸ μέλλον, καὶ μὲ ἐπιθυμίαν, νὰ τελειώσῃ ὅ, τι τὸν ἐπιτιμήσει ὁ ἱερεὺς ὁ πνευματικός του. Τοῦτο τὸ μυστήριον ἰσχύει καὶ πέρνει τὴν δύναμιν

Quaestio CXII.

Quodnam quintum est Mysterium?

Resp. Quintum Mysterium Poenitentia est, quae vera quaedam penitusque infixa tristitia est, ob ea, quae in se quisquam admisit peccata. Quae cum firmo animi proposito emendandae in posterum vitae suae, plenaque voluntate observandi efficiendique, quidquid mulctae suppliciique irroget sacerdos, pater suus spiritualis, illi accusatorie detegit. Hoc Mysterium tum potissimum valet vimque exserit

---

1) Spectabat hoc munus ornatum eccles., i. e. vasa vestimentaque custodiendi ad subdiaconos. *Κοσμ.* vocabulum adeo de illarum rerum genere in usu fuit, ut κοσμίτης diceretur *tota* epistelii compages ex coronide eique subjecta trabe coagmentata, quia columnarum aedificium κοσμεῖ.

του[1]), ὁπόταν ἡ λύσις τῶν ἁμαρτιῶν γίνεται διὰ τοῦ ἱερέως, κατὰ τὴν τάξιν καὶ συνήθειαν τῆς ἐκκλησίας· ὁποῦ παρευθὺς ὡς ἂν πάρῃ τὴν συγχώρησίν του, ἀφέωνται τὰ ἁμαρτήματα τὴν ὥραν ἐκείνην ὅλα ἀπὸ τὸν Θεὸν διὰ τοῦ ἱερέως, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ, ὁποῦ (Ἰωαν. κ΄. κγ΄.) εἶπε· λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.

suam absolutio peccatorum per sacerdotem secundum constitutionem atque morem ecclesiae conceditur. Quippe ut delictorum suorum veniam quispiam consequitur; extemplo omnia illius peccata a Deo per sacerdotem illi remissa sunt, secundum Christi ipsius verba qui dixit (Io. XX, 23.): Accipite Spiritum Sanctum, si quorum peccata remiseritis, remittuntur illis; si quorum retinueritis, retenta sunt.

Ἐρώτησις ριγ΄.

Τί πρέπει νὰ θεωροῦμεν εἰς τοῦτο τὸ μυστήριον;

Ἀπ. Πρῶτον πρέπει νὰ προσέχωμεν, ὥστε ὁ μετανοῶν νὰ εἶναι χριστιανὸς πίστεως ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς· διατὶ ἡ μετάνοια χωρὶς τὴν ἀληθινὴν πίστιν δὲν εἶναι μετάνοια, οὔτε εἰς τὸν Θεὸν εὐπρόσδεκτος. Δεύτερον, νὰ ἐξετάζωμεν, ὥστε ὁ πνευματικὸς, ὁποῦ δέχεται τοὺς λογισμοὺς τῶν μετανοούντων χριστιανῶν, νὰ εἶναι ὀρθόδοξος, διατὶ ὁ αἱρετικὸς καὶ ὁ ἀποστάτης δὲν ἔχει δύναμιν τοῦ λύειν τὰς ἁμαρτίας. Τρίτον εἶναι ἀναγκαῖον νὰ ἔχῃ συντριβὴν καρδίας ὁ μετανοῶν καὶ λύπην διὰ τὰ ἁμαρτήματά του· μετὰ ὁποῖα ἐπαρόξυνε τὸν Θεὸν ἢ ἔβλαψε

Quaestio CXIII

Quid observandum in hoc Mysterio?

Resp. Primo videndum, ut poenitens sit christianus, fidei orthodoxae et catholicae. Namque poenitentia, quae vera destituitur fide, non est poenitentia nec Deo accepta. Secundo ut confessionarius, qui confessionem christianorum resipiscentium audit et excipit, pariter orthodoxus sit. Nam haereticus et apostata nullam solvendi piacula potestatem habet. Tertio necesse est, habere poenitentem contritionem cordis seriumque de admissis noxis dolorem, queis Dei iram lacessivit aut da-

---

1) Delevi circumflex. per apertum errorem additum, quum voculae accentus jam in δύναμίν positus esset. Cfr. p. 129. Paullo ante recte scriptum est: τὴν ζωήν του. Ante ὁπόταν comma posui.

τὸν πλησίον του· διὰ τὴν ὁποῖαν συντριβὴν λέγει (Ψαλ. νά. ιζ'.[1])) ὁ Δαβίδ· καρδίαν συντετριμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Εἰς τὴν συντριβὴν τούτην τῆς καρδίας πρέπει νὰ ἀκολουθᾷ καὶ ἡ διὰ στόματος ἐξομολόγησις πάντων τῶν ἁμαρτημάτων καθ' ἕκαστον· διατὶ δὲν ἠμπορεῖ ὁ πνευματικὸς νὰ λύσῃ τίποτες, ἂν δὲν ἠξεύρῃ ποῖα πρέπει νὰ λυθοῦσι, καὶ τί[2]) ἐπιτίμιον νὰ δόσῃ. Δι' αὐτὰ ἡ ὁποῖα ἐξομολόγησις εἶναι φανερὴ εἰς τὴν ἁγίαν Γραφὴν, ὁποῦ (Πρᾶξ. ιθ'. ιή.) λέγει· πολλοί[3]) τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο ἐξομολογούμενοι, καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν[4]). Καὶ (Ἰακ. έ. ις'.) ἀλλαχοῦ· ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε. Καὶ (Μαρκ. ά. έ.) πάλιν· ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαῖα χώρα καὶ Ἱεροσολυμῖται, καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνι[5]) ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ (τοῦ Ἰωάννου), ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἡ ἐξομολόγησις αὕτη πρέπει νὰ ἔχῃ ταῦτα τὰ

manum proximo dedit, de qua contritione ait David (Psal. LI, 19.): Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. Hanc cordis contritionem sequi debet viva voce sigillatim facta omnium peccatorum confessio. Nihil enim solvere pater spiritualis potest, ubi nihil solvendum deprehendit: nec poenam mulctamque ideo imponere. Cujusmodi confessio in Sacra Scriptura aperte memoratur (Act. XIX, 18.): Multi credentium veniebant, confitentes et renunciantes facta sua. Et alibi (Iac. V, 16.): Confitemini invicem alius alii delicta, et orate pro vobis invicem, ut sanemini. Et rursus (Marc. I, 5.): Egrediebatur ad illum omnis regio Iudaeae et Hierosolymitae; et baptizabantur omnes ab illo (Ioanne) in Iordane fluvio, confitententes peccata sua. Confessio ista has habere debet

---

1) Recepi hunc numerum pro falso, qui legebatur: ν. ιθ. In edit. Norm. ad marg. numerus ν legitur, versu non adito. Vers. laudat hebr. numerum. Post ἐξουδενώσει plene intercidi. 2) Acutum posui pro gravi in voce aperte interrog. Sacerdos non potest solvere peccata, nisi sciverit, qualem mulctam imponat. Cfr. supra p. 98. 3) Vulg. πολλοῖ, temere ab Hofm. servata. 4) Constans in N. T. lectio αὐτῶν. 5) N. T. textus: Ἰορδάνῃ. Ista lectio e vulgari tum temporis usitata pronunciatione enata est. Item paullo post legitur μικέτι.

ἰδιώματα, νὰ εἶναι ταπεινὴ, εὐλαβὴς, ἀληθινὴ, εἰλικρινὴς, κατηγορητικὴ ἑαυτῆς μετ' ὀδύνης, ὅταν γίνεται. Καὶ τὸ τέταρτον [1]) μέρος τῆς μετανοίας πρέπει νὰ εἶναι ὁ κανόνας καὶ τὸ ἐπιτίμιον, ὁποῦ δίδῃ καὶ διορίζῃ ὁ πνευματικὸς, ὡς ἂν εἶναι προσευχαὶ, ἐλεημοσύναι, νηστεῖαι, ἐπίσκεψις ἁγίων τόπων, αἱ γονυκλισίαι [2]) καὶ τὰ ὅμοια, ὁποῦ θέλουσι φανεῖν ἁρμόδια εἰς τὴν κρίσιν τοῦ πνευματικοῦ. Πλὴν ἐκεῖνος, ὁποῦ μισεύων ἀπὸ τὴν ἐξομολόγησιν, πρέπει νὰ λογιάζῃ ἐκεῖνα, ὁποῦ εἶπεν (Ψαλ. λγ'. ιέ.) ὁ Ψαλμῳδός· ἔκκλινον [4]) ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· καὶ ἐκεῖνα, ὁποῦ (Ἰωαν. ε'. ιδ'.) εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν· ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρον τί [5]) σοι γένηται· καὶ (Ἰωαν. ή. ιά.) ἄλλοτε· πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε. Καλᾷ καὶ νὰ εἶναι ἀδύνατον εἰς τὸν ἄνθρωπον, νὰ φύγῃ ὅλως διόλου τὸ ἁμαρτάνειν, μὲ ὅλον τοῦτο κάθα ὀρθόδοξος εἶναι κρατημένος ἀπὸ

proprietates: ut sit humilis, religiosa, vera, sincera, sui ipsius accusatrix cum dolore gemituque, quando exercetur. Postrema poenitentiae pars est canon poenitentialis et piaculare supplicium, quod definit et imponit Confessionarius. Quod genus preces, eleemosynae, jejunia, peregrinationes ad loca sacra, religiosae poplitum inflexiones, et his similia sunt; quae nimirum patri spirituali convenientissima videbuntur. Qui expiatus a confessione recedit, merito illa secum reputabit, quae ait auctor Psalmorum (XXXIV, 14.) [3]): Declina a malo, et fac bonum. Et quae Servator noster dicit (Ioh. V, 14.): Ecce sanus factus es, ne posthac pecces, ne quid deterius tibi contingat. Et alibi (Io. VIII, 11.): Vade, et ne pecces amplius. Quamvis vero impossibile homini sit, ut omnino et in totum peccata vitet: debet tamen pius quisque secundum conscientiam,

---

1) Induxi e marg. conj. pro τρίτον. Tertiam enim hujus mysterii partem jam supra dixerat. De re ipsa vid. Heineccium I. I. II. p. 326. Smith. p. 148. 2) Vulg. ἐκκλησίαι, quae vix, quum maxime praegressa sit sacrorum locorum visitatio, locum possunt habere. Quam induxi lectionem, ea conj. marginalis est, reddita ab interprete et ab Heineccio l. l. 3) In nostris editt. est v. 14. Correxi saltem in vers. Differentia numerorum ex eo proficiscitur, quod hymnorum inscriptiones alii numerant, alii non. 4) Vulg. ἔκλινον. Facile κ alterum potuit negligi, sine quo absurda forma. Cfr. qu. 116. Idem feci in verb. παρεκκλίνει p. 144. 5) Vulg. τι. Recentiores N. T. critici vocularum positionem immutarunt.

μίαν ἐξομολόγησιν ἕως εἰς τὴν ἄλλην, νὰ κάμῃ ὅσην διόρθωσιν ἠμπορεῖ εἰς τὴν ζωήν του, κατὰ τὴν συνείδησιν ὁποῦ ἔχει.

quam habet, ab una confessione ad aliam, quantam poterit maximam, emendationi vitae suae dare operam.

Ἐρώτησις ριδ'.

Ποῖα εἶναι τὰ κέρδη τούτου τοῦ μυστηρίου;

Ἀπ. Τὸ πρῶτον κέρδος εἶναι· διατὶ καθὼς μὲ τὴν ἁμαρτίαν χάνομεν ἀθωότητα[1]*) ἐκείνην, ὁποῦ ἀποκτήσαμεν εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα· τέτοιας λογῆς πάλιν ἐγγίζομεν εἰς αὐτὴν διὰ τῆς μετανοίας· καὶ καθὼς μὲ τὴν ἁμαρτίαν ὑστερούμεθα τῆς θείας χάριτος· τέτοιας λογῆς διὰ τῆς μετανοίας ταύτην πάλιν ἀποκτώμεθα. Καὶ καθὼς διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐρχόμεθα εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ διαβόλου· οὕτω διὰ τῆς μετανοίας ἐλευθερούμεθα ἀπ' αὐτήν. Καὶ καθὼς διὰ τῆς ἁμαρτίας αἰσχύνη καὶ φόβος εἰσέρχεται εἰς τὴν συνείδησίν μας· τέτοιας λογῆς διὰ τῆς μετανοίας ἐπιστρέφει εἰς ἡμᾶς εἰρήνη καὶ θάῤῥος τοιοῦτον, ὡς ἂν ἔχουσι τὰ τέκνα πρὸς τοὺς πατέρας των.*

Quaestio. CXIV.

Qui fructus hujus mysterii sunt?

Resp. Primum illud emolumentum est, quod, quemadmodum per peccatum jacturam facimus ejus innocentiae, quam in sacro baptismate acquisivimus: ita rursus ad illam per poenitentiam propius accedimus. Et ut per peccatum divina excidimus gratia: ita resipiscendo eamdem recuperamus; atque ut per peccatum in captivitatem diaboli incidimus: ita per poenitentiam ab illa liberamur. Denique, ut per peccatum pudor terrorque conscientiam nostram invadunt: ita per poenitentiam redit nobis pax et fiducia ejusmodi, qualem erga parentes suos liberi habent.

Ἐρώτησις ριέ.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕκτον μυστήριον;

Ἀπ. Ὁ τίμιος γάμος, ὁ

Quaestio CXV.

Quodnam sextum est Mysterium?

Resp. Honorabile Con-

1) Vulg.: *ἀθωότ.* quae forma falsissima est. Dicitur quidem *ἀθώωσις*, quae est apud posteriores *acceptilatio*, sed istius generis vocabula exeunt in — *ότης*, cfr. p. 84.

ὁποῖος γίνεται πρῶτον μὲν με τὴν εἰς ἀλλήλους συμφωνίαν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς χωρίς τινος ἐμποδίσματος. Ἡ ὁποῖα συμφωνία δὲν φάνισεν διὰ ἀληθινοῦ γάμου σύββασις, παρὰ ἐκεῖνοι οἱ ἴδιοι νὰ μαρτυρήσωσιν ἀλλήλους των [1]) ἔμπροσθεν τοῦ ἱερέως τὴν ὑπόσχεσίν τως, καὶ νὰ δώσουσι χεῖρα, πῶς ὁ ἕνας θέλει φυλάξειν εἰς τὸν ἄλλον πίστιν, τιμὴν, ἀγάπην τοῦ γάμου ἐφ' ὅρου ζωῆς αὐτῶν εἰς κάθα κίνδυνον, δὲν ἐξαφίνωται [2]) ὁ ἕνας τὸν ἄλλον· ὕστερον δὲ βεβαιώνεται. Καὶ εὐλογῆται [3]) ἀπὸ τὸν ἱερέα τούτη ἡ συμφωνία καὶ ὑπόσχεσίς των· καὶ γίνεται τὸ (Ἑβρ. ιγ'. δ'.) γεγραμμένον· τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος.

jugium. Quod primo quidem mutuo viri feminaeque in se invicem consensu, nullo interveniente legitimo impedimento, instituitur; sed ejusmodi consensus non videtur justarum nuptiarum stipulatio conventioque esse, nisi iidem illi sponsalia sua, mutua testificatione, coram sacerdote, affirment: junctisque dextris fidem dent, quod alter alteri fidem, honorem, amoremque conjugalem, ad finem usque vitae, quocunque rerum discrimine, constanter servaturus, nec alter alterum deserturus sit. Deinde sancitur consecraturque haec illorum consensio ac promissio per sacerdotem, fitque illud, quod scriptum est (Hebr. XIII, 4): Honorabile in omnibus conjugium et torus impollutus.

Ἐρώτησις ρις'.

Quaestio CXVI.

Ποῖοι εἶναι τοῦ μυστηρίου τούτου οἱ καρποί;

Qui fructus ex hoc Mysterio nascuntur?

Ἀπ. Πρῶτον, ὁποῦ ἄνθρωπος μὲ τὸν γάμον ἐκκλίνει ἀπὸ κάθα κίνδυνον τῆς πορνείας καὶ ἀκρασίας· ἐπειδὴ ὁ γάμος ὁ τίμιος διετάχθηκεν ἐπὶ τούτου, διὰ νὰ σβήνῃ ἡ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμία, καθὼς (ά. Κορ. ζ'.

Resp. Primum, quod homo per nuptias a periculo scortationis ac incontinentiae cujusvis deflectit. Quippe ideo honorabile matrimonium institutum est, ut exstinguatur libidinis ardor, docente Paulo (1 Cor. VII,

1) Expunxi circumflexum. Cfr. p. 101. 2) Margo jubet scribi ἐξαφίνωντας. Non ausus sum a vulg. recedere ob argumentum supra ad qu. 87. p. 160. expositum. 3) Adjeci jota subscr. ut sit pro imper. qu. 42. p. 111., qui ad loci naturam est aptissimus. Paullo ante post βεβαιώνεται plene intercisi. Illud jota dedi etiam verbo σβήνῃ post part. νὰ qu. 116., ubi finis indicatur. Qu. 123.

β.) λέγει ὁ Παῦλος· διὰ τῆς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. Δεύτερον διατὶ τιμᾶται ἡ παιδοποιΐα μὲ τὴν τιμίαν γέννησιν. Τρίτον, διατὶ εἰς καιροὺς τινὰς ἀσθενείας, ἢ [1]) ὁποῦ νὰ τύχῃ ἄλλου κινδύνου, ὁ ἄνδρας δίδει τὸν ἑαυτόν του πιστὸν σύντροφον εἰς τὴν γυναῖκα, καὶ ἡ γυναῖκα εἰς τὸν ἄνδρα, διὰ τὴν μεγάλην ἀγάπην καὶ δεσμὸν τῆς φιλίας, ὁποῦ γεννᾶται ἀνάμεσόν των· διὰ τὸ ὁποῖον ἡ Γραφὴ (Γενεσ. β΄. κδ΄.) μαρτυρᾷ· [2]) ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται[3]) τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

2.): Propter scortationem unusquisque suam habeat uxorem. Secundo, quod merito in honore habeatur, quae honesto satu fit sobolis procreatio. Tertio, quod si quando morbus incidit aut aliud quodcunque periculum, tum fidum sese sodalem maritus uxori, et uxor invicem marito ob summam caritatem et arctissima mutui ipsorum amoris vincula praebet, qua de re testimonium perhibet Scriptura ((Genes. II, 24.): Idcirco relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit propriae uxori suae; eruntque duo illi in carnem unam.

Ἐρώτησις ριζ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕβδομον μυστήριον τῆς Ἐκκλησίας;

Ἀπ. Τὸ εὐχέλαιον, τὸ ὁποῖον εἶναι διατεταγμένον ἀπὸ τὸν Χριστὸν, ἐπειδὴ ὅταν ἔπεμπε τοὺς μαθητάς (Μαρκ. ς΄. ιγ΄.) του ἀνὰ δύο, ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, καὶ ἐθεράπευον· ἔπειτα ὅλη ἡ ἐκκλησία τὸ ἔλαιον εἶχε [4]) συνήθειαν νὰ

Quaestio CXVII.

Quodnam septimum Ecclesiae mysterium est?

Resp. Oleum consecratum, quod a Christo ipso institutum est. Quando enim discipulos suos, binos et binos, misit (Marc. VI, 13.); illi oleo aegrotos multos ungebant ac sanabant. Quod postmodum universa Ecclesia in sollemnem con-

---

1) Adjeci ἢ ex marg. Juxta se ponuntur tum ἀσθένεια tum ἄλλος κίνδυνος. Invenit tale quid etiam Frischius. Vertit enim: *Zur Zeit einer Unvermöglichkeit, oder wenn andere Gefahr einem begegnet*, etc. 2) Adjeci jota subscr. ut alias inveni, veluti p. 96. φανερᾷ. 3) In edit. LXX. πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Item Matth. XIX. 5. 4) Locus ante in textu corruptus, qui ita se habuit ἡ ἐκκλησία τὸ ἔλαιον εἰς συνήθειαν νὰ τὸ κάμουσιν. Conjecit margo εἶ-

τὸ κάμουσιν· τὸ ὁποῖον φαίνεται ἀπὸ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου Ἰακώβου, (κεφ. ε΄. ιδ΄.) λέγοντος· ἀσθενεῖ τις [1]) ἐν ὑμῖν, προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ᾽ αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος, κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

suetudinem recepit, ut apparet ex epistola S. Iacobi (cap. V, 14.), ubi ait: Si quis vestrum aegrotat, advocet Presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; et oratio fidei servabit aegrotum, et excitabit eum Dominus; et si peccata commisit, id illi condonabitur.

Ἐρώτησις ριη΄.

Τί πρέπει νὰ βλέπωμεν εἰς τὸ μυστήριον τοῦτο;

Ἀπ. Πρῶτον πρέπει νὰ προσέχωμεν, νὰ γίνεται τὸ μυστήριον τοῦτο ἀπὸ ἱερεῖς μὲ τὰ ἀκόλουθα τοῦ μυστηρίου, καὶ ὄχι ἀπό τινα ἄλλον. Δεύτερον, νὰ εἶναι τὸ ἔλαιον καθαρὸν χωρίς τινος ἀρτύματος, καὶ νὰ εἶναι ὁ ἀσθενὴς ὀρθόδοξος καὶ καθολικῆς πίστεως, νὰ εἶναι ἐξομολογούμενος τὰ ἁμαρτήματά του ἔμπροσθεν εἰς τὸν ἱερέα τὸν πνευματικόν του. Καὶ τρίτον, εἰς τὸν

Quaestio CXVIII.

Quid observandum nobis in hoc Mysterio?

Resp. Primum ut hoc Mysterium cum omni consequentia sua per sacerdotes non vero per alium ullum ministretur. Secundo ut oleum purum inconditumque sit, atque ut aegrotus tum orthodoxus fideique Catholicae addictus sit, tum ut paullo antea patri suo spirituali, quidquid deliquerat, confes-

---

χασιν aut ante aut post ἔλαιον immittendum esse. Qui quidem pluralis (cfr. p. 94) vix tolerabitur. Puto facilius posse loco succurri, si pro εἰς scribimus εἶχε per levem vocabulorum transpositionem: ecclesia habebat (recepit) consuetudinem, ut oleo uterentur. Confirmat lectionem p. II. qu. 45, ubi etiam κάμνειν εὐχέλαιον dicitur. Non refragatur certe Frischius vertens: *Darnach hat die ganze Kirche die Gewohnheit behalten, mit Oel zu salben.* 1) Delevi interrogandi signum, quo locus misere vexatur. Exstat sane in antiquioribus editt. veluti Curcellaei, sed a recentioribus in comma mutatum est. Ignorat uterque interpres. Delevi praeterea in enclit. τις accentum, quem alias recte omissum video.

καιρὸν τοῦ χρίσματος νὰ διαβάζεται ἡ εὐχὴ ἐκείνη, εἰς τὴν ὁποῖαν ἑρμηνεύεται τοῦ μυστηρίου τούτου ἡ δύναμις [1]).

sus fuerit. Tertio ut interea, dum unctio peragitur, recitetur illa oratio, qua Mysterii hujus vis et efficacia exponitur.

Ἐρώτησις ριθ'.

Ποῖοι εἶναι οἱ καρποὶ τοῦ μυστηρίου τούτου;

Ἀπ. Τὰ διάφορα καὶ καρποὺς, ὁποῦ γεννοῦνται ἀπὸ τὸ μυστήριον τοῦτο, ὁ Ἀπόστολος Ἰάκωβος τοὺς ἑρμηνεύει, λέγωντας ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἢ σωτηρίαν ψυχῆς, ἔπειτα ὑγείαν τοῦ σώματος. Καλᾶ καὶ πάντοτε ἡ θεραπεία τοῦ σώματος νὰ μὴν γίνεται, ἀλλ' ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν τῆς ψυχῆς πάντοτε εἰς τὸν μετανοοῦντα ἀκολουθῇ.

Quaestio CXIX.

Quinam hujus Mysterii fructus sunt?

Resp. Emolumenta ac fructus Mysterii hujus enarrat Apostolus Iacobus (loco modo apposito [2]), nimirum criminum admissorum gratiam sive salutem animae atque sanitatem etiam corporis. Quae, utut non semper obtineatur, certe remissio peccatorum animae in poenitente semper obtinetur.

Ἐρώτησις ρκ'.

Ποῖον εἶναι τὸ ἑνδέκατον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν.

Quaestio CXX.

Undecimus fidei Articulus quis est?

Resp. Exspecto resurrectionem mortuorum.

Ἐρώτησις ρκά.

Τί διδάσκει τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεώς;

Ἀπ. Διδάσκει τὴν ἀδιάψευστον ἀνάστασιν τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων, τόσον τῶν ἀγαθῶν ὡς ἂν καὶ τῶν

Quaestio CXXI.

Quid hic fidei Articulus docet?

Resp. Docet certam minimeque commentitiam corporum humanorum resuscitationem, proborum pariter

---

1) Hanc orationem lege apud *Th. Smithium* l. l. p. 160., pleniorem formulam in *Euchol.* a *Goaro* edito p. 415 sqq. Praeterea cfr. *Murawieff* Briefe übers. von Muralt p. 193. 2) Eadem tenet addita Frischius. Videntur rursus ex edit. Slavonica huc immigrasse.

κακῶν, ὁποῦ μέλλει νὰ γένη [1]) μὲ τὸν θάνατον· κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὁποῦ (Ἰωαν. έ. κή.) λέγει· ὅτι πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐκπορεύσονται, οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Τὰ δὲ σώματα θέλουσιν εἶναι τὰ αὐτὰ, μετὰ ὁποῖα ἔζησαν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, καθὼς (Ἰώβ. ιθ΄. κέ.) λέγει ὁ Ἰώβ· οἶδα γὰρ, ὅτι ἀένναός [2]) ἐστιν ὁ ἐκλύειν μὲ μέλλων ἐπὶ γῆς [3])· ἀναστήσεται τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα· παρὰ γὰρ Κύριον ταῦτά μοι συνετελέσθη· ἃ ἐγὼ ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι· ἃ ὁ ὀφθαλμός μου ἑώρακε, καὶ οὐκ ἄλλος, πάντα δὲ μοι συντετέλεσται [4]) ἐν κόλπῳ. Πλὴν τὸ σῶμα τοῦτο, ὁποῦ λέγομεν ὅτι θέλει εἶναι τὸ αὐτὸ, τότε θέλει εἶναι ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον ἐν τῇ ἀναστάσει, κατὰ τὸ εἰρημένον (ά. Κορ. ιέ. νά.) τῷ Παύλῳ· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. Σαλπίσει γὰρ,

atque improborum, a morte obita futuram; secundum verbum Domini, qui ait (Io. V, 28.): Omnes, qui in monumentis suis sunt, audient vocem filii Dei et egredientur, qui bona egerunt, in resurrectionem vitae; qui mala, in resurrectionem judicii. Eadem autem omnino corpora erunt, quibuscum in hoc mundo vixerant, dicente Iobo (XIX, 25.): Scio ego, aeternum esse, qui me exsoluturus est, super terram. Resurget cutis mea, quae haec exantlat. Namque a Domino haec mihi confecta sunt, quorum ego mihi conscius sum, quae oculus meus vidit, et non alius. Omnia vero mihi in sinu confecta sunt. Verum corpus hoc, quod idem numero futurum diximus, resuscitatum incorruptibile erit atque immortale, teste Paulo (1 Cor. XV, 51.): Non omnes quidem dormiemus, sed tamen omnes immutabimur, in puncto, in ictu oculi, cum extrema tuba. Canet enim tuba

---

1) De jota, quod addidi, qu. 106. et p. 139. Infra recte scriptum invenio θέλει πάρῃ: reportaturus est. 2) Duplicavi literam ν ex LXX. 3) Alii ante ἐπὶ γῆς alii post comma ponunt. Vulgata LXX habet ante ἐπὶ. Notabilis etiam est lectio ἀναστήσεται, ante quam pro commate feci colon, quum quae sequuntur per se constent. De aliis vide *Stickel* de Goele (Jen. 1832) p. 6. 4) Vulg. per errorem tralatitium συντετέλεσθαι, quod nullo modo stare potest.

καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Ἀκόμι καὶ τοῦτο πρέπει νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς πᾶσα ψυχὴ θέλει ἐπιστρέψειν εἰς τὸ ἴδιόν της σῶμα, καὶ τότε μαζὶ θέλει πάρῃ τέλειον τὸν αἰώνιον μισθὸν, κατὰ τὰ ἔργα ὁποῦ ἔπραξεν. Ἀκόμι καὶ τῶν ἀσεβῶν τὰ σώματα θέλουσιν εἶναι ἀθάνατα, διατὶ θέλουσι κολάζεσθαι αἰωνίως.

et mortui resurgent incorruptibiles, et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hocce induere incorruptibilitatem, et mortale hocce induere immortalitatem. Praeterea et illud sciendum, animas omnes in sua quasque corpora reversuras, et tum una cum iis perfectam aeternamque mercedem actionum operumque suorum accepturas; sed et impiorum corpora immortalia erunt, quippe aeternis discrucianda suppliciis.

Ἐρώτησις ρκβ'.

Τί διδάσκει τὸ δεύτερον [1] τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Διδάσκει κάθα Χριστιανὸν νὰ ἐνθυμᾶται πάντοτε τέσσαρα πράγματα· τὸν θάνατον, τὴν τελευταίαν κρίσιν, τὴν κόλασιν τοῦ ᾅδου, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν τὴν αἰώνιον.

Quaestio CXXII.

Quid secundo loco hic docet Articulus?

Resp. Docet, Christianum quemvis semper in animo habere haec quattuor: mortem, extremum judicium, cruciatus inferorum, regnum denique coelorum sempiternum.

Ἐρώτησις ρκγ'.

Τί κέρδος ἔχει ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ τὴν ἐνθύμησιν τῶν τεσσάρων τούτων πραγμάτων;

Ἀπ. Διατὶ γεννᾶται εἰς αὐτὸν εὐσέβεια, φύλαξις ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν, φόβος πρὸς τὸν Θεὸν, φόβος τῆς κατὰ τὸν ᾅδην γεέννης, ἀγά-

Quaestio CXXIII.

Quidnam commodi nanciscetur homo ex quattuor rerum istarum recordatione?

Resp. Nimirum quod animo illius inseritur pietas et fuga peccati et timor Dei et geennae infernae formido regnique coelestis desi-

1) Addidi e marg. τοῦτο τὸ, veluti invenimus qu. 74—76. p. 154 sqq. Omissis illis vacillat tota interrogatio. Agnoscit etiam Frischius.

πη τῆς οὐρανίου βασιλείας, καὶ ταῦτα λογιζόμενος [1]) πρέπει νὰ ἑτοιμάζεται πρὸς τὸν θάνατον, ἐνθυμούμενος τὴν τελευταίαν ἡμέραν, νὰ γίνεται ἕτοιμος εἰς τὸ νὰ ἀποδώσῃ λόγον διὰ τοὺς λογισμοὺς, διὰ τοὺς λόγους, διὰ τὰς πράξεις του· ἐνθυμούμενος δὲ τοῦ ᾅδου νὰ προσέχῃ, νὰ μὴν πέσῃ εἰς αὐτὸν· ἐνθυμούμενος δὲ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας νὰ σπουδάζῃ νὰ τὴν ἀπολαύσῃ.

derium. Quae qui assidue animo volutat, haud dubie ad suprema sese diligenter componet. Quippe summum illum ac censorium orbis diem recogitat, ut paratior fiat ad reddendas rationes cogitationum, dictorum factorumque omnium. De inferis cogitat, quo ne illuc incidat caveat. Idem coeleste regnum mente complectitur, ut omni studio ad illud assequendum contendat.

Ἐρώτησις ρκδ'.

Ποῖον εἶναι τὸ δωδέκατον ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.

Quaestio CXXIV.

Duodecimus fidei Articulus quis est?

Resp. Et vitam venturi seculi.

Ἐρώτησις ρκε'.

Τί διδάσκει ἡ ἁγία ἐκκλησία εἰς τοῦτο τὸ ἄρθρον τῆς πίστεως;

Ἀπ. Πῶς εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα θέλει ἔλθῃ ἡ εὐλογία τοῦ Θεοῦ εἰς τοὺς ἐκλεκτούς του καὶ ἡ αἰώνιος ζωὴ μὲ χαραῖς καὶ εὐφροσύναις πνευματικαῖς, ὁποῦ ποτὲ δὲν θέλουσιν ἔχειν τέλος, καθὼς ἡ Γραφὴ (ά. Κορ. β'. θ'.) μαρτυρᾷ λέγουσα· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ὡσαύτως καὶ εἰς ἄλλον τόπον (Ῥωμ.

Quaestio CXXV.

Quid in hoc fidei Articulo sancta docet Ecclesia?

Resp. Quod in seculo futuro ventura est Dei gratia et beneficentia super electos suos, et aeterna vita gaudiis ac laetitiis spiritualibus nullum unquam finem habituris cumulatissima, teste Scriptura (I Corinth. II, 9.): Quae oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscenderunt, quae paravit Deus iis, qui ipsum diligunt. Eodem et alibi

---

1) Recepi e marg. Vulg. λογιζόμενα propter sequentia vix potest defendi. Respondeat enim necesse est verbo ἑτοιμάζεται.

ιδ'. ιζ'.) λέγει· οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

modo (Rom. XIV, 17.): Non enim est regnum Dei esca et potus; sed justitia et pax et gaudium in Spiritu sancto.

Ἐρώτησις ρκστ'.

Ἡ ψυχὴ μόνη τάχα, ἢ καὶ τὸ σῶμα θέλουσιν ἀπολαύσειν[1]) μαζὶ τὴν αἰώνιον εὐφροσύνην;

Quaestio CXXVI.

Solane fortassean anima an vero etiam corpus simul aeternis fruentur gaudiis?

Ἀπ. Καθὼς ἡ ψυχὴ μὲ τὸ κορμίον μαζὶ τὰ ἀγαθὰ ἐνεργοῦσιν διὰ τὸν αἰώνιον μισθόν· τέτοιας λογῆς καὶ ἡ ψυχὴ μὲ τὸ κορμίον μαζὶ θέλουσιν ἔχειν τὴν εὐφροσύνην καὶ τὴν ἀγαλλίασιν. Μὰ ὄχι διαιρετῶς· διατὶ δὲν θέλει εἶναι ἄλλη ἡ χαρὰ τῆς ψυχῆς καὶ ἄλλη τοῦ σώματος, ἐπειδὴ τὸ σῶμα θέλει γένει δεδοξασμένον καὶ ὁ ἄνθρωπος εἶναι σύνθετος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος δεδοξασμένου. Τότε θέλει εἶναι ὅμοιος μὲ τοὺς ἀγγέλους κατὰ τὴν Γραφὴν, (Ματθ. κβ'. λ'.) τὴν λέγουσαν· ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσίν. Τὸ σῶμα θέλει εἶναι δεδοξασμένον, ἀθάνατον, ἄφθαρτον, ἀνενδεές[2]) βρώσεως καὶ πόσεως, ὅμοιον πνεύματι κατὰ τὴν Γραφὴν (ά. Κορ. ιέ. νβ'.) τὴν λέγουσαν· οἱ νεκροὶ

Resp. Quemadmodum anima et corpus sociata opera spe aeternae mercedis bonum efficiunt: ita etiam laetitiam exsultationemque eamdem, communem, non autem separatam et divisam habebunt. Non enim alia animae laetitia alia corporis erit; siquidem corpus gloria coruscabit; totus vero homo ex anima et corpore glorioso compositus erit. Atque tunc Angelis ipsis similis et aequalis fiet, secundum Scripturam, quae dicit (Matth. XXII, 30.): Nam in resurrectione nec ducunt uxores nec ducuntur, sed sunt ut Angeli Dei in coelo. Corpus gloriosum erit, immortale, incorruptibile, non cibi, non potus indigum, simile spiritui, dicente ita Scriptura (I Cor. XV,[3]) 52.): Mortui resurgent

---

1) Scripsi e marg. ἀπολαύσειν pro inepto: ἀπόλαυσιν. Verte: reportaturum est. Non multum differt, quod sequitur θέλουσιν ἔχειν: habitura sunt. Legi etiam potest ἀπολαύσει ex iis, quae disputavimus p. 127. 2) Scripsi pro ἀνενδέες. 3) Norm. per errorem LII.

ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα· δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Ἡ δὲ χαρὰ καὶ ἡ ἀγαλλίασις δὲν θέλει εἶναι ἄλλη παρὰ ἡ θεωρία τῆς μακαρίας Τριάδος καὶ ὁ πνευματικὸς χορὸς μαζὶ μὲ τοὺς ἀγγέλους, καθὼς (ά. Κορ. ιγ΄. ιβ΄.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. Καὶ καλᾶ νὰ εἶπε (Ἔξοδ. λγ΄. κ΄.) πρὸς τὸν Μωϋσῆν ὁ Κύριος· οὐ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται· ἀλλὰ τοῦτο νοεῖται πρὶν τῆς ἀπολυτρώσεως καὶ διὰ τὸ σῶμα τοῦτο τὸ φθαρτὸν καὶ οὐ δεδοξασμένον καὶ διὰ τὴν παροῦσαν ζωήν· μὰ μετὰ τὴν ἀπολύτρωσιν ἐν σώματι δεδοξασμένῳ εἰς τὴν μέλλουσαν καὶ αἰώνιον ζωήν, ὕστερα ἀπὸ τὴν ἡμέραν τῆς τελευταίας κρίσεως θέλει δοθῇ ἀπὸ τὸν Θεὸν φῶς εἰς ἡμᾶς, μὲ τὸ ὁποῖον θέλομεν ἰδεῖν τὸ φῶς τοῦ Θεοῦ, καθὼς (Ψαλ. λς΄. θ΄.[1]) λέγει ὁ Ψαλμῳδός· ὅτι παρά σοι πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Τὸ ὁποῖον ἔστωντας καὶ νὰ

incorruptibiles, et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hocce induere incorruptibilitatem et mortale hocce induere immortalitatem. Ceterum laetitia ista exsultatioque non alia erit, quam contemplatio beatissimae Trinitatis et chorus spiritualis junctim cum Angelis agitandus, dicente Apostolo (I Cor. XIII, 12.): Cernimus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem a facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc vero cognoscam pro cognitione, qua instructus fuero. Quamquam vero Mosi dixit Dominus (Exod. XXXIII, 20.): Nequaquam faciem meam videre, et vivere homo potest; sed illud intelligendum est ante summam perfectissimamque istam redemtionem et de corpore hoc corruptibili, necdum gloriae suae compote vitaque praesenti; sed post omnimodam istam redemtionem in corpore coelesti gloria decorato, in futura et aeterna vita, post diem extremi judicii indet nobis lucem Deus, qua lucem Dei ipsius contueri queamus, prout canit divinus vates (Ps. XXXVI, 10.): Apud te est fons vitae, et in luce tua videbimus lucem. Quae lux quoniam adspectu ipso

---

1) In textu LXX. nonus est versus. Correxi ι in θ. Cfr. qu. 113. et p. 152. Paullo post ante καταπαύει posui intercisionem.

θεωρεῖται, κατακαύει πᾶσαν ἐπιθυμίαν πάσης σοφίας καὶ καλοσύνης· διατὶ εἰς τὴν τοῦ ἄκρου ἀγαθοῦ θεωρίαν ὅλα τὰ ἄλλα ἀγαθὰ περικλείονται, καὶ πάσης εὐφροσύνης εἶναι πλήρωμα ἡ ἐκείνου ἀπόλαυσις κατὰ τὸν αὐτὸν Ψαλμῳδὸν, τὸν λέγοντα (Ψαλ. ιζ'. ιέ.)· χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναι τὴν δόξαν σου.

percipietur, desiderium omne omnis sapientiae atque pulchritudinis sedabit ac compescet. Namque in contemplatione summi boni cetera bona universa continentur, bonique illius fruitio omnis laetitiae complementum est, secundum eumdem sacrum fidicinem (Ps. XVII, 15.): Satiabor, quum apparuerit gloria tua.

Δεύτερον μέρος

τῆς ὀρθοδόξου ὁμολογίας τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας,

περὶ ἐλπίδος.

Ἐρώτησις πρώτη.

Τί ἐστιν ἐλπίς;

Ἀπόκρισις.

Ἡ ἐλπίδα εἶναι ἕνα θάῤῥος ἀληθινὸν πρὸς τὸν Θεὸν, διδόμενον εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου, ἀπὸ Θεοῦ ἔμπνευσιν καὶ φωτισμὸν, διὰ νὰ μὴν ἐπελπισθῇ ποτὲ ἀπὸ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, τόσον εἰς τὴν τῶν ἁμαρτιῶν συγχώρησιν ὅσον καὶ εἰς κάθα ζήτημα, ὅταν ζητεῖται, κἂν ἕνα ἀγαθὸν, ἢ ἀπὸ τὰ ἀγαθὰ τὰ πρόσκαιρα ἢ ἀπὸ τὰ αἰώνια. Περὶ αὐτῆς λέγει οὕτως (Ἑβρ. ί. λέ.) ὁ Ἀπόστολος· μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην. Καὶ

Pars secunda

Orthodoxae Confessionis ecclessiae orientalis;

De spe

Quaestio prima.

Quid est Spes?

Responsio.

Spes est vera in Deum fiducia, per inspirationem atque illuminationem divinam cordi hominis indita; ut ne unquam de gratia Dei desperet, tam circa impetrationem veniae peccatorum quam circa quodvis optatum: quando aliquod optatur bonum, sive de bonis temporalibus sive etiam de aeternis. De qua spe ita Apostolus (Hebr. X, 35.): Ne abjiciatis igitur libertatem fiduciae vestrae, quae magnam habet remunerationem. Et alibi (Rom.

ἀλλαχοῦ· (Ῥωμ. ή. κδ'.) τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν· ἐλπὶς δὲ βλεπομένων οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ὃ γὰρ βλέπει τις [1]) τί καὶ ἐλπίζει; Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα.

VIII, 24.) Spe enim salvi facti sumus. Spes vero quae cernitur, non est spes. Quod enim cernit quispiam, quare etiam speret? si vero quod non cernimus, speramus: per patientiam exspectamus.

Ἐρώτησις β'.

Μὲ ποῖα πράγματα γίνεται ἡ ἐλπίδα εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀσφαλὴς καὶ βεβαία;

Ἀπ. Πᾶσα ἡ ἐλπὶς ἡμῶν εἶναι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς λέγει (ά. Τιμ. ά. ά.) ὁ Ἀπόστολος· κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Διατὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα λαμβάνομεν, ὡς διδάσκει ὁ αὐτὸς Χριστὸς (Ἰωαν. ιδ'. ιγ'.) λέγων· καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω, ἵνα δοξασθῇ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ. Εἰς τοῦτο γροικᾶται ἡ θεία χάρις, ἐπειδὴ διὰ Χριστοῦ μᾶς ἐδόθη [2]) καὶ χάρις καὶ ἀλήθεια, κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφὴν (Ἰωαν. ά. ιζ'.) τὴν λέγουσαν· ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Καὶ εἰς τὴν χάριν ταύτην πᾶσα ἡ ἐλπὶς ἡμῶν εἶναι θεμελιωμένη· ἀκόμι καὶ εἰς τὴν τήρησιν τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ μεγάλην

Quaestio II.

Quibus rebus certa et indubitata in homine spes efficitur?

Resp. Omnis spes nostra Dominus noster Jesus Christus est, dicente Apostolo (I Tim. I, 1.): Secundum mandatum Dei Servatoris nostri et Domini Iesu Christi, qui est spes nostra. Quoniam per illum omnia accepimus, Christo ipsomet docente (Io. XIV, 13.): Et quidquid petieritis in nomine meo, illud faciam ut glorificetur Pater in Filio. Per hoc nimirum divina intelligitur gratia, siquidem per Christum nobis tum gratia tum veritas data fuit, secundum sacram Scripturam (Ioh. I, 17.): Quoniam lex per Mosem data est; gratia et veritas per Iesum Christum. Atque in hac gratia omnis spes nostra fundata est: tum et in observatione praeceptorum Dei magnam repositam habemus fiduciam, si-

---

1) Scripsi ita pro absurdo: τίς. Paullo post adjeci ex N. T. textu οὐ ante βλέπομεν, utpote maxime necessarium, et ab interprete agnitum. 2) Vulg. male ἐδώθη.

πεποίθησιν ἔχομεν. Διατὶ ὁ Χριστὸς (Ἰωαν. ιδ'. κά.) εἶπεν· ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με· ὁ δὲ ἀγαπῶν με ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν καὶ ἐμφανήσω [1]) αὐτῷ ἐμαυτόν. Ἀκόμι διὰ τῆς κοινωνίας τῶν φρικτῶν καὶ ἀχράντων μυστηρίων, ἤγουν τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, μὲ τὸ ὁποῖον μένει [2]) εἰς ἡμᾶς ὁ Κύριος ἡμῶν, γίνεται βεβαία ἡ ἐλπὶς ἡμῶν. Διατὶ λέγει (Ἰωαν. ς'. νς'.) ὁ αὐτός· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Καὶ τέλος πάντων μὲ τὴν διηνεκῆ προσευχὴν, ὡς διδάσκει (Ἰακ. έ. ιγ'.) λέγων ὁ Ἀπόστολος· κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν [3]), προσευχέσθω· καὶ ἄλλος Ἀπόστολος (Ἰούδ. στιχ. κ'.) λέγει· ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι, ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

quidem ita dixit Christus (Io. XIV, 21.): Qui praecepta mea habet et observat, is est qui me diligit: qui me autem diligit, diligetur a Patre meo et ego diligam illum, et memet ipsum manifestabo illi. Ad haec ex communione tremendorum et sanctissimorum mysteriorum, hoc est, corporis et sanguinis Christi, per quam ille ipse Dominus noster in nobis habitat, nostra confirmatur spes. Qua de re ipse dicit (Io. VI, 56.): Qui carnem meam edit, et sanguinem meum bibit, ille in me manet et ego in ipso. Denique postremo per assiduam item orationem, prout docet Apostolus (Iac. V, 13.): Affligitur quisquam vestrum, oret. Et alius Apostolus ait (Iudas, versu 20.): Vos autem, dilecti, sanctissimae fidei vestrae vosmet ipsos superstruentes, in Spiritu Sancto precantes servate vosmet in caritate Dei, exspectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam aeternam.

---

1) In N. T. ἐμφανίσω. Paullo post scripsi ἐμαυτ. pro ἑμαυτ. 2) Scripsi ita e marg. pro vulg.: μέλει. De *manente* xto agi, elucet etiam ex loco mox citato. 3) Mutavi intercisionem, ut supra qu. 117. Hic etiam interpres signum interrog. habuit; supra non item.

Ἐρώτησις γ΄.

Τί εἶναι ἀναγκαῖον νὰ θεωρήσωμεν πρὸς τὸ νὰ καταλάβωμεν τοῦτο τὸ δεύτερον μέρος τῆς ὀρθοδόξου ὁμολογίας;

Ἀπ. Εἰς τοῦτο τὸ δεύτερον μέρος τῆς ὀρθοδόξου ὁμολογίας φαίνεται ἁρμόδιον νὰ θεωρεθῇ ἡ Κυριακὴ προσευχὴ, καὶ οἱ ἐννέα μακαρισμοί. Ἐπειδὴ, ὅ, τι πρᾶγμα θέλομεν ἀπὸ τὸν Θεὸν, νὰ ζητήσωμεν πρῶτον πρέπει μὲ πίστιν, καὶ ὕστερα μὲ ἐλπίδα νὰ τὸν παρακαλοῦμεν, πῶς βέβαια θέλει μᾶς τὰ δώσει, ὡς (ά. Θεσσ. έ. κδ΄.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει. Ὁμοίως καὶ τοὺς μακαρισμοὺς μὲ τὴν ἐλπίδα τοὺς ἀποκτῶμεν, ὁπόταν θέλομεν φυλάττειν ταῖς ἀρεταῖς, μὲ ἐλπίδα νὰ ἀπολάβωμεν τὰς ἐπαγγελίας τῶν μακαρισμῶν.

Quaestio III.

Quid necessario considerandum nobis est ad recte comprehendendam secundam hanc orthodoxae confessionis partem?

Resp. In hac secunda parte orthodoxae confessionis appositissimum videtur, ut orationem Dominicam atque novem beatitudines consideremus. Quidquid enim a Deo impetrare volumus, id primum cum vera fide, deinceps cum spe, quod certo illud nobis daturus est Deus, ab ipso petendum habemus, dicente Apostolo (I Thess. V, 24.): Fidelis est, qui vos vocavit, qui etiam faciet. Pari etiam modo beatitudines illas spe nostras facimus, quando virtutes ipsas servamus, ea spe, ut promissa beatitudinum praemia consequamur.

Ἐρώτησις δ΄.

Τί ἐστὶ προσευχή;

Ἀπ. Ἡ προσευχὴ εἶναι μία αἴτησις πρὸς τὸν Θεὸν ἐκ θερμῆς πίστεως μετὰ ἐλπίδος τοῦ νὰ ἀπολαύσωμεν τὸ αἰτούμενον κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ. Ἡ προσευχή ἐστιν ἀνάβασις τοῦ νοὸς καὶ τῆς θελήσεως ἡμῶν πρὸς τὸν Θεὸν, δι' ἧς τὸν Θεὸν ὑμνοῦμεν ἢ τὸν παρακλοῦμεν, ἢ τοῦ εὐχαριστοῦμεν διὰ τὰς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίας αὐτοῦ.

Quaestio IV.

Quid est Oratio?

Resp. Oratio est petitio quaedam ad Deum ex ardenti fide fusa cum spe consequendi id quod petimus secundum voluntatem ipsius. Sive item: Oratio est adscensus mentis voluntatisque nostrae ad Deum, qua Deum collaudamus aut ob sua in nos beneficia grates illi agimus.

Ἐρώτησις ε.

Τί [1]) ἀναγκαῖον νὰ κάμῃ ὁ ἄνθρωπος πρὶν ἀρχήσῃ τὴν προσευχήν του;

Ἀπ. Πρέπει νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς αἱ προσευχαὶ εἶναι τριῶν λογῶν. Ἡ πρώτη εἶναι ἐκείνη, μὲ τὴν ὁποῖαν εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ διὰ τὰς ἀγαθοεργίας του, καθὼς ἔκαμεν ὁ παλαιὸς Ἰσραὴλ διὰ τὴν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐλευθερίαν. Καὶ ἡμεῖς ὁμοίως χρεωστοῦμεν, νὰ εὐχαριστοῦμεν πάντοτε διὰ ὅλαις ταῖς εἰς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίαις, καὶ μάλιστα διατὶ καὶ ἠλευθέρωσεν ἀπὸ τὸν ἐχθρὸν τῆς ψυχῆς μᾶς, [2]) μαζὶ μὲ τὸν Ἀπόστολον (ά. Θεσσ. ε. ιζ'.) λέγοντα· ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε· τοῦτο γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς [3]). Καὶ ἀλλαχοῦ· (ά. Κορ. ά. δ'.) εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μὲν πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Καὶ (Κολ. ά. ιβ'.) εἰς ἄλλον τόπον· εὐχαριστοῦντες τῷ Πατρὶ, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί. Ὅς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ με-

Quaestio V.

Quid faciendum homini, antequam orare incipit?

Resp. Sciendum est tria summa Orationum genera esse. Primum est, quando gratias Deo persolvimus pro praestitis beneficiis, quemadmodum antiquus Israelitarum populus ob liberationem ex Aegypto gratias Deo egit: ita pariter et nos omni tempore grati esse debemus pro omnibus Dei in nos collatis beneficiis. Maxime vero, quod nos ab immanissimo animae nostrae hoste in libertatem vindicavit; una cum Apostolo (I Thess. V, 17.): Sine intermissone orate; in omnibus gratias agite. Haec enim Dei est voluntas in Christo Iesu erga vos. Et alibi (I Cor. I, 4.): Gratias ago Deo meo semper pro vobis, de gratia Dei, quae data est vobis in Christo Iesu. Et alio loco (Coloss. I, 12.): Gratias agentes Patri, qui nos fecit idoneos ad participationem hereditatis sanctorum in luce, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in

---

1) Margo addit *εἶναι*, haud necessarium. 2) Insignivi circumflexo, ut esset accus. plur. *nos*, object. verb. *ἠλευθ*; quo male caruit. Non enim pertinet ad *ψυχῆς* ut paullo post legitur *τὰς ἁμαρτίας μας*, sed ad verbum, ut idem sit, quod deinde est: *νὰ μᾶς λυτρώσῃ*. Cfr. p. 125. 3) Recte Hofm. emendavit vitium, quod in Norm. edit. non vero in vers. exstitit, scribens *ὑμᾶς* pro *ἡμᾶς*. Constat enim in N. T. lectio.

τέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ[1]). Ἡ δευτέρα προσευχὴ εἶναι ἐκείνη, ὁποῦ παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν, νὰ συγχωρήσῃ τὰς ἁμαρτίας μας· ὥστε καὶ ἀπὸ τὴν τιμωρίαν νὰ μᾶς λυτρώσῃ, καὶ νὰ χύσῃ εἰς ἡμᾶς καὶ τὴν χάριν του τὴν ἁγίαν εἴς τε τὴν ψυχὴν καὶ εἰς τὸ σῶμα. Ταύτην τὴν προσευχὴν κάμομεν καὶ ἡμεῖς διὰ ἡμᾶς καὶ διὰ τοὺς πλησίον μας· ὡς (Κολ. ά. θ'.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι, ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ. Ἡ τρίτη προσευχὴ εἶναι, ὁποῦ εὐλογοῦμεν ὑμνοῦντες τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν διὰ τὴν μεγαλοπρέπειάν του τὴν ἀπρόσιτον καὶ δόξαν αἰώνιον· ὡς ὁ ἱερὸς Ψάλτης (Ψαλ. ρμέ.[2]) β'.) λέγει· καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Μέγας[3]) Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα· καὶ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας· γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου· καὶ τὴν

regnum filii sui dilecti. Secundum Orationis genus est, quo Deum rogamus, ut nobis peccatorum nostrorum veniam concedat; scilicet ut meritae simul poenae nos eximat atque sanctam gratiam suam nobis, qua animam qua corpus, infundat, cujusmodi preces tum nostra caussa tum proximi fundimus; dicente Apostolo (Coloss. I, 9.): Propterea et nos, ex quo die audivimus, non desinimus pro vobis orare et petere, ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia et intelligentia spirituali. Tertium orationis genus est, quo collaudamus ac extollimus Dominum et Deum nostrum ob majestatem ipsius inaccessam atque immortalem gloriam, quemadmodum sacer vates ait (Psalt. CXLV, 2.): Per singulos dies benedicam tibi, et laudabo nomen tuum in seculum et in seculum seculi. Magnus est Dominus et valde laudabilis, et majestatis ejus non est finis. Generatio et generatio laudabit opera tua et potentiam tuam annunciabunt.

1) Sic e N. T. scribere non dubitavi. Vulg. est αὑτοῦ. In nostro N. T. textu nulla est discrepantia scripturae. 2) Bene Hofm. numerum LXX, quos sequitur auctor, reddidit, Norm. ρμδ' scripsit; qui numerus nec ad hebr. nec ad LXX. pertinet. 3) In edit. LXX additur art. ὁ.

δύναμίν σου ἀπαγγελοῦσι[1]). *Τὴν ὁποῖαν προσευχὴν περιέχει πλέον ἐξαιρέτως ἡ μεγάλη δοξολογία· ὁποῦ πᾶσαν ἡμέραν διαβάζομεν ἢ ψάλλομεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν.*

Ἐρώτησις ϛ'.

Τί εἶναι ἀκόμι ἀναγκαῖον εἰς τὴν προσευχήν;

Ἀπ. Ἀναγκαῖα εἶναι ἡ πρέπουσα ἑτοιμασία εἰς ἡμᾶς, ὅταν θέλωμεν νὰ κάμωμεν τὴν προσευχήν μας, ἤγουν μὲ σωφροσύνην καὶ εὐλάβειαν, κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Ἀποστόλου, (Τίτ. β'. ιβ'.) λέγοντος· ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· καὶ μὲ κατάνυξιν τῆς καρδίας· ὡς ὁ Ἀπόστολος ἀλλαχοῦ διδάσκει, (Κολ. γ'. ιϛ'.) λέγων· ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω[3]) *ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ σοφίᾳ, διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς ἐν χάριτι, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ*

Cujusmodi orationem praecipue ac singulariter magna Doxologia (Hymnus Angelicus, Gloria in Excelsis [2])) continet, quam quotidie in ecclesia recitamus aut psallimus.

Quaestio VI.

Quid praeterea ad precandum necessarium est?

Resp. Necessaria nobis oraturis est justa nostri praeparatio cum sobria videlicet temperantia atque reverentia, secundum doctrinam Apostoli (Tit. II, 12.): Ut abnegata impietate et mundanis cupiditatibus, temperanter et juste et pie vivamus in hoc seculo. Itemque cum compunctione cordis, ut idem Apostolus alibi docet (Coloss. III, 16): Verbum Christi inhabitet in vobis copiose in omni sapientia, docentes admonentesque vos invicem psalmis et hymnis et cantilenis spiritualibus in gratia, canentes (ac psallentes [4])) in corde vestro Do-

1) Per vitium fuit duplex λ, quorum unum delevi, quod vitium jam arguit accentus. Cfr. supra qu. 107. 2) Quae uncinis septa sunt, ea ad *magnam illam Doxologiam* explicandam ab interprete adjecta sunt, partim tantum habet Frischius: das Gloria in excelsis, das grosse Ehre sey Gott in der Höhe. Cfr. *Goar.* ad Euchology. p. 136. de Doxologia magna idem p. 34. 58. Muralt Lexidion p. 22. 3) Correxi ex N. T. In Normann. edit. legitur *ἐκοικείτω*, in Hofmann *ἐποικ.* Interpunctionem non mutavi; vacillat enim etiam apud Paulum. Notabile, a nostro auctore *ἐν χάριτι* praegressis adnexa esse. 4) Inclusit interpres sine dubio, ut se illa verba in N. T. non reperisse testaretur; suspicor vero, vidisse auctores catechismi. Accurate enim alias N. T. locos describunt.

ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Ἀκόμι πρέπει νὰ προσευχώμεθα χωρὶς τινος ὀργῆς ἢ φθόνου, (Ματθ. ϛ΄. ιέ.) κατὰ τὸ εἰρημένον· ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Καὶ ἂν τινὰς εἶναι καθ' ἡμῶν ὠργισμένος, πρότερον νὰ τὸν παρακαλοῦμεν, καὶ νὰ κάμνωμεν διαλλαγὴν μετ' αὐτόν· κατὰ τὴν Γραφὴν (Ματθ. έ. κγ΄.) τὴν λέγουσαν· καὶ ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τὶ κατά σου, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. Ἀκόμι προσευχόμενοι χρεωστοῦμεν νὰ ἀποδιώχνωμεν μακρὰν ἀπὸ μᾶς ὅλαις ταῖς ἄλλαις φροντίδες, διὰ νὰ εἶναι καθαρὰ ἡ προσευχή μας, καὶ εὐπρόσδεκτος πρὸς τὸν Θεόν· καὶ νὰ μὴν εἰπῇ (Μαρκ. ζ΄. ϛ΄.) καὶ δι' ἡμᾶς ὡς περὶ τῶν ὑποκριτῶν· οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μήτε τὸ τοῦ Ψαλμοῦ [1]) νὰ νοηθῇ καὶ δι' ἡμᾶς, ὁποῦ λέγει· καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν.

mino. Sed et ira et invidia omnis oraturis exuenda, secundum illud (Matth. VI, 15.): Nisi remittitis hominibus delicta sua, neque Pater vester vobis delicta vestra remittet. Ideoque si quis infensiore erga nos animo est, ille antea nobis amice compellandus, et cum eo in gratiam redeundum est, docente Scriptura (Matth. V, 23.): Igitur si attuleris munus tuum ad altare, et illic recordatus fueris, fratrem tuum nonnihil adversum te habere: relinque illic munus tuum coram altari, et abi, priusque reconciliare fratri tuo; et tum veniens offer munus tuum. Tum et inter orandum procul a nobis exigemus quidquid curarum cogitationumque aliarum est, ut pura Deoque accepta nostra sit oratio, ne idem sane de nobis pronunciet Deus, quod de hypocritis (Marc. VII, 6.): Hic populus labiis suis me honorat, cor autem illorum procul a me abest; neve etiam de nobis accipiatur illud Psalmi (CIX, 7.): Oratio illius peccatum fiat.

---

1) Ex hoc uno loco videre est, numeros illos a Normanno aliove editore adscriptos fuisse. Hic enim desunt in Norm. edit. marg., nec Hofmannus textui interposuit.

Ἐρώτησις ζ.

Ποῖα εἶναι ἡ κυριακὴ προσευχή;

Ἀπ. Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐρώτησις η.

Εἰς πόσα μέρη διαιρεῖται ἡ κυριακὴ αὕτη προσευχή;

Ἀπ. Εἰς τρία· εἰς τὸ προοίμιον, εἰς τὰ αἰτήματα, καὶ εἰς τὸν ἐπίλογον.

Ἐρώτησις θ.

Ποῖον εἶναι τὸ προοίμιον;

Ἀπ. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ἐρώτησις ι.

Τί σημαδεύει τὸ προοίμιον τοῦτο;

Ἀπ. Ἐν πρώτοις διδάσκει, πῶς ἐκεῖνος, ὁποῦ θέλει νὰ παρακαλέσῃ τὸν Θεὸν, δὲν πρέπει νὰ ἔρχεται ἔμπροσθεν τοῦ ὡς κτίσμα του μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς κατὰ χάριν Υἱός του· διατὶ ἂν δὲν εἶναι Υἱὸς, δὲν ἠμπορεῖ νὰ τὸν εἰπῇ Πατέρα. Τὴν δὲ χάριν ταύτην τῆς Υἱοθεσίας ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἔδωκεν εἰς τοὺς πιστεύσαντας εἰς αὐτόν· ὡς φησὶν (Ἰωαν. α. ιβ.) ἡ Γραφή· ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύ-

Quaestio VII.

Quaenam est Oratio Dominica?

Resp. Pater noster, qui es in coelis; sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum, et quae deinceps sequuntur,

Quaestio VIII.

In quot membra dividitur oratio Dominica?

Resp. In tria. In Prooemium, in Precationes ipsas, in Epilogum.

Quaestio IX.

Prooemium quodnam est?

Resp. Pater noster, qui es in coelis.

Quaestio X.

Quid sibi vult hoc Prooemium?

Resp. Primo loco id docet, quod, qui Deum orare velit, coram illo comparere debeat, non ut creatura quaedam illius duntaxat, verum etiam ut illius per gratiam filius, quippe si filius non est, patrem illum nullo jure vocare potest. Hanc vero adoptionis gratiam in se credentibus impertivit Christus, dicente Scriptura (Io. I, 12.): Quotquot illum receperunt, iis potestatem dedit, ut filii Dei fierent;

ουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἀλλαχοῦ (Γαλ. δ΄. ς΄.)· ὅτι δὲ ἐστὲ υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. Διὰ τοῦτο καὶ Πατέρα μας τὸν ὀνομάζομεν. Δεύτερον χρεωστεῖ νὰ εἶναι υἱὸς τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας· διατὶ ὅποιος δὲν γνωρίζει τὴν ἐκκλησίαν ὡς μητέρα του, δὲν ἠμπορεῖ νὰ γνωρίσῃ τὸν Θεὸν ὡς Πατέρα του· κατὰ τὸ εἰρημένον (Ματθ. ιή. ιζ΄.)· εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. Τρίτον δὲν πρέπει νὰ ἔχει κἂν μίαν ἀμφιβολίαν, πῶς νὰ μὴ [1]) ἀπολάβῃ ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα, ὁποῦ ζητᾷ, ἐπειδὴ παρακαλεῖ ἕνα Πατέρα φιλόστοργον καὶ εὔσπλαγχνον, κοινὸν ἁπάντων Πατέρα, καθὼς (Λουκ. ς΄. λς΄.) λέγει ἡ Γραφή· γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστίν· ὁ ὁποῖος ὄχι μόνον δὲν ἀρνεῖται νὰ μὴ δώσῃ ἐκεῖνα, ὁποῦ τὸν παρακαλοῦμεν· ἀλλὰ αὐτὸς δίδει καὶ τοὺς τρόπους νὰ τὸν παρακαλοῦμεν, καὶ μὲ εὐσπλαγχνίᾳ [2]) δέχεται τὰς

qui credunt in nomen ejus. Et alibi (Gal. IV, 6.): Quoniam filii estis, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem Abba, Pater. Atque hanc ob caussam Patrem nostrum illum compellamus. Secundo Ecclesiae Orthodoxae et Catholicae filius oraturus sit oportet. Qui enim Ecclesiam in matris loco non habet; is nec Deum pro Patre habere potest, sicut dictum est (Matth. XVIII, 17.): Dic Ecclesiae. Quod si et Ecclesiam audire neglexerit, sit ille tibi instar ethnici et publicani. Tertio nihil prorsus addubitabit, quin, quod petit, id accepturus sit, quippe qui patrem indulgentissimum et summe misericordem eundemque communem omnium patrem orat, teste Scriptura (Luc. VI, 36.): Estote igitur misericordes, sicut Pater vester misericors est. Qui non modo, quae illum rogamus, non sese daturum negat, sed ipse etiam hos nobis animi motus moresque suggerit, ut illum rogitemus, et preces nostras, si modo pure

1) In textu fuit μὲν, quod h. l. nescio quid sibi velit, deinde huic auctori insolitum est. Ad marg. invenio μὴν. Placuit scribere μὴ, ex quo facilius quam ex isto per errorem μὲν potuit exoriri. Sequitur non multo post: ἀρνεῖται να μὴ δώσῃ. 2) Adjeci jot. subscr., ut sit dat. Hoc enim casu saepe illa pr. μὲ construitur veluti infra qu. 20. μὲ ψευτικαῖς διδαχαῖς. Sequitur etiam accus., veluti p. 64., decurtata enim vocula est ex praep. μετά.

προσευχάς μας, μόνον νὰ γίνουνται καθαρῶς καὶ ἐκ βαθέων καρδίας· διατὶ ἐκεῖνος ἠξεύρει, τὶ θέλει καθ' ἕνας ἀπὸ μᾶς νὰ τὸν παρακαλέσῃ (Ματθ. ϛ'. ή.) κατὰ τὸ εἰρημένον· οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ὑμῶν, ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. Καὶ ἀλλαχοῦ (Ματθ. ζ'. ιά.)· εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Τέταρτον διδάσκει οὗτος ὁ πρόλογος, πῶς, καθὼς ὁ Θεὸς εἶναι Πατὴρ πάντων ἡμῶν, τέτοιας λογῆς καὶ ἡμεῖς οἱ πιστοὶ χρεωστοῦμεν νὰ εἶσεσθαι ἀδελφοὶ ἀλλήλως μας· καὶ νὰ μὴν παρακαλοῦμεν μόνον δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἀδελφούς μας, ὁ ἕνας ὑπὲρ τοῦ ἄλλου· καθὼς διδάσκει ἡ Γραφὴ (Ἰακ. έ. ιϛ'.) λέγουσα· εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε, πρὸς τὸν κοινὸν ἡμῶν δηλαδὴ Πατέρα· ὡς (Ματθ. κγ'. θ'.) εἶπεν ἐκεῖνος· καὶ Πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς, εἷς γάρ ἐστιν ὁ Πατὴρ ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Διατὶ ἐκεῖνος [1]) βλέπωντας τὴν ἀδελφικὴν ἡμῶν ἀγάπην, τὴν ὁποῖαν πάντοτε συστένει εἰς τὸ ἱερὸν Εὐαγγέ-

ac caste conceptae sunt, ex intimisque pectoris penetralibus funduntur, multa cum misericordia accipit; quippe qui perspectissimum habet, quid illum unusquisque nostrum rogatum veniat, uti scriptum est (Matth. VI, 8.): Novit Pater vester, qua re opus vobis est, priusquam illum rogitetis. Et alio loco (Matth. VII, 11.): Si vos igitur, qui mali estis, nostis bona dona dare liberis vestris; quanto magis Pater vester, qui in coelis est, bona daturus est iis, qui orant ipsum? Quartum, quod Prologus iste docet, hoc est, quod, quemadmodum Pater nostrum omnium Deus est, ita et nos, qui fideles sumus, inter nos invicem fratres esse debemus, et Deum non nostra solum caussa precari, sed et fratrum nostrorum, alterque pro altero intercedere; docente ita Scriptura (Iac. V, 16.): Orate pro vobis mutuo, ut sanemini; ad Deum videlicet, Patrem nostrum communem. Sicut Christus ipse dicit (Matth. XXIII, 9.): Et Patrem vestrum ne vocetis in terra: unus enim est Pater vester, qui in coelis est. Ille enim fraternam hancce caritatem nostram, quam ubique in sacris Evangeliis commendat, cernens, tum

---

1) Non dubitavi admittere marg. lectionem pro vulg. ἐκεῖνοι βλέπονται; quippe quae absurda sint. Frischius etiam agnoscit: *Denn er siehet auf unsere brüderliche Liebe.*

λιον, καὶ ὡς Πατὴρ χαίρει περὶ τούτου, καὶ ὡς εὐήκοος μᾶς ὑπακούει γοργώτερον. Πέμπτον, μὲ τὸν λόγον ἐκεῖνον ὁποῦ λέγει, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, μᾶς ἑρμηνεύει, νὰ ἀναβιβάζωμεν τὸν νοῦν μας καὶ ὅλον μας τὸν λογισμὸν ἀπὸ τὰ γήϊνα καὶ φθαρτὰ εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εἰς τὰ ἄφθαρτα τὸν καιρὸν, ὁποῦ προσευχόμεθα. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν δὲν εἶναι μόνον εἰς τοὺς οὐρανοὺς, μὰ καὶ πανταχοῦ πάρεστι, καὶ τὰ πάντα πληροῖ· μὰ διατὶ ἡ χάρις του καὶ ὁ πλοῦτος τῶν εὐεργεσιῶν του ἐλλάμπει μάλιστα εἰς τὸν οὐρανὸν, διὰ τοῦτο λέγεται ὁ οὐρανὸς θρόνος του, ὡς (Ψαλ. ιά.[1]) δ΄.) φησὶν ὁ προφήτης, ὅτι ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ (Ψαλ. ργ΄.[2]) ιθ΄.)· Κύριος ἐν τῷ οὐρανῷ ἡτοίμασε τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόζει.

uti Pater ea re magnopere delectatur, tum ut ad audiendas preces propensus, citius alacriusque nos exaudit. Quinto, illis verbis: qui es in coelis, nos docet, quando precamur, sublatos humo animos cogitationesque nostras omnes a terrenis et caducis ad coelum et incorruptibilia attollere. Ceterum Deus, Pater noster, non in coelo solum versatur, sed et ubique locorum praesens est omniaque replet. Quando autem in coelo potissimum effulget gratia illius et beneficiorum perennis opulentia; inde thronus ipsius coelum dicitur, ut ait Propheta (Psal. XI, 4.): In coelo solium illius est. Et alibi (Psal. CIII, 19.): Dominus in coelo paravit thronum suum, et regnum ejus omnibus dominatur.

Ἐρώτησις ιά.

Εἰς τὸ δεύτερον μέρος τῆς προσευχῆς ταύτης τῆς κυριακῆς πόσα αἰτήματα περικρατοῦνται;

Ἀπ. Ἑπτὰ εἶναι, ὁποῦ ζητοῦνται.

Quaestio XI.

Membro secundo hujus Dominicae Orationis, quot Petitiones continentur?

Resp. Petita septem sunt.

1) Sic recte Hofm. Norm. ι. 2) Norm. ρβ΄. De qua numerorum diversitate cfr. de Wette Einl. in d. alte Test. p. 380.

Ἐρώτησις ιβ'.

Ποῖον εἶναι τὸ πρῶτον αἴτημα τὸ εἰς τὴν κυριακὴν προσευχήν;

Ἀπ. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

Ἐρώτησις ιγ'.

Τί περιέχει τὸ ζήτημα τοῦτο εἰς ἑαυτό;

Ἀπ. Πρῶτον περιέχει τοῦτο· πῶς παρακαλοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν, νὰ μᾶς δώσῃ ζωὴν εὐσεβῆ, στολισμένην μὲ ἀρεταῖς καὶ ἔργα καλά· ἀπὸ τὸ ὁποῖον νὰ παρακινοῦνται οἱ ἄνθρωποι, νὰ δοξάζουσι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν εὐσέβειαν τῆς ζωῆς μας, (Ματθ. ε. ιϛ'.) κατὰ τὸ εἰρημένον· οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Δεύτερον, ὁ λόγος τοῦτος παρακαλεῖ, ὄχι μόνον νὰ εἶναι ἡ ζωή μας εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὅλοι ἐκεῖνοι, ὁποῦ δὲν πιστεύουσιν οὔτε γνωρίζουσι τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινὸν, νὰ ἐπιστρέψουσι καὶ νὰ τὸν γνωρίσουσιν, ὥστε εἰς αὐτοὺς καὶ μετ' αὐτοὺς νὰ δοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Ἀκόμι παρακαλοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν δι' ἐκείνους, ὁποῦ ἔχουσι τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ Χριστιανισμοῦ, μὰ διάγουσι ζωὴν κακὴν καὶ

Quaestio XII.

Quaenam prima in Oratione Dominica est Petitio?

Resp. Sanctificetur nomen tuum.

Quaestio XIII.

Quid haec Petitio in se complectitur?

Resp. Primum illud continet, quod Dominum et Deum nostrum veneramur, ut piam nobis vitam virtutibus et bonis operibus exornatam largiatur. Unde excitentur homines ad collaudandum Dei nomen, ob vitae nostrae eximiam sanctimoniam, ut dictum est (Matth. V, 16.): Ita luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum, qui est in coelis. Secundo his verbis petimus, non modo ut divinae gloriae vita nostra omnis serviat, sed vero etiam, ut illi omnes, qui nec credunt, nec norunt verum Deum, resipiscant sane Deumque agnoscant, in iis etiam et per eos nomen Dei concelebretur. Porro pro iis etiam Dominum Deumque nostrum comprecamur, qui veri quidem Christianismi titulum nomenque prae se ferunt; verum flagitiosam atque in-

ἄτακτον, ἀπὸ τὸ ὁποῖον κακολογεῖται ἡ πίστις καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν· διὰ τοὺς ὁποίους (β΄. Τιμ. γ΄. ε΄.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι· καὶ ἀλλαχοῦ (Ῥωμ. β΄. κδ΄.)· τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμῶν βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Διὰ τοὺς τοιούτους παρακαλεῖ τὸ μέρος τοῦτο τῆς προσευχῆς, νὰ ἐπιστρέψουσι καὶ νὰ παύσουσι τὴν αἰσχρὰν ζωὴν, ζῶντες εὐσεβῶς καὶ σωφρόνως ἀπ' ἐντεῦθεν, ὥστε μὲ τὸν τρόπον τοῦτον νὰ ἠμπορῇ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ νὰ ἁγιάζεται. Πρὸς τούτοις πρέπει νὰ ἠξεύρωμεν, πῶς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καθ' ἑαυτὸν εἶναι ἅγιον· μὰ εἰς ἡμᾶς καὶ ἀπ' ἡμᾶς λέγεται πῶς νὰ ἁγιάζεται,[1]) ὅταν ἡμεῖς ἁγιάζομεν τοὺς ἑαυτούς μας μὲ τὴν εὐσεβῆ ζωὴν καὶ ἐνάρετον πρὸς δόξαν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

decoram vivunt vitam, quorum culpa fit, ut religio nostra atque adeo Deus ipse male audiant, de quibus sic ait Apostolus (2 Tim. III, 5.): Qui habent speciem pietatis, sed vim illius abnegarunt; et alibi (Rom. II, 24.): Nomen Dei propter vos blasphematur inter gentes. Horum caussa Deum haec petitio orat, quo ad frugem bonam a foedis istis moribus se recipiant, pieque et temperanter in posterum vitam instituant, ut hoc etiam pacto nomen Dei sancte habeatur. Insuper illud tenendum est, sanctum quidem per se Dei nomen esse, sed in nobis et a nobis tum illud sanctificari dici, quum nosmet ipsos pietate ac sanctitate vitae in divini nominis honorem sanctificamus.

Ἐρώτησις ιδ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον αἴτημα;

Ἀπ. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

Quaestio XIV.

Quae secunda est Petitio?

Resp. Adveniat regnum tuum.

---

[1]) Norm. edit. hic habet interrogandi signum, quod Hofmannus recte in comma mutavit. Illud πῶς enim apud hunc auctorem part. ὅτι aequat, quapropter quae sequuntur ὅταν etc. cum praegressis intime cohaerent. Frischius vertit: *sagt man, soll er geheiligt werden, wenn wir uns* etc.

Ἐρώτησις ιέ.

Τίνα [1]) περιέχονται εἰς τοῦτο τὸ δεύτερον ζήτημα;

Ἀπ. Παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν, ὥστε αὐτὸς μὲ τὴν χάριν καὶ δικαιοσύνην του καὶ μὲ τὴν εὐσπλαγχνίαν του νὰ βασιλεύῃ εἰς ὅλους ἡμᾶς καὶ μάλιστα εἰς τὴν καρδίαν μας, καὶ ὄχι ἡ ἁμαρτία, κατὰ τὸ (Ῥωμ. ϛ'. ιβ'.) γεγραμμένον· μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. Δεύτερον τὸ αἴτημα τοῦτο περικρατεῖ, πῶς ὁ ἄνθρωπος στέκωντας εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ καὶ καταλαμβάνωντας τὴν οὐράνιον εὐφροσύνην, καταφρονεῖ τὸν κόσμον καὶ θέλει ἐπιθυμᾷ νὰ ἀποκτήσῃ τοῦ Θεοῦ τὰ βασίλεια, καθὼς (Φιλιππ. ά. κγ'.) ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος· ἐπιθυμῶ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. Τρίτον, πῶς παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν, νὰ σπουδάσῃ νὰ ἔλθῃ ἡ δευτέρα του παρουσία, εἰς τὴν ὁποῖαν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλεύσεται (Ματθ. κέ. λά.) ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ νὰ γένῃ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν, καὶ ἡ τελευταία κρίσις. Μὲ τὰ ὁποῖα ἤθελεν ἠμπορέσειν, νὰ σικωθῇ ἀπὸ τὸ μέσον ἡ

Quaestio XV.

Quid hac secunda Petitione continetur?

Resp. Deum veneramur, ut per gratiam et justitiam et misericordiam suam ipse in nos totos et praesertim in corda nostra, non autem peccatum, regnet; prout scriptum est (Rom. VI, 12.): Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore vestro, ut obediatis peccato in cupiditatibus corporis. Secundo loco id haec petitio complectitur, quod homo, qui in gratia apud Deum est coelestemque laetitiam in animo percipit, ille hunc mundum nihili putat, verum id unice optat avetque, ut coelestis regiae incola fiat, uti de se Apostolus dicebat (Phil. I, 23.): Remigrare cupio et cum Christo esse. Tertio Deum obtestamur, ut secundus ejus adventus quam primum adveniat quo filius hominis in gloria sua apparitures est, (Matth. XXV, 31.) utque resurrectio mortuorum atque extremum judicium accelerent. Sic enim fieri poterit, ut de medio removeatur mundi hujus im-

1) Non dubitavi recipere pro vulg. τί. Quamquam enim interdum ista vox pro indeclin. est; veluti p. 119. τί διδασκαλία et p. 122. τί διδασκαλίαν non ausus sum mutare, tamen numeros admittit. — Paullo post in loco ex Rom. laudato nota lectionis diversitatem; et in loco ex Philipp. allegato brevitatem.

βασιλεία τοῦ κόσμου τούτου καὶ ὁ ἐχθρὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν· καὶ νὰ ἔλθῃ τῶν οὐρανῶν ἡ βασιλεία, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι, ὡς (ά. Κορ. ιέ. κή.) λέγει ὁ Ἀπόστολος.

perium animarumque nostrarum hostis, atque ut veniat regnum coelorum; ut sit Deus omnia in omnibus; quemadmodum loquitur Apostolus (1 Cor. XV, 28.).

Ἐρώτησις ιϛ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ τρίτον αἴτημα;

Ἀπ. Γ ε ν η θ ή τ ω τ ὸ θ έ λ η μ ά σ ο υ, ὡ ς ἐ ν ο ὐ ρ α ν ῷ κ α ὶ ἐ π ὶ τ ῆ ς γ ῆ ς.

Quaestio XVI.

Quaenam tertia Petitio est?

Resp. F i a t v o l u n t a s t u a, s i c u t i n c o e l o, s i c e t i n t e r r a.

Ἐρώτησις ιζ΄.

Τί περιέχει εἰς ἑαυτὸ τοῦτο τὸ τρίτον ζήτημα;

Ἀπ. Ἐν πρώτοις παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν, νὰ μὴν παραχωρήσῃ νὰ περνοῦμεν τὴν ζωήν μας εἰς τὸν κόσμον τοῦτον κατὰ τὴν ἐδικήν μας θέλησιν, μὰ νὰ κυβερνούμεθα καθὼς ἐκεῖνος θέλει καὶ τοῦ ἀρέσκει. Δεύτερον παρακαλοῦμεν, νὰ μὴ γένῃ ἀπὸ ἐμᾶς μήτε ἀπὸ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κἂν μία ἐναντίωσις ἢ ἀντίστασις εἰς τὸ θέλημά του· καὶ καθὼς οἱ ἄγγελοι εἰς τοὺς οὐρανοὺς ὑποτάσσονται ἀναντιῤῥήτως εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ θέλησιν εἰς ὅλα τὰ πράγματα· τέτοιας λογῆς καὶ ὅλοι οἱ ἄνθρωποι νὰ ὑποτάσσωνται εἰς τὴν γῆν ἀλύπως τῷ Θεῷ μετὰ πάσης εὐχαριστίας. Τρίτον σημαδεύομεν μὲ τοῦτο τὸ ζήτημα, πῶς δὲν ἠμπορεῖ νὰ ἔλθῃ εἰς ἡμᾶς τοὺς ἐκλεκ-

Quaestio XVII.

Quid in se continet tertia haec Petitio?

Resp. Principio Deum oramus, ut ne nos nostro arbitratu praesens hoc aevum agitare sinat; sed ut ad nutum voluntatemque suam nos gubernet. Secundo petimus, ne qua repugnantia aut obluctatio adversus voluntatem Dei sive a nobis sive aliis hominibus fiat; utque, quemadmodum Angeli in coelo, omnibus in rebus sine ulla recusatione divinae voluntati morem gerunt: ita in terra etiam homines universi sine murmure cum omni gratiarum actione Deo obsequantur. Tertio hac petitione significamus, nihil quidquam nobis Dei Electis

τοὺς τοῦ Θεοῦ κἂν ἕνα σύμπτωμα, τόσον εἰς τὴν εὐσεβῆ ζωὴν, ὁποῦ πρέπει νὰ διάγωμεν, ὅσον καὶ εἰς τοὺς ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ πειρασμοὺς καὶ διωγμοὺς χωρὶς συγχώρησιν καὶ θέλησιν τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ ὄχι μόνον ἡμᾶς [1]), ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν τριχῶν τῆς κεφαλῆς μας φροντίζει ὁ Κύριος, ὡς (Λουκ. ιβ'. ζ'.) φησὶν ἡ Γραφή· ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠρίθμηνται· καὶ ἀλλαχοῦ (Λουκ. κά. ιή.)· καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται.

accidere posse, tum quod ad piam inculpatamque vitam, quam agere debemus, tum quod ad tentationes hostis atque persecutiones absque permissu arbitrioque divino, eo quod non nostri tantummodo sed et capillorum capitis nostri curam rationemque habet Dominus, teste Scriptura (Luc. XII, 7.): Etiam capilli capitis vestri omnes numerati sunt; et alibi (Luc. XXI, 18.): Pilus de capite vestro non peribit.

Ἐρώτησις ιή.

Ποῖον εἶναι τὸ τέταρτον ζήτημα;

Ἀπ. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

Quaestio XVIII.

Quaenam quarta est Petitio?

Resp. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Ἐρώτησις ιθ'.

Τί περιέχει τὸ ζήτημα τοῦτο εἰς ἑαυτό;

Ἀπ. Ἐν πρώτοις περιέχει τὴν τροφὴν τῆς ψυχῆς μας τὴν ὑπερφυῆ, ὁποῦ εἶναι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ λέγει (Ματθ. δ'. δ'.) ἡ Γραφή· οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Παρακαλοῦμεν λοιπὸν, νὰ μᾶς

Quaestio XIX.

Quid continet haec Petitio?

Resp. Principio divinum et eximium illud animae nostrae alimentum, verbum Dei, complectitur, de quo ita docet Scriptura (Matth. IV, 4.): Non solo pane victitat homo, sed omni verbo, quod egreditur ex ore Dei. Deum igitur

---

1) Margo praecipit, ut legamus περὶ ἡμῶν ut mox. Sed saepissime a structurae unitate discedere hunc auctorem, dictum jam supra p. 71. est.

ἐλευθερώσῃ ὁ Θεὸς ἀπὸ τὴν πεῖναν τοῦ λόγου του τοῦ ἁγίου, ἤγουν τῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ· χωρὶς τὴν ὁποῖαν ὁ ἔσω ἄνθρωπος ἀποθνήσκει, ὡς ἂν ἀπὸ πεῖναν καὶ λιμὸν πιεσμένος. Ἐδῶ πρέπει νὰ ἐνθυμούμεσθαν τὸν θάνατον τῆς ψυχῆς, ὁ ὁποῖος μάλιστα ἔρχεται εἰς ἐκείνους, ὁποῦ δὲν θέλουσι [1]) νὰ ἀκούσουσι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ ταῖς διδαχαῖς· οἱ ὁποῖοι δίδουσι κακὸν παράδειγμα. Δεύτερον περιέχει εἰς ἑαυτὸ τὴν ἄλλην βρῶσιν τῆς ψυχῆς, ἤγουν τὴν κοινωνίαν τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Διατὶ οὕτω (Ἰωαν. ς΄. νέ. νς΄.) λέγει ὁ Κύριος περὶ τούτου· ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις. Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Διὰ νὰ μεταλάβωμεν λοιπὸν ἀξίως τὴν βρῶσιν ταύτην, παρακαλοῦμεν εἰς τὸ μέρος τοῦτο, νὰ μᾶς τὴν δώσῃ ἐκεῖνος ἤγουν μὲ τὴν χάριν καὶ φιλανθρωπίαν του. Καὶ ὅταν θέλομεν γένῃ [2]) μέτοχοι τῶν δύο τούτων βρώσεων, τότε ἕξομεν ἐντὸς ἡμῶν (Λουκ. ιζ΄.

rogitamus, ut nos a fame atque egestate sanctissimi verbi sui sive doctrinae Christi prohibeat sine qua doctrina interior ille homo noster veluti fame atque inedia oppressus plane emoritur. Ideoque hoc loco merito mortem animae recordabimur, quae illos potissimum invadit, qui verbum Dei sacrasque conciones audire recusant, eoque more pessimum vitae exemplum praebent. Secundo reliquum etiam animae pabulum nimirum communionem corporis ac sanguinis Christi continet. Sic enim ea de re Dominus loquitur (Io. VI, 55. 56.): Caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere potus est. Qui carnem meam comedit et sanguinem meum bibit, is in me manet, et ego in illo. Itaque ut digne hoc cibo fruamur, hac petitione Deum veneramur, ut illum ipse pro gratia et erga genus humanum benevolentia sua nobis largiatur. Cujus utriusque quum participes alimenti fuerimus, tum in nobis coeleste Dei regnum habituri sumus (Luc.

1) Correxi vulg. θέλουν, quae vix potest defendi. Nam praes., quod maxime h. l. exspectatur, nunquam exit in —ουν, sed ut apud priscos in —ουσι. Imperf. vero interdum quidem illam terminationem admittit, sed fere in verbis contractis, adjecto augmento, quod in simplicibus certe verbis nunquam desideravi. 2) Addidi jota subscr., ut p. 127. Tenendum vero est, quae additur ad verb. θέλειν alius verbi forma, eam tum conj. esse tum per omnes numeros immutatam manere. Hic ita circumscribi futurum exactum, cuivis elucet.

κά.) τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐρανῶν. Ἔπειτα δὲ καὶ πάντα τὰ ἐπίκηρα καὶ φθαρτὰ, ὁποῦ χριάζεται ἡ σύνθεσις ἡμῶν, θέλουσι μᾶς δοθῇ ἀπὸ τὸν Θεὸν, ὡς (Ματθ. ζ'. λγ'.) προσθῆκαι, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεου καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Τρίτον εἰς τὴν προσευχὴν τούτην, εἰς τὸν λόγον, ὁποῦ λέγει· **τὸν ἄρτον**, περικρατοῦνται ὅλα, ὅσα εἶναι ἀναγκαῖα εἰς τὸ νὰ διατηρῶμεν τὴν ζωήν μας εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, τόσον τὰ ὅσα συμβάλλονται πρὸς τὴν τροφὴν, ὅσον καὶ διὰ τὰ ἄλλα, ὁποῦ χρειαζόμεθα, διὰ νὰ ζοῦμεν. Εἰς τὸ ὁποῖον πρέπει, νὰ προσέχῃ καθ' ἕνας, νὰ ζητᾷ τὰ ὅσα εἶναι αὐτάρκη καὶ δίκαια, καὶ ὄχι τὰ περιττὰ καὶ τῆς τροφῆς [1]), ὁποῦ εἶναι ἴδια τῆς ἀσωτείας καὶ γεννῶσιν ἁμαρτίαν· διὰ τὰ ὁποῖα (Ῥωμ. ιγ'. ιγ'.) λέγει ὁ Παῦλος· ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις [2]) καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ

XVII, 21.): Atque deinceps caduca corruptionique obnoxia quaevis, quae compositionis nostrae indigentia exigit, ultro nobis, mantissae loco, suppeditabit Deus, prout scriptum est (Matth. VII, 33.): Quaerite primum regnum Dei et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis. Tertio nomine **Panis** in hac petitione id omne comprehenditur, quod ad praesentem hanc in terris vitam commode sustentandam necessarium est; tam illud, quo nutrimur alimurque, quam quidquid praeterea ad vitam tuendam nobis opus est. Qua in re unusquisque id cavere debet, ut suffectura videlicet et aequa, non supervacua ac deliciarum voluptatumque instrumenta futura petat. Haec enim luxuriae propria sunt et flagitiis semina atque alimenta ministrant. De quibus ita Paulus (Rom. XIII, 13.): Sicut in die decenter ambulemus; non in comissationibus et ebrietatibus, non in cubilibus ac lasciviis. Et

---

1) Margo: τρυφῆς, quod interpres tenet. Sed vulg. stare potest, si genit. a voce περιττὰ pendere putamus ita: *non ea, quae supra alimenta sunt*, et *praeter ea*. Vulg. tenet etiam Frischius, ut ex ejus interpretatione patet: *und nicht was über die Nothdurft ist.* Paullo ante insignivi verb. ζητᾷ jot. subscr., ut qu. 21. recte scriptum est συγχωρᾷ. Adjeci etiam qu. 27. in verbo συμφωνᾷ, ut recte est qu. 31. μαρτυρᾷ. 2) Reddit quidem Frischius secundum Lutherum, monet vero: κώμ. giebt das Russische, *schändlich singen und schreyen beym Zechen.* Et ad talem libidinem pertinere κώμους, docuerunt etiam nostri ad illum locum interpretes, veluti Reiche in comm. ad Rom. epist. Tom. II. p. 459.

ἀσελγείαις· καὶ ἀλλαχοῦ· (ά. Τιμ. ς'. ή.) ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. Τὸ δὲ λεγόμενον, σήμερον, δηλοῖ τὸν παρόντα αἰῶνα, ἕως ὁποῦ νὰ ζῶμεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον· διατὶ εἰς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα ἀπολαύομεν αὐτὴν τὴν παρουσίαν ἢ θεωρίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς εὐφροσύνην.

alio loco (1 Tim. VI, 8.): Habentes autem alimenta et tegumenta, his contenti erimus. Quod autem dicitur hodie; id praesens hoc seculum designat, quamdiu in hoc mundo vivimus. Nam seculo venturo fruemur praesentia ipsa visuque Dei et orta inde laetitia.

Ἐρώτησις κ'.

Ποῖον εἶναι τὸ πέμπτον τὸ αἴτημα;

Ἀπ. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.

Quaestio XX.

Quaenam quinta est Petitio?

Resp. Et remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris.

Ἐρώτησις κά.

Τί περιέχει ἡ ζήτησις αὕτη εἰς ἑαυτήν;

Ἀπ. Ἐν πρώτοις ἡ ζήτησις αὕτη περιέχει εἰς ἑαυτήν, πῶς μετ' αὐτὴν παρακαλοῦμεν τὸν Θεόν, νὰ μᾶς δόσῃ συγχώρησιν τῶν ἁμαρτιῶν μας, ἐκείνων μάλιστα, ὁποῦ ἐκάμαμεν ὕστερα ἀπὸ τὸ ἅγιον βάπτισμα· εἴτε θανάσιμα νὰ εἶναι εἴτε μὴ θανάσιμα, μετὰ ὁποῖα ἐπαροξύναμεν τὸν Θεὸν ἢ τὸν πλησίον, ἢ μὲ τὸν λογισμὸν ἢ μὲ τὴν ἀπόφασιν τῆς ἁμαρτίας· ἢ μὲ τὸν λόγον ἢ καὶ μὲ τὸ ἔργον. Δεύτερον μὲ τὸ ζήτημα τοῦτο, ὁποῦ λέγομεν· ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν

Quaestio XXI.

Quid haec in se complectitur Petitio?

Resp. Principio Deum rogamus, ut criminum nostrorum nobis gratiam faciat, eorum maxime, quae post sacrum baptisma perpetravimus, sive mortalia sint sive non mortalia, quibus Deum proximumque offendimus, sive sola cogitatione sive plena intentione peccandi, sive dicto sive facto. Deinde, quando in hac petitione dicimus: remitte nobis, sicut et nos re-

τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, κάμνομεν τοὺς ἑαυτοὺς μᾶς χρεωφειλέτας, νὰ συγχωροῦμεν τῶν ἐχθρῶν μας. Ὅποιος λοιπὸν δὲν συγχωρᾷ τοῦ πλησίον του εἰς ἐκεῖνο, ὁποῦ τὸν ἔβλαψεν, ὁ τοιοῦτος εἰς μὰ τὴν κάμνει τὴν προσευχὴν ταύτην· ἐπειδὴ δὲν ἀφέονται τὰ ἁμαρτήματά του. Μάλιστα ἡ προσευχή του γίνεται εἰς ἁμαρτίαν, κατὰ τὸ εἰρημένον· (Ψαλ. ρθ΄.[1]) ζ.) καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν· καὶ τοῦτο μὲ δικαιοσύνην· διατὶ ἂν ἴσως καὶ ἡμεῖς δὲν θέλωμεν νὰ συγχωρήσωμεν τῶν ἀδελφῶν μας τὰ μικρότερα σφάλματα, ὁποῦ ἐκάμασιν εἰς παροξυσμὸν ἐδικόν μας· πῶς τὰ ἐδικά μας ἁμαρτήματα, ὁποῦ μὲ τρόπον ἀσύγκριτον ἐκάμαμεν εἰς τὸν Θεὸν, νὰ τὰ ἀφήσῃ ἐκεῖνος, τὸν ὁποῖον καθ' ἡμέραν καὶ ὥραν καὶ κάθα στιγμὴν τὸν παροξύνομεν; [2])

Ἐρώτησις κβ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕκτον ζήτημα;

Ἀπ. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.

Ἐρώτησις κγ΄.

Τί περικρατεῖται εἰς τοῦτο τὸ ζήτημα;

mittimus debitoribus nostris: eo ipso fidem nostram invicem obstringimus ad facile hostibus nostris ignoscendum. Qui igitur proximo suo non concedit, quidquid in ipsum deliquit: is nequidquam hanc petitionem usurpat, siquidem criminum suorum veniam non impetrat. Immo et ipsa ejus oratio illi in peccatum vertit, secundum illud (Psal. CIX, 7.): Oratio illius sit illi in peccatum. Sane merito. Quando enim nos leviusculas fratrum nostrorum noxias cum privata aliqua animi nostri offensiuncula admissas iis condonare nolumus: quo tandem pacto propria peccata nostra, quae modo minime comparando in Deum ipsum peccavimus, ille nobis remissurus sit, quem nos quotidie immo horis momentisque singulis ad iram provocamus?

Quaestio XXII.

Quaenam sexta est Petitio?

Resp. Et ne nos inducas in tentationem.

Quaestio XXIII.

Quid hac Petitione continetur?

---

1) Norm. ρή. 2) Nolui auctorem ita suimet immemorem fuisse, ut paullo ante scripserit παροξυσμὸν, nunc vero παροξίνομεν, quae Vulg. est; praesertim quum qu. 25. sequatur παροξύνει, et similia qu. 35, p. III. q. 11. et q. 45. Sunt etiam alia vocabula, quae posteriores Graeci inde fabricati sunt, in quibus omnibus vocal. υ reservatam videas.

Ἀπ. Ἐν πρώτοις παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν, νὰ εἴμεσθαν ἐλεύθεροι ἀπὸ ὅλους τοὺς πειρασμούς· καὶ ἂν δὲν εἶναι δυνατὸν, νὰ γίνεται ἀλλοιῶς, κἂν ἀπ' ἐκείνους τοὺς πειρασμοὺς, ὁποῦ περισσεύουσι ταῖς δύναμές μας, νά μᾶς ἐλευθερώνῃ ἡ χάρις του. Ἀπὸ τούτους ἄλλοι ἔρχονται ἀπὸ τὸν κόσμον, ἀπὸ τὸν διάβολον, ἀπὸ τὴν σάρκα, καί μᾶς παρακινοῦσι πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν· ἄλλοι ἀπὸ τοὺς τυράννους, ὁποῦ πολεμοῦσι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μὲ ψευτικαῖς διδαχαῖς, μὲ κολακείαις καὶ λόγια ἀπατηλὰ, μὲ θαύματα ψεύτικα, μὲ ὑπόσχεσες πλούτου καὶ δόξης καὶ τέλος πάντων μὲ τυραννίαις, θλίψεις καὶ ἀνάγκαις, μὲ δήμευσες καὶ ἁρπαγαῖς τῶν ὑπαρχόντων, μὲ ἀτιμίαις· τὰ ὁποῖα ὅλα εἰς ταῖς ἡμέραις μας τὰ δοκιμάζομεν. Ἀκόμι παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν εἰς τοῦτο τὸ ζήτημα, ἂν τύχῃ καὶ πάθωμεν καὶ διὰ μαρτύριον ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου, καὶ διὰ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, τὴν νύμφην του, καὶ διὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου του, νά μᾶς ἐνδυναμώσῃ μὲ τὴν χάριν του, νὰ ἠμπορέσωμεν νὰ ὑποφέρωμεν κραταιῶς καὶ ἀνδρείως τὰς βασάνους, ὁποῦ θέλουσί μᾶς δώσειν, μέχρι τέλους, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς νὰ ἀπολάβωμεν τὸν στέφανον τοῦ μαρτυρίου, καὶ νὰ μὴ συγχωρή-

Resp. Primo loco Deum oramus, ut immunes ab omnibus tentationibus simus, sin aliter fieri nequit, saltem ut iis per Dei gratiam liberemur, quae vires nostras excedunt. Harum aliae a mundo aliae a Diabolo aliae a propria carne nostra proficiscuntur et nos ad peccandum allectant. Rursus aliae quaedam a tyrannis incutiuntur, qui ecclesiam Dei sollicitant ac divexant per erroneas doctrinas, per fraudulentas blanditias atque fallacia verba, per ementita miracula, per ostentata opum et honorum auctoramenta, denique etiam per vim tyrannicam et afflictiones coactionesque, per publicationes bonorum, sectiones, raptus, per ignominiam et infamiam, quae omnia nostris temporibus plus satis experimur. Praeterea hac petitione Deum rogamus, si contingat, ut vitam et sanguinem pro sanctissimo ipsius nomine, pro sancta ecclesia, illius sponsa, pro veritate evangelii illius profundamus: uti tum gratia sua nos corroboret ac sustentet, quo cruciatuum saevitiam nobis intentatam mascule et constanter ad extremum usque halitum sustinere queamus atque in coelo coronam martyrii recipiamus; tum ut ne

σῃ, νὰ πάθωμεν τίποτες, ὁποῦ νὰ περισσεύῃ ταῖς δύναμές μας.

quid unquam nos perpeti sinat, quod viribus nostris majus graviusque sit.

Ἐρώτησις κδ'.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕβδομον ζήτημα;

Ἀπ. Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Quaestio XXIV.

Septima Petitio quaenam est?

Resp. **Sed libera nos a malo.**

Ἐρώτησις κέ.

Τίνα περιέχονται εἰς τοῦτο τὸ ζήτημα;

Ἀπ. Ἐν πρώτοις παρακαλοῦμεν, νὰ μᾶς φυλάττῃ ὁ Θεὸς ἀπὸ κάθα κακὸν, ἤγουν ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν καὶ πᾶσαν αἰσχρότητα, ὁποῦ παροξύνει τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἐκδίκησιν. Δεύτερον παρακαλοῦμεν, νὰ μᾶς δώσῃ χάριν, νὰ ἠμποροῦμεν νὰ φεύγωμεν τὸν θυμὸν τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· ὥστε (Ψαλ. ς'. ά. [1])) νὰ μὴ μᾶς ἐλέγξῃ μὲ τὸν θυμόν του, μήτε νά μᾶς παιδεύσῃ μὲ τὴν ὀργήν του διὰ τὰ ἁμαρτήματά μας· μὰ νὰ (Ψαλ. ϟέ. [2]) β'.) προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν αὐτῷ. Εἰς τὸ αὐτὸ ζήτημα πρέπει νὰ γροικοῦμεν, πῶς παρακαλοῦμεν, νὰ εἴμεσθαν ἐλεύθεροι καὶ ἀπὸ πᾶσαν ἄλ-

Quaestio XXV.

Quaenam sunt, quae hac Petitione continentur?

Resp. Principio Deum oramus, ut nos ab omni malo tueatur; nimirum a peccato omnique probro, quae indignationem Dei ad expetendam ultionem exstimulant. Secundo ut gratia sua nobis adsit, quo iram excandescentiamque ipsius evitare possimus, ut ne in furore suo arguat nos, neque in ira sua corripiat nos (Ps. VI, 2.) ob peccata nostra; verum ut praeoccupemus faciem ejus confessione, et Psalmis clangamus illi (Psal. XCV, 2.). Hac eadem precatione sciendum est, nos etiam precari, ut ex malis quibuslibet aliis, homini nato perpessu arduis et difficilibus, eripiamur; qualia

1) In nostris editt. non alter, qui in textu fuit (β') et in interpret., sed primus est versus. Quum vero in hebr. textu secundus sit, vers. numerum intactum reliqui. Pronom. pers. *μᾶς* per totum locum circumflexo ornavi, ut ineunte respons. *νὰ μᾶς φυλάττῃ* recte scriptum invenitur, post vero semper neglectum est. 2) Marg. Norm. ϟδ'.

λην κακίαν, ὁποῦ ὁ ἄνθρωπος ἔχει δυσκολίαν νὰ τὴν ὑποφέρῃ· ὡς ἂν εἶναι πεῖναι, θανατικὸν, πόλεμοι, φωτιὰ καὶ ἄλλα ὅμοια· τοῦτα ὅλα παρακαλοῦμεν τὴν φιλανθρωπίαν του, νὰ τὰ ἀποστρέψῃ ἀπ' ἡμᾶς. Εἰς τοῦτο ἀκόμι ζητοῦμεν, ὥστε εἰς τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου μας νὰ διώξῃ ἀφ' ἡμῶν πάντα πειρασμὸν τοῦ ἐχθροῦ τῆς ψυχῆς μας, καὶ νὰ μᾶς δώσῃ χάριν, νὰ ἀγωνιζώμεθα εὐσεβῶς καὶ ἀσφαλῶς ὑποκάτω εἰς τὴν σκέπην τῆς χάριτός του καὶ ὑποκάτω εἰς τὴν χειραγωγίαν τοῦ ἀγγέλου, ὁποῦ μᾶς φυλάττει· διατὶ μακάριος εἶναι ἐκεῖνος, ὁποῦ μὲ τοιοῦτον τρόπον ἀποθνήσκει. Διὰ τοῦτο ὅλοι χρεωστοῦμεν, νὰ παρακαλοῦμεν τὸν Θεὸν μὲ θερμότητα, νὰ μᾶς ἐλευθερώσῃ εἰς τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου μας ἀπὸ τοὺς πειρασμοὺς καὶ ἐπήρειας τοῦ δαίμονος. Καὶ τέλος πάντων, διὰ τῆς δεήσεως ταύτης παρακαλοῦμεν, νὰ λυτρωθοῦμεν ἀπὸ τὴν αἰώνιον κόλασιν τοῦ ᾅδου καὶ ἀπὸ τὸν πικρὸν διάβολον.

sunt annonae caritas, pestilentia, bella, incendia aliaque ejusdemmodi. Haec omnia ut a nobis Deus avertat, benignitatem illius comprecamur. Super haec petimus, ut, quandocunque animam acturi simus, omnes insultus Stygii animulae nostrae hostis a nobis propulset, et ut gratiam nobis largiatur, sub gratiae suae clypeo Angelique custodis praesidio ductuque pie ac tute decertandi; quippe qui ad illum modum de vita decedit, hic plane beatus est, Magnopere igitur necesse est, ut Deum omnes ardentissimo studio rogitemus, ut supremo illo tempore nostro nos e tentationibus atque vexationibus Daemonis eximat. Denique etiam hac petitione ab aeternis inferorum cruciatibus acerbissimoque Diabolo liberari petimus.

Ἐρώτησις κϛ'.

Ποῖον εἶναι τὸ τρίτον μέρος τῆς κυριακῆς ταύτης προσευχῆς;

Ἀπ. Οὗτος ὁ ἐπίλογος· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Quaestio XXVI.

Quod tertium Orationis Dominicae membrum est?

Resp. Epilogus hic: **Quoniam Tuum est regnum et potentia et gloria in secula. Amen.**

Ἐρώτησις κζ'.

Τί νὰ περιέχεται εἰς τοῦτον τὸν ἐπίλογον;

Ἀπ. *Δύο μέρη ἔχει οὗτος ὁ ἐπίλογος· τὸ πρῶτον συμφωνᾷ μὲ τὸ προοίμιον, διατὶ, καθὼς τὸ προοίμιόν μᾶς βεβαιώνει, πῶς θέλομεν ἀπολάβειν ἐκεῖνα, ὁποῦ θέλομεν ζητήσειν προσηκόντως ἀπὸ τὸν Θεὸν, ἐπειδὴ τὰ ζητοῦμεν*[1]) *ἀπὸ τὸν πατέρα μας· τέτοιας λογῆς μᾶς διδάσκει καὶ ὁ ἐπίλογος, πῶς θέλομεν ἀπολαβεῖν ὅσα ἐπαρακαλέσαμεν, ἐπειδὴ αὐτοῦ τοῦ πατρός μας εἶναι ὅλος ὁ κόσμος ἐκεῖνος, τὸν βασιλεύει, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις τοῦ ὑποτάσσεται· ἐκείνου εἶναι ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, εἰς τὴν ὁποῖαν οὐδένα πρᾶγμα ἠμπορεῖ νὰ ἀντισταθῇ, μήτι ἐν οὐρανοῖς μήτε ἐπὶ γῆς· λοιπὸν δυνατὸς εἶναι, νὰ κάμῃ ὅλα ὅσα, ὁποῦ τὸν ἐπαρακαλέσαμεν μὲ πίστιν καὶ ἐλπίδα· καὶ ὄχι διὰ ἄλλο πρᾶγμα, μόνον διὰ τὴν αΐδιον δόξαν τοῦ ἁγίου ὀνόματος αὐτοῦ, τὸ ὁποῖον περιέχεται εἰς τὸ μέρος τοῦτο, ὁποῦ λέγει· καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Τὸ δεύτερον μέρος τοῦ ἐπιλόγου εἶναι εἰς τὸν λόγον, ὁποῦ λέγει· ἀμήν· καὶ μὲ τοῦτο παρακαλοῦμεν, οὕτω*

Quaestio XXVII.

Quid hoc Epilogo continetur?

Resp. Epilogus hic bimembris est. Prius membrum prooemio probe convenit. Quippe ut prooemium ea nos in spe confirmat, impetraturos haud dubie esse, quae recte atque ut oportet a Deo petituri sumus, quando ea a Patre nostro petitum venimus: ita epilogus docet, quae optavimus vovimusque omnia, nos accepturos, quoniam ejusdem hujus Patris nostri mundus universus est. Ille mundi rex est. Illi res creatae omnes subjectae parent. Illius potentia et gloria est. Cui illius potentiae ac gloriae nihil neque in coelo neque in terra resistere valet. Potest igitur ille omnino effectum dare, quidquid in fide et spe ab illo petivimus. Idque non alius ullius rei caussa, quam ob aeternam sanctissimi nominis sui gloriam, quod his hujus membri verbis includitur: Et gloria in secula. Membrum posterius in verbo Amen inest, quo petimus, ut ita nobis eve-

1) E marg. arcessivi. Vulg. *ζητούμενα* non bene respondebat part. *ἐπειδή*. Quum sequatur praep. *ἀπὸ*, prima ejus vocalis avulsa per errorem ad antegressum vocabulum transiit.

νὰ γενοῦσιν ὅλα, καθὼς τὰ ἐπαρακαλέσαμεν, διατὶ μὲ πίστιν καὶ ἐλπίδα ἐπαρακαλέσαμεν κατὰ τὸ θέλημά του· καθὼς (ά. Ἰωαν. έ. ιδ΄.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· αὕτη ἐστιν ἡ παῤῥησία, ἣν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτι ἐάν τι αἰτώμεθα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν· καὶ ἐὰν οἴδαμεν, ὅτι ἀκούει ἡμῶν, ὃ ἐὰν αἰτώμεθα, οἴδαμεν, ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα, ἃ ᾐτήκαμεν παρ᾽ αὐτοῦ.

niant omnia, quemadmodum precati sumus: quippe in fide ac spe secundum voluntatem illius precati, prout Apostolus dicit (1 Io. V, 14.): Haec est fiducia, quam habemus erga Deum: ipsum, si quid petierimus, secundum voluntatem ejus nos audire: sin autem novimus, ipsum nos audire, ubi quidpiam petierimus, novimus, nos habere petitiones, quas ab eo petiimus.

Ἐρώτησις κή.

Ὁ ἐπίλογος οὗτος τάχα συμπλέκεται μὲ τὴν κυριακὴν προσευχήν;

Ἀπ. Ὁ ἴδιος Χριστὸς τελειώνωντας τὴν προσευχὴν, ὁποῦ μᾶς ἐδίδαξεν, εἶπε τὰ λόγια τοῦτα, καθὼς φαίνεται εἰς τὸν Ματθαῖον (κεφ. ς΄. ιγ΄.). Καὶ ἀκόμι ἡ ἔννοια τοῦ λόγου φανερώνει, πῶς τὰ λόγια τοῦτα δὲν εἶναι καθόλου ἐναντία εἰς τὴν κυριακὴν προσευχήν· μάλιστα μετ᾽ αὐτὰ γίνεται ἡ προσευχὴ βεβαιοτέρα· ἐπειδὴ ἐκεῖνον παρακαλοῦμεν, τοῦ ὁποίου ἡ δύναμις ἐξαπλοῦται εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ὅλα τὰ πράγματα τοῦ ὑποτάσσουνται. Μὰ ἂν οἱ κοσμικοὶ τὰ λόγια τοῦτα δὲν τὰ προφέρουσι, δὲν κωλύει τίποτε· διατὶ διὰ μεγαλητέρην ἐξουσίαν τῆς προσευχῆς ταύτης εἰς τὸν καιρὸν, ὁποῦ αἱ προσευχαὶ γίνονται δημοσίως ἀλλὰ

Quaestio XXVIII.

Estne vero hic epilogus connexus cum Oratione Dominica?

Resp. Ipse sane Christus, quam nos docuit, Orationem concludens, haecce verba usurpabat, ut ex Matthaeo apparet (VI, 13.). Tum et sententia ipsamet satis ostendit, haec verba minime repugnare Orationi Dominicae; immo vero iisdem orationem ipsam magnopere adstrui firmarique; siquidem illum nos Deum rogitamus, cujus potentia per orbem universum diffusa est, cuique res cunctae parent. Ceterum, quamquam verbis hisce abstinent homines saeculares; nihil tamen illud impedit aut vetat, quod, ad adstruendam majorem orationi huic auctoritatem in publicis ecclesiae precibus immo in privatis etiam, si clericus quispiam adest, is

καὶ ἰδίως, ὅταν εἶναι ἱερεὺς παρὼν, ἐκεῖνος τὰ προφέρει· μὲ ὅλον ὁποῦ [1]) λείποντος τοῦ ἱερέως, κατ' ἰδίαν, δὲν ἤθελεν ἁμάρτειν μήτε ὁ κοσμικὸς, ἂν τὰ ἤθελε προφέρειν· καθὼς καὶ τὸ λοιπὸν Εὐαγγέλιον. Διὰ τοῦτο δὲν πρέπει ποτὲ νὰ χωρίζουνται τὰ λόγια τοῦτα ἀπὸ τὴν κυριακὴν προσευχήν· διατὶ ὁ ἴδιος λογαριασμὸς δείχνει, πῶς μόνον διὰ τὴν ἐξουσίαν κατὰ τὸ πρόσταγμα τῆς ἐκκλησίας εἰς τὸν καιρὸν τῶν δημοσίων προσευχῶν ὁ ἱερεὺς τὰ προφέρει.

eadem pronunciat. Verumtamen ubi nemo de ordine sacerdotali praesto est, nihil peccaverit homo quilibet alius, si privatim ea protulerit; quemadmodum etiam si reliquum evangelium recitarit. Eamque ob caussam melius rectiusque fuerit, si nunquam ab oratione Dominica haec verba sejungantur. Facile enim eadem ipsa ratio ostendit, quod duntaxat majoris dignationis caussa, jussu ecclesiae, in publicis precibus eadem sacerdos proferat.

Ἐρώτησις κθ'.

Ἐπειδὴ καὶ οἱ μακαρισμοὶ συμβάλλονται πρὸς τὴν ἐλπίδα, ζητῶ, πόσοι νὰ εἶναι;

Ἀπ. Οἱ μακαρισμοὶ, ὁποῦ ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσημάδευσεν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, εἶναι (Ματθ. ε'. β'.) ἐννέα· τοῦτο καὶ ὁ ἱερὸς Χρυσόστομος τὸ ἑρμηνεύει εἰς τοῦτα τὰ λόγια· ὁ Μωϋσῆς μὲν δέκα ἐντολὰς δέδωκεν· Ἰησοῦς δὲ, ὁ τοῦ Μωϋσέως Κύριος, ἐννέα μακαρισμούς· καὶ κατωτέρω· ὁ νόμος δέκα ἐντολὰς ἔδωκεν·

Quaestio XXIX.

Quoniam et beatitudines ad spem affirmandam faciunt; quaeso te, quot sunt illae?

Resp. Beatitudines, quas in evangelio (Matth. V, 2.) designat Christus Dominus noster, novem numero sunt, quod et S. Chrysostomus hunc in modum interpretatur (Homilia in 1 Cor. XV, 28. T. III. 992. lat.): Moses decem Praecepta dedit, at Iesus, Mosis Dominus, novem beatitudines. Et aliquanto post: Lex decem

---

1) Margo conjicit, addendum esse τοῦτο, quod haud necessarium est. Ita enim locum interpretare: *Attamen* (praeterea μὲ ὅλον), *sacerdote non praesente* (ὅπου pleonast. additum, ut saepius), *ubi privatim oratio domini recitatur*, (breviter dictum est κατ' ἰδίαν), *nemo laicus peccaverit* (ἤδ. ἁμαρτάνειν, ut supra q. 19.), *si epilogi verba simul protulerit*. Aliter Frischius e Slavicis: Wenn aber irgends kein Priester da ist, darf sie auch die *Gemeine mitsprechen*.

Ἰησοῦς δὲ ἐννέα μακαριότητας, τριπλῇ τριάδι τὸν στέφανον ἑτοιμαζόμενος.

Praecepta dedit; Iesus autem novem beatitudines, triplici ternario coronam parans.

Ἐρώτησις λ'.

Ποῖος εἶναι ὁ πρῶτος μακαρισμός;

Ἀπ. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Quaestio XXX.

Quaenam prima beatitudo est?

Resp. Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum coelorum.

Ἐρώτησις λά.

Τίνα διδασκαλίαν περικρατεῖ εἰς ἑαυτὸν ὁ πρῶτος μακαρισμός;

Ἀπ. Διδάσκει διὰ τὰ πλούτη καὶ τοῦ κόσμου τὰ πράγματα· τὰ ὁποῖα ἂν τρέχουσι καὶ εἰς τινὰ πλουσίως ἀπὸ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ οὕτω πρέπει νὰ τὰ χρᾶται, ὡς ἂν νὰ μὴν ἦτον γνήσιος Κύριος εἰς αὐτὰ μὰ ὡς ἂν οἰκονόμος· μήτε μὲ περισσὴν ὄρεξιν τῆς καρδίας του νὰ φέρεται εἰς αὐτά· κατὰ τὸν ἱερὸν Ψάλτην τὸν λέγοντα· (Ψαλ. ξβ. ί. [1]) πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. Μάλιστα κατὰ τὴν παλαιὰν τελειότητα τῶν Χριστιανῶν δὲν πρέπει, νὰ ἔχωμεν κἂν ἕνα πρᾶγμα ἴδιον· μὰ ὅλα νὰ εἶναι κοινά, καθὼς οἱ πρῶτοι Χριστιανοὶ ἐκάμασι· διὰ τοὺς ὁποίους ἡ ἁγία

Quaestio XXXI.

Quam doctrinam prima beatitudo complectitur?

Resp. Agit de opibus rebusque mundanis, quae si affatim ac copiose ex Dei gratia ad quempiam affluunt; iis ille ita uti fruique debet, tanquam non proprius earum dominus ac possessor sed dispensator duntaxat esset. Neque nimia animi aviditate avaritiaque iis mancipatus tenebitur, monente sacro Psalte (Ps. LXII, 11.): Divitiae si affluunt, nolite cor apponere. Immo vero ad antiquam Christianorum perfectionem nihil quidquam proprium, verum omnia communia habere debeamus, more eorum Christianorum, qui nascentis ecclesiae exordio vivebant; de quibus ita te-

1) Vulg. ιά. Non correxi in vers., quum in hebr. v. 11. efficiant.

Γραφὴ (Πράξ. δ΄. λβ΄.) μαρτυρᾷ οὕτως· τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, καὶ οὐδ᾽ εἷς [1]) τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ᾽ ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά· καὶ κατωτέρω (στιχ. λδ΄.)· ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων· διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ, καθ᾽ ὅ, τι ἄν τις χρείαν εἶχε· καὶ πάλιν· (Πράξ. β΄. μδ΄.) πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά. Ἡ ἀρετὴ τούτη λέγεται πτωχεία ἐν πνεύματι· ζητεῖται μέντοι νὰ ἔχῃ καθ᾽ ἕνας ἀπὸ τὴν κοινότητα τὸ ἀρκετὸν εἰς τὴν ζωοτροφίαν καὶ ἐνδύματά του, μὲ τιμὴν καὶ ἰσότητα, χωρὶς ὑπερβολὴν καὶ μάταια στολίσματα κατὰ δικαίαν διάκρισιν. Εἰς τὴν ἀρετὴν τούτην φέρουσι τὰ πρῶτα οἱ ἀσκούμενοι καὶ μονάζοντες, οἱ ὁποῖοι δὲν πρέπει, νὰ φροντίζουσιν οὔτε τὸ ἀρκετὸν τῆς τροφῆς καὶ ἱματίων τους, μά, διὰ νὰ ἔχουσι μεγαλητέρην ἀνταμοιβὴν εἰς τοὺς οὐρανούς, πρέπει νὰ ὑποφέρουσιν ὅ, τι τοὺς λείπει ἀπ᾽ αὐτά, ἔχοντες πρὸ ὀφθαλμῶν τὰ λόγια τοῦ

stificatur Scriptura (Actor. IV, 32.): Multidudinis autem credentium erat cor unum et anima una; nec quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Et mox (versu 34.): Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quae vendita fuerant, et ponebant ante pedes Apostolorum. Distribuebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Et rursus (Actor. II, 44.): Omnes autem, qui credebant, erant conjuncti, et habebant omnia communia. Haec ipsa virtus paupertas spiritualis appellatur. Requiritur tamen, ut tantum quisque seorsim a communi habeat, quantum ad honestum et aequalem victum cultumque vitae justa aestimatione satis est, sine ullo excessu luxuque inanium ornamentorum. Virtutis hujus primas merito ferunt religiosi et monachi, qui de nulla re propria, ne quidem necessariis alimentis, vestibus suis solliciti esse debent; verum spe majoris in coelo aliquando consequendae mercedis, quidquid hujusmodi rerum ipsis deest, aequo animo tolerant [2]), ob

---

1) In N. T. οὐδὲ εἷς. Mox in voce τι delevi gravem accentum. Paulo post exstat in N. T. v. 35. καθότι. 2) Norm. *tolerabunt*, non male per futurum officium, quod illis praestandum est, significans.

Ἀποστόλου (ά. Κορ. δ'. ιά.) λέγοντος· ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν καὶ γυμνητεύομεν καὶ κολαφιζόμεθα καὶ ἀστατοῦμεν καὶ κοπιῶμεν ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί· λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν· ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. Διὰ τὴν τοιαύτην λοιπὸν ὑπομονὴν τάσσει ὁ Χριστὸς τὴν βασιλείαν του τὴν οὐράνιον.. Μὰ δὲν σφαλίζονται ἔξω ἀπὸ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον καὶ ἀπὸ τὴν σωτηρίαν ἐκεῖνοι, ὁποῦ ἔχουσι μὲ δίκαιον τρόπον κτήματα καὶ πλούτη, ὁπόταν τὰ χρῶνται καὶ δικαίως· ἐξοδιάζοντες τὰ [1]) δηλαδὴ εἰς ἀνάγκαις τῆς ἐκκλησίας, εἰς ἐλεημοσύναις τῶν πτωχῶν, τῶν ξένων, τῶν ἀσθενῶν καὶ λοιπῶν ἐνδεῶν ἀνθρώπων· καθὼς ἔκαμεν ὁ Ζακχαῖος, εἰπὼν ἐμπροσθᾶς εἰς τὸν Χριστὸν τὰ λόγια τοῦτα (Λουκ. ιθ'. ή.)· ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς· καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάν-

oculos habentes verba Apostoli (1 Cor. IV, 11.): Ad hanc horam usque et esurimus et sitimus et nudi incedimus et colaphis caedimur et incertis sedibus oberramus et propriis manibus operantes laboramus. Maledictis lacessiti bene precamur; persecutionem patientes sufferimus; conviciis lacerati obsecramus. Veluti purgamenta ac piacula mundi facti sumus omniumque rejectamentum usque ad hunc diem. Ob hujusmodi igitur tolerantiam regnum coeleste praemium proponit Christus. Verum enimvero non excluduntur a vita aeterna ac salute, qui innocenter justeque partas opes et divitias possident, si easdem juste itidem sancteque habeant; ita nimirum, ut in necessitates ecclesiae, in eleemosynas pauperum, peregrinorum, aegrotorum aliorumque egentium hominum pecunias suas expendant, prout fecit Zachaeus [2]), ad Christum ipsum in haec verba loquens (Luc. XIX, 8.): Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperi-

---

Hofmannus certe scribere debebat: *tolerent.* Frischius ad verba: *geziemet ihnen, geduldig zu ertragen*, quod testimonio est, in plerisque Slavicum textum Graeco consonare.

1) Norm. scribit: *ἐξοδιάζοντές τὰ*, Hofmann. *ἐξοδιάζοντές τα*, quasi artic. esset encliticus. Reddidi ei justum accentum e regula p. 110. tradita, ubi interpretes in contrarium peccarant. 2) Male in edit. Normi hoc loco omittitur comma poniturque post *ipsum*, quod non memorassem, nisi declararet, veteres vel contra textum intercisionis perquam incurios fuisse.

τησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. Ὅσοι δὲ ἀπὸ γαστριμαργίαν καὶ ἀσωτείαν ἔρχονται εἰς ἐσχάτην πενίαν, μὴν ἐλπίζουσι διὰ τούτην τὴν πτωχείαν κἂν ἕνα μισθὸν ἀπὸ τὸν Θεόν· μάλιστα ἂν μετανοήσουσι διὰ τὸν διασκορπισμὸν τῶν ὑπαρχόντων τους, καὶ τὴν ἄδικον οἰκονομίαν. Μὲ ὅλον τοῦτο δὲν πρέπει, οὔτε αὐτοὶ νὰ στερεύωνται ἀπὸ τὴν εὐσπλαγχνίαν τῶν ὀρθοδόξων· καὶ ἂν ἐπιστρέψουσιν εἰς τὴν κατάστασιν τῆς ἀρετῆς, δὲν θέλουσι χάσειν τὴν πλερωμήν τους.

bus; et si quid cuipiam per calumniam eripui, reddo quadruplum. Decoctores autem, qui helluationibus atque nepotinis sumtibus ad extremam mendicitatem redacti sunt, ob ejusmodi paupertatem nihil mercedis a Deo sperandum habent. Immo vero potius poenitentiam prodigae istius dilapidationis et injustae opum suarum dispensationis agant oportet. Neque ideo tamen piorum hominum misericordia orbandi sunt; quod si ad frugem virtutisque hujus habitum se receperint, nec mercede sua apud Deum defraudabantur.

Ἐρώτησις λβʹ.

Ποῖος εἶναι ὁ δεύτερος μακαρισμός;

Ἀπ. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

Quaestio XXXII.

Quaenam est secunda beatitudo?

Resp. Beati, qui lugent, quoniam consolationem accipient.

Ἐρώτησις λγʹ.

Τί διδάσκει ὁ μακαρισμὸς οὗτος;

Ἀπ. Ὁ μακαρισμὸς οὗτος διδάσκει πρῶτον, πῶς εἶναι μακάριοι ἐκεῖνοι οἱ ὀρθόδοξοι ἄνθρωποι, οἱ ὁποῖοι εἰς ὅλον τὸν καιρὸν τῆς ζωῆς τους πονοῦσιν εἰς τὴν καρδίαν καὶ κλαίουσι διὰ τὰ περασμένα τους ἁμαρτήματα, μὲ τὰ ὁποῖα ἐπ-

Quaestio XXXIII.

Quid haec beatitudo docet?

Resp. Primum illa docet, beatos eos ex fidelibus esse, qui toto vitae suae spatio corde dolent, lacrimasque oculis effundunt [1]), ob veteres vitae suae sordes ac noxias, queis Deum

1) Norm. *funditant*.

αροξύνασι τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον των, κατὰ τὰ λόγια τοῦ προφήτου (Ἱερ. ν'. δ'.) τοῦ λέγοντος· ἥξουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ αὐτοὶ, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰούδα ἐπὶ τὸ αὐτὸ βαδίζοντες καὶ κλαίοντες πορεύσονται, Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν ζητοῦντες. Ἀπὸ τὸν μακαρισμὸν τοῦτον δὲν μετέχουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐκεῖνοι, ὁποῦ κλαίουσι διὰ κοσμικὰ καὶ γήϊνα πάθη· ὡς οἱ κατάκριτοι, ὅταν δὲν κλαίουσι διὰ τὰ ἁμαρτήματά τους, μὰ διατὶ φοβοῦνται μάλιστα τὰς τιμωρίας, ὁποῦ χρεωστοῦσι νὰ πάθουσι, διὰ ταῖς κακουργίαις τους. Ἢ ἐκεῖνοι ὁποῦ χάνουσι τίποτε φθαρτὸν καὶ ἐπίκηρον πρᾶγμα, καὶ οἱ ὅμοιοι. Δεύτερον ὁ μακαρισμὸς οὗτος διδάσκει, πῶς εἶναι μακάριοι ἐκεῖνοι οἱ ἄνθρωποι, ὁποῦ τὸν Θεὸν ἱλάσκονται καὶ καλοσυνεύουσι μὲ τὴν κατάνυξιν καὶ δάκρυά τους, ὁποῦ χύνουσι διὰ τὰ ἁμαρτήματα τῶν πλησίον τους· παρακαλοῦντες τὸν Θεὸν, νὰ τοὺς δώσῃ μετάνοιαν· οἷον τοὺς αἱρετικοὺς νὰ ἐπιστρέψῃ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τοὺς ἀτάκτως ζῶντας νὰ ὁδηγήσῃ πρὸς διόρθωσιν τῆς ζωῆς τους. Τρίτον ὁ μακαρισμὸς οὗτος διδάσκει, πῶς εἶναι μακάριοι ἐκεῖνοι, ὁποῦ πάσχουσι θλίψιν ἀπὸ τοὺς μεγιστάνας τοῦ κόσμου καὶ δυνατωτέρους· ἔστωντας καὶ νὰ στερεύουνται ἀδίκως καὶ παραλόγως ἀπὸ τὰ καλά

proximumque offenderunt, secundum verba Prophetae (Ier. L, 4.): Venient filii Israëlis ipsi et filii Iudae, et coibunt in locum unum; ibunt autem flentes et Dominum, Deum suum, quaerentes. Nihil vero de hac beatitudine participant, qui ob miserias casusque mundanos ac terrenos lacrimantur. Veluti quum capite damnati non facinora sua lacrimis deplorant, sed ingenti pavore poenarum perculsi, quas ob scelera sua sufferre necesse habent. Aut qui caducum quidpiam et fatis obnoxium amissum lugent; aliique consimiles. Secundo docet haec beatitudo, beatos esse, qui vero animi moerore fusisque ob peccata proximorum suorum lacrimis Deum propitiant ac placant; atque ut resipiscendi gratiam illis concedat, orant. Nimirum ut haereticos ad communionem ecclesiae reducat; ut indecora vita foedos ac maculosos ad saniorem rectioremque vivendi rationem deducat. Tertio haec beatitudo beatos esse docet, qui oppressionibus et injuriis magnatum mundi praepotentiumque hominum exagitantur; nimirum qui praeter omne jus et fas

τους. Εἰς τὸ ὁποῖον ὅταν εὑρίσκουνται, δὲν πρέπει νὰ ἐπιθυμοῦσιν ἐκδίκησιν, μὰ μὲ τὴν πικρίαν τῆς καρδίας τους καὶ μετὰ πένθη προσευχόμενοι, νὰ ἱλάσκωνται τὸν Θεὸν, βάλλοντες ὅλην τους τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν πεποίθησιν εἰς τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ· τὴν ὁποῖαν καὶ ἀπολαύουσι μὲ παρηγορίαν· ὄντες ἀληθῶς ὀρθόδοξοι καὶ δεκτικοὶ [1]) τῆς θείας χάριτος. Εἰς τοῦτον ἀκόμι τὸν μακαρισμὸν περικρατοῦνται ἐκεῖνοι, ὁποῦ πάσχουσι θλίψεις διὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν καὶ διὰ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν· ὡς ἂν εἶναι ὅλοι οἱ μάρτυρες καὶ οἱ ὅμοιοι τούτοις.

bonis suis exuuntur. Quod quum experiri coguntur, non vindictam expetere atque exoptare sed cum acerbo luctu cordis sui atque moerore orantes Deum sibi propitiare debent, spe sua omni atque fiducia in misericordia Dei collocata, quam item multa cum consolatione accipient, quo ipso revera orthodoxi gratiaeque divinae participes sunt. Hac illi etiam beatitudine comprehenduntur, qui fidei orthodoxae et sanctae Ecclesiae caussa affliguntur [2]); ut Martyres omnes, et qui iis similes sunt.

Ἐρώτησις λδ'.

Ποῖος εἶναι ὁ τρίτος μακαρισμός;

Ἀπ. Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.

Quaestio XXXIV.

Quaenam tertia est beatitudo?

Resp. Beati mites, quoniam ipsi hereditatem terrae accipient.

Ἐρώτησις λε'.

Τί διδάσκει ὁ μακαρισμὸς οὗτος;

Ἀπ. Ὁ μακαρισμὸς οὗτος διδάσκει πρῶτον τὴν ἀρετὴν τῆς πρᾳότητος καὶ μετριότητος ἢ ὑπακοῆς, νὰ τὴν

Quaestio XXXV.

Quid haec docet beatitudo?

Resp. Docet haec beatitudo primum, ut virtutem mansuetudinis atque moderationis sive item obedientiae

---

1) Recepi e marg. quippe quod participationem melius exprimat, quam vulg. δεκτοί. Δεκτὸς enim est *gratus, acceptus*, apud seriores dicitur δεκτὸν, quidquid ratum est. At vero δεκτικοὶ dicuntur, *qui habiles sunt ad accipiendum, participes ipsi.* Sic etiam legitur p. I. qu. 21. p. 83. δεκτικοὶ τῆς θείας χάριτος. 2) Norm. *adflictantur.*

δίδωμεν εἰς τὸν Θεὸν, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, εἰς τοὺς μεγαλήτερούς μας μὲ ἐλευθερίαν καὶ θερμότητα χωρὶς τινος ἀναβολῆς· μιμούμενοι τὸν πρᾶον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν. Καὶ ἂν ὑποτασσώμεθα εἰς τοὺς μεγαλήτερούς μας, νὰ λογιάζωμεν, πῶς δίδωμεν τὴν ὑπακοὴν εἰς αὐτὸν τὸν ἴδιον Χριστόν· καὶ τὴν τιμὴν καὶ εὐλάβειαν, ὁποῦ δίδωμεν εἰς τοὺς πρεσβυτέρους μας, εἰς τὸν ἴδιον Χριστὸν τὴν ἀναφέρομεν. Δεύτερον διδάσκει ὁ μακαρισμὸς οὗτος, πῶς ἐκεῖνοι οἱ ἄνθρωποι εἶναι μακάριοι, ὁποῦ δὲν πειράζουσι κἂν ἕνα ἄνθρωπον, μήτε ἐκβάζουσι τινὰ ἀπὸ τὴν τιμήν του, οὔτε ὑβρίζουσιν οὔτε κατακρίνουσιν ἢ καταλαλοῦσι· μὰ κρατοῦσι τοὺς ἑαυτούς τους ταπεινοὺς πολλὰ, κατηγοροῦντες πάντοτε τὴν διαγωγήν τους, καὶ λέγοντες, πῶς εἶναι τὰ ἔργα τους μικρὰ καὶ ἀνάξια μάλιστα οὐτιδανά. Μὰ ἐκεῖνοι, ὁποῦ ἔχουσι χρέος, νὰ νουθετοῦσι τοὺς ἄλλους, ἂν εἰποῦσι καὶ κἂν ἕνα λόγον σκληρὸν πρὸς τὸν ἁμαρτήσαντα ἀπὸ τὴν θερμότητα τῆς καρδίας τους, ὄχι πρὸς ὕβριν ἢ ὀλιγωρίαν, μὰ πρὸς οἰκοδομὴν τοῦ πλησίον εἰς τὰ πνευματικά· οἱ τοιοῦτοι τοῦ μακαρισμοῦ δὲν ἐκπίπτουσι, μάλιστα

Deo, ecclesiae Christi nostrisque superioribus ingenua promtitudine ardentique studio, sine ulla cunctatione, deferamus, imitati mitissimum Dominum nostrum Iesum Christum. Atque ubi obsequium superioribus nostris praestamus, ut ita nobiscum statuamus, quod Christo ipsi hanc obedientiam exhibeamus, eumque honorem atque reverentiam, quam Presbyteris nostris tribuimus, ad Christum ipsum referamus. Secundo docet haec beatitudo, beatos esse, qui nulli prorsus homini molesti et graves sunt; qui neminem honore et bona existimatione sua spoliant, neminem contumelia adspergunt, neminem condemnant, aut per ora hominum traducunt; sed semet ipsos infimos ac postremos ducunt, vitam actionesque suas nunquam non culpant, bona opera sua minuta et vilia, immo etiam rejicula esse dictitant. Verum enimvero quibus[1]) alios admonere atque increpare ex officio necesse est: duriusculo aliquo verbulo prae acriore pectoris sui aestu peccatorem excipiunt: minime id quidem ad contumeliam proximi aut contemtionem, sed ad institutionem illius in spiritualibus; illi haudquaquam hac excidunt beatitudine, sed offi-

1) Norm. *queis*.

πληροῦσι τὸ χρέος τῶν κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Ἀποστόλου (Γαλ. ϛ΄. α΄.) λέγοντος· ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προσληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος· σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Καὶ ἂν εἰπῇ τινὰς, πῶς εἶναι ἀδύνατον νὰ κρατῆται ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ τὸν θυμόν του· ἀλλὰ πρέπει τὴν ὀργὴν καὶ τὴν ἀγανάκτησιν τοῦ θυμοῦ νὰ τὴν πέμπει ὄχι εἰς τὸν πλησίον του, μὰ εἰς τὸν διάβολον, ὁποῦ παρακινᾷ τὴν θέλησιν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὴν παροξύνει εἰς τὸ νὰ κάμῃ κάθα κακόν. Ἐκεῖνοι, ὁποῦ ἔχουσι τοιαύτην ἀρετὴν, κληρονομοῦσι τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· ἀπολαύοντες εἰς τὴν ζωὴν ταύτην πλουσίας εὐεργεσίας ἐκ Θεοῦ, καὶ εἰς τὴν μέλλουσαν ἀναμένοντες νὰ ἀπολαύσουσιν αἰώνιον ἀγαλλίασιν, καὶ τὰ ἀγαθὰ τοῦ Κυρίου, κατὰ τὴν Γραφὴν (Ψαλ. κζ΄.[1]) ιγ΄.) τὴν λέγουσαν· πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων.

cium suum implent, secundum doctrinam Apostoli (Gal. VI, 1.): Fratres, etiamsi praeoccupatus aliquo lapsu homo fuerit; vos qui spirituales estis, instaurate ejusmodi hominem, in spiritu lenitatis, circumspiciens temet ipsum, ne forte et tu tenteris. Quod si dicat fortasse quispiam, fieri vix ac ne vix quidem posse, ut ita irae suae homo mortalis moderetur; atqui aequum fuerit, ut hanc stomachi sui excandescentiam iracundiamque non in proximum suum effundat, sed in Diabolum, qui voluntatem hominis ad quodvis designandum facinus movet atque instigat. Qui igitur hac virtute instructi sunt, hereditatem terrae promissae adibunt, hac in vita uberrimum divinorum beneficiorum fructum percepturi, spemque indubiam foventes, in vita futura aeterna se laetitia bonisque Domini perfruituros, secundum Scripturam, quae dicit (Psal. XXVII, 13.): Credo me visurum bona Domini in terra viventium.

Ἐρώτησις λϛ΄.

Ποῖος εἶναι ὁ τέταρτος μακαρισμός;

Ἀπ. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες

Quaestio XXXVI.

Quaenam quarta beatitudo est?

Resp. Beati, qui esuriunt et sitiunt ju-

1) Norm. κϛ΄, aliter atque in nostris LXX. editt., quae hoc loco cum hebraicis conveniunt.

τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.

stitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Ἐρώτησις λζ´.

Τί διδάσκει ὁ μακαρισμὸς οὗτος;

Quaestio XXXVII.

Quidnam haec beatitudo docet?

Ἀπ. Πῶς ἐκεῖνοι οἱ ἄνθρωποι εἶναι μακάριοι, οἱ ὁποῖοι ἔστωντας νὰ εἶναι ἀδικημένοι, δὲν ἠμποροῦσι νὰ εὑροῦσι τὸ δίκαιόν τους εἰς κἂν ἕνα κριτήριον, ἢ διὰ τὸ σέβας των, ἢ διὰ πτωχείαν, ἢ ἀνεπιτηδειότητα [1]), ἢ ξενητείαν, ἢ διὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἀντιδίκου των, ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἄδικον. Καὶ εἰς τοῦτο πρέπει νὰ προσέχουσιν εἰς τὰς συνειδήσεις τους ἐκεῖνοι, ὁποῦ εἶναι προεστοὶ εἰς τὰ κριτήρια καὶ ἔχουσιν τὴν ἐξουσίαν, νὰ κρίνουσιν τὰς δίκας τῶν ἀνθρώπων· νὰ μὴ θλίβωνται οἱ πτωχοὶ, αἱ χῆραι, καὶ τὰ ὀρφανὰ, μὲ νόμους ἀδίκους καὶ παραλόγους. Πρὸς τούτους λαλεῖ ἡ Γραφὴ (Ἡσ. ά. ιζ.) λέγουσα· μάθετε καλὸν ποιεῖν· ἐκζητήσατε κρίσιν· ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν. Τὸ ὁποῖον ἂν δὲν κάμουσιν, οἱ μὲν ἀδικούμενοι πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην θέλου-

Resp. Beatos esse, qui injuria laesi nullo in foro praetorioque jus suum obtinere possunt, sive ob pietatem religionemque suam, sive paupertatem, sive quod morbo inhabiles sunt, sive quod peregre agunt, sive ob potentiam adversarii aliamve quamcunque injustam caussam. Quocirca perstudiose conscientiis suis consulere debebunt, qui juri dicundo praefecti sunt, caussasque forenses [2]) cognoscendi dijudicandique potestatem habent; ut ne iniquis injustisque legibus pauperes, viduae et pupilli opprimantur. Quos hunc in modum affatur Scriptura (Ies. I, 17.): Discite facere bonum, exquirite judicium, eripite injuria adfectum, jus orphano dicite, viduae jus suum asserite. Id vero officium suum si neglexerint: tum qui injuria oppressi justitiam esuriunt ac sitiunt, beatitudinis

---

1) Scripsi ita, suadente marg. pro vulg. *ἂν ἐπιτηδειότητα*, quae inepta est. *Ἀνεπιτήδειον δικαστήριον* dicitur in Basilicis de *judicio incompetente;* est igitur h. l. substant. illud maxime accommodatum, *de statu, quo aliquis ob fori incompetentiam jure destitutus est.*
2) Norm. *forenseis.*

σιν ἀπολαύσειν τὴν μακαριότητα. Πρὸς δὲ τοὺς κριτὰς ὁ Θεὸς ὀργισθήσεται· φησὶ γὰρ (Ψαλ. ἰ. ιζ.) ἡ Γραφή· τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσας [1]), Κύριε, τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου, κρῖναι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ· ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι τοῦ μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς.

hujus compotes erunt. Deus autem judicibus illis gravissime succensebit. Dicit enim Scriptura (Psal. X, 17.): Desiderium pauperum exaudisti Domine, praeparationi cordis eorum attendit auris tua ad judicandum pupillo et humili, ut ne ulterius pergat jactare sese homo super terram.

Ἐρώτησις λη'.

Ποῖος εἶναι ὁ πέμπτος μακαρισμός;

Ἀπ. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

Quaestio XXXVIII.

Quaenam quinta beatitudo est?

Resp. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Ἐρώτησις λθ'.

Τί διδάσκει ὁ μακαρισμὸς οὗτος;

Ἀπ. Διδάσκει πῶς εἶναι μακάριοι ἐκεῖνοι οἱ ἄνθρωποι, ὁποῦ κάμουσι τὰ ἔργα τῆς ἐλεημοσύνης καὶ φιλανθρωπίας.

Quaestio XXXIX.

Quidnam docet haec beatitudo?

Resp. Beatos esse docet homines, qui officia misericordiae atque humanitatis praestant.

Ἐρώτησις μ'.

Ποῖα εἶναι τὰ ἔργα τῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Τὰ ἔργα τῆς ἐλεημοσύνης εἶναι διττά· ἄλλα, ὁποῦ στοχάζουνται τὸ σῶμα, καὶ ἄλλα, ὁποῦ ἀπο-

Quaestio XL.

Quaenam Misericordiae officia sunt?

Resp. Officia Misericordiae duplicia sunt. Alia ad corpus spectant,

---

1) In textu LXX. εἰσήκουσε, Κύριος, τὴν ἑτοιμασίαν etc. Omittit etiam illud τοῦ post voculam ἔτι. Inducit Norm. etiam hunc vers. numeris (θ'. ιή.) a nostris editt. alienis, quibuscum consentiunt Hebr.

βλέπουσιν εἰς τὴν ψυχήν· (Θεοφυλ. εἰς τὸ κέ. κεφαλ. τοῦ κατὰ Ματθαῖον.)

alia animam. (Theophylact. in capite XXV. Matthaei p. 112.) [1]).

Ἐρώτησις μά.

Πόσα εἶναι τὰ ἔργα τῆς φιλανθρωπίας· ὁποῦ στοχάζουνται εἰς τὸ σῶμα;

Ἀπ. Ἑπτά· τὸ πρῶτον εἶναι νὰ δίδῃ τινὰς εἰς τὸν πειvασμένον φαγεῖν· καθὼς ὁ Χριστὸς (Ματθ. κέ. λέ.) εἶπεν· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἤγουν εἰς πτωχοὺς καὶ ἀδυνάτους, ὁποῦ δὲν ἠμποροῦσι μὲ τὸν ἴδιόν τους κόπον νὰ τρέφουσι· [2]) *καὶ τοῦτο πρέπει νὰ δίδεται ἀπὸ τὰ καλὰ ἐκεῖνα, ὁποῦ θέλει ἀποκτήσειν τινὰς μὲ τὴν τιμήν του, μὲ τὸν ἴδιον καὶ δίκαιόν του κόπον, κατὰ τὴν Γραφὴν (Παροιμ. γ΄. θ΄.) τὴν λέγουσαν· τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης. Καὶ δὲν πρέπει νὰ δίδεται μόνον ἡ ἐλεημοσύνη εἰς ἐκείνους τοὺς πτωχοὺς, ὁποῦ συνεχῶς παρακαλοῦσιν εἰς τὸ δημόσιον, ἢ εἰς*

Quaestio XLI.

Quot illa humanitatis opera sunt, quae ad corpus pertinent?

Resp. Septem. Primum, ut esurienti cibaria praebeas, prout Christus ipse ait (Matth. XXV, 35.): Esurivi enim, et dedistis mihi edere; nimirum egentibus, et qui suo sibi labore alimenta suppeditare nequeunt. Quod officium ex iis bonis praestandum est, quae decore et honeste, quaeve proprio atque justo labore suo parta quispiam habet, docente Scriptura (Proverb. III, 9.): Honora Dominum de justis laboribus tuis, et primitias offer illi ex justis fructibus tuis. Eleemosyna autem non solum iis pauperibus danda est, qui assidue in publico mendicant, aut illis, qui in valetudinariis publicis jacent;

---

1) In edit. supra laud. p. 141. Obiter tantum illa ab hoc auctore magni aestimata divisio a Theophylacto instituitur his verbis: *ἀλλὰ σὺ φεῦγε τὸ ἄσπλαγχνον καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἐργάζου, καὶ αἰσθητῶς μὲν, πλὴν ἀλλὰ καὶ πνευματικῶς.* Enumeravit vero cat. auctor sex priora haec officia e loco Matth. XXV. v. 35., de quo Theoph. commentatus est; ultimum de suo adjecit. 2) Conjicit marg. *τρεφθοῦσι*, quae forma conj. (qu. 42. extr.) non necessaria est. Constat, verb. *τρέφειν* act. habere apud antiquissimos notionem etiam neutr. *se sustentare* et *crescere;* et quis nescit, apud infimos auctores emergere antiquissima et vel poëtica? Mutavi vero accentum male ita positum: *τρεφοῦσι.*

ἐκείνους, ὁποῦ κείτονται εἰς τὰ ξενοδοχεῖα· μὰ ἀκόμι καὶ εἰς ἐκείνους, ὁποῦ διὰ τὴν ἐντροπήν τους δὲν ἠμποροῦσι νὰ ζητοῦσιν ἐλεημοσύνην· μὰ μὲ προσοχὴν, νὰ μὴ γνωρισθῇ τὸ ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης εἰς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, διὰ νὰ κηρυχθῇ καὶ νὰ ἐπαινεθῇ· καθὼς ὁ Χριστὸς (Ματθ. ς'. β'.) λέγει· ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ἀμὴν ἀμὴν [1]) λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

verum iis etiam, qui prae verecundia stipem corrogare nequeunt. Ceterum cavendum, ne ad aures aliorum hominum eleemosyna nostra dimanet, ut laudem ac celebrationem inveniat, quemadmodum Christus dicit (Matth. VI, 2.): Itaque quum eleemosynam facis, ne tuba canas ante te, quemadmodum hypocritae faciunt in synagogis et in plateis, ut gloriam ab hominibus accipiant. Amen, amen, dico vobis, habent illi mercedem suam.

Ἐρώτησις μβ'.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης;

Quaestio XLII.

Quodnam secundum misericordiae opus est?

Ἀπ. Νὰ ποτίσῃ τινὰς τὸν διψασμένον· ἤγουν ἐκεῖνον, ὁποῦ διὰ τὴν πενίαν καὶ ἀσθένειάν του δὲν ἠμπορεῖ νὰ ἔχει νὰ σβήσῃ τὴν δίψαν του· εἰς τὸν ὁποῖον λόγον περισφαλίζεται κάθα εἶδος ποτοῦ εἰς καιρὸν δίψης· τὴν ὁποίαν ἂν θεραπεύσῃ τινὰς μὲ ἕνα ποτήριον ὕδατος ψυχροῦ εἰς ἕνα τοῦ [2]) διψῶντα, θέλει ἀποκτήσειν τὴν μακαριότητα κατὰ τὰ λόγια τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν,

Resp. Ut potum sitienti quis praebeat, illi videlicet, cui ob inopiam corporisque invaletudinem non suppetit, quo sitim suam restinguat. Quo verbo omne potulentorum genus continetur, interea dum sitis urget. Quam si quis vel uno gelidae aquae haustu illi, qui aquam sitit, relevet; hanc consecuturus est beatitudinem, secundum verba Servatoris nostri ita in Scriptu-

1) Duplicatam vocem in N. T. non reperio. 2) Non opus est admittere conj. marg. τόν. Ille genit. spectat ad ὕδωρ, regiturque a verb. διψῶντα, quod et apud Herodot. genit. habet: διψῆν ὑδάτων μάλιστα. In loco ex Marco citato nota lectionis diversitatem. Norm. vers. citat litera μ'., sed in Germanicis et Batavis edit. vers. est 41.

ὁποῦ λέγει εἰς τὴν Γραφὴν (Μαρκ. θ'. μά.)· ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστὲ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. Εἰς τοῦτο περικλείονται ὅλαις αἱ δούλευσες, ὁποῦ νὰ κάμῃ τινὰς εἰς τοὺς πτωχοὺς καὶ ἀδυνάτους, μὲ ὅ, τι τρόπον ταῖς κάμῃ· οἱ ὁποῖοι ἀδύνατοι δὲν ἠμποροῦσι νὰ βοηθηθοῦσιν ἀπὸ κόπον ἢ τέχνην ἰδικήν τους.

Ἐρώτησις μγ'.

Ποῖον εἶναι τὸ τρίτον ἔργον τῆς φιλανθρωπίας;

Ἀπ. Νὰ ἐνδύσῃ τινὰς τὸν γυμνόν. Τὸν μακαρισμὸν τοῦτον ἐκεῖνοι ἀποκτῶσιν, οἱ ὁποῖοι φιλανθρωπευσάμενοι εἰς τὸν πλησίον τους βοηθοῦσι τῆς χρείας του, ἐνδύνοντες τὴν γυμνότητά του. Εἰς τοῦτο ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς θέλει ἀνταποδώσειν τὴν πλερωμὴν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως (Ματθ. κέ. λδ'.) λέγων· δεῦτε [1]) οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Εἰς τοῦτο περικλείονται ὄχι μόνον ἐκεῖνοι, ὁποῦ εἶναι ὅλοι γυμνοὶ, μὰ ἐκεῖνοι, ὁποῦ ἂν ἔχουσι καὶ ροῦχον, δὲν τοὺς φθάνει νὰ διώκουσι τὴν ψυχρὰν, ἢ καὶ ἀλλοιῶς βασα-

ra loquentis (Marc. IX, 41.): Quisquis potandum vobis dederit poculum aquae in nomine meo, eo quod Christi estis: amen dico vobis, nequaquam amissurus est mercedem suam. Hoc officio includuntur omnia ea officia et ministeria, quae quocunque tandem modo quis pauperibus et imbecillis praestat, puta, qui opere diurno artisque suae quaestu famen sitimque propulsare non queunt.

Quaestio XLIII.

Quodnam tertium humanitatis officium est?

Resp. Ut nudos vestiat. Hanc beatitudinem illi sibi comparant, qui prolixa erga proximum suum benevolentia necessitatibus illius subveniunt, ejusque nuditatem veste operiunt. Cujus rei mercedem die judicii redditurus est Christus dicturusque (Matth. XXV, 34.): Venite benedicti patris mei, et hereditario jure possidete praeparatum vobis regnum ab exordio mundi. Hic [2]) vero non illi soli comprehenduntur, qui prorsus nudi veste sunt, verum etiam, qui tunica quidem utcunque amicti sunt, sed ejusmodi, quae frigus defendere nequeat; aut alioqui duriore

1) Vulg. δεῦτε. 2) Norm. *heic*.

νίζονται, καὶ μετὰ βίας σωτηρεύονται ἀπὸ τὸ λείψιμον τῶν ῥούχων. Διατὶ ὁμοίως καὶ εἰς τοὺς τοιούτους πρέπει νὰ δείχνῃ ὁ ἐλεήμων ἄνθρωπος κάποιον ἔργον φιλανθρωπίας, δίδωντάς τους τίποτες ὠφέλιμον πρὸς τὸ νὰ ἀντιπαλαίουσιν εἰς ταῖς ψυχραῖς τοῦ καιροῦ.

quapiam fortuna conflictantur, summaque difficultate prae vestium penuria se sustentant. In quos similiter homo misericors aliquod humanitatis officium conferet; suppeditando illis quidquam idoneum ad sustinendam vim frigidioris tempestatis.

Ἐρώτησις μδ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ τέταρτον ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ ὑπαγένῃ τινὰς νὰ ἐπισκέπτεται τὸν φυλακημένον [1]· τοῦτο τὸ ἔργον δὲν χρεωστεῖ νὰ ἐρευνᾷ τὴν ἀφορμὴν, διὰ τὴν ὁποῖαν τινὰς ἐφυλακώθηκεν, ἢ τὸ πρόσωπον τὸ φυλακωμένον· διατὶ ὅ, τι λογῆς πρόσωπον καὶ ἂν εἶναι, καὶ διὰ ὁποιαν ἄσχημην κακουργίαν νὰ εὑρίσκεται εἰς τὰ δεσμὰ, διὰ τὸν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν εἴμεσθαν χρεωφειλέται, νὰ ὑπαγένωμεν, νὰ τὸν ἐπισκεπτώμεσθα, καὶ νὰ τὸν παρηγοροῦμεν, διὰ νὰ μὴν πέσῃ εἰς ἀπόγνωσιν.

Quaestio XLIV.

Quodnam quartum misericordiae officium est?

Resp. Ut in carcere vinctum quispiam visat. Quo in opere non anxie anquirendum est, quo suo merito quisquam in vincula conjectus sit, nec quid hominis sit, qui in custodiam traditus est. Cuicuimodi enim ille homo est, et ob quamlibet turpe facinus in carcerem conjectus; nihilominus propter Christum Dominum nostrum hoc illi officium debemus, ut visitandi consolandique caussa illum adeamus, ne in desperationem prolabatur.

Ἐρώτησις μέ.

Ποῖον εἶναι τὸ πέμπτον ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ ὑπαγένῃ τινὰς νὰ ἐπισκέπτεται τοὺς ἀῤ-

Quaestio XLV.

Quodnam quintum misericordiae officium est?

Resp. Ut infirmos visum eat. Quod officium si-

1) Sic lego e marg., quae vel illam formam vel φυλακωμένην praeferri vulgatae: φυλακειμένον jussit. Haec enim vix stare potest, nisi forte quis eam conflatam vocem putat esse ex φυλακῇ et κεῖμαι. Nos putamus de verb. φυλακεῖν cogitandum esse, quod jam Concil. Chalced. 10. legitur, et in part., rejecto augmento, ut in textu est, ita scribatur oportet.

ῥώστους. Τοῦτο τὸ ἔργον πρέπει νὰ γίναται χωρὶς νὰ ἐξετάζῃ τινὰς, ἂν εἶναι ὁ ἄῤῥωστος συγγενὴς ἢ συνανάτροφός [1]) του. Διατὶ κάθα πρόσωπον, ὁποῦ νὰ ἀσθενήσῃ, καὶ μάλιστα εἰς τὸ ξενοδοχεῖον ἢ εἰς τὴν ἀγορὰν, ὁποῦ νὰ μὴν τὸν γνωρίζῃ καὶ τινὰς, χρεωστεῖ νὰ τὸν ἐπισκέπτεται μὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Πρῶτον, νὰ τὸν παρηγορᾷ διὰ στόματος συμπονῶντας εἰς τὴν θλίψιν του ἀπὸ καρδίας. Δεύτερον, νὰ νουθετᾷ τὸν ἄῤῥωστον, νὰ ὑποφέρῃ μὲ ὑπομονητικὴν καρδίαν τὴν τοιαύτην του θλίψιν· καὶ νὰ μὴν σικώνῃ μὲ λύπην τῆς καρδίας του τούτην τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπίσκεψιν, νὰ μὴν γογγύσῃ, μάλιστα μὲ γλῶσσαν καὶ καρδίαν νὰ εὐλογᾷ [2]) τὸν Θεὸν, ὁποῦ δείχνει εἰς ἐκεῖνον τοιαύτην [3]) τὴν θέλησίν του, καὶ νὰ ἀποθέτῃ τὴν ἐλπίδα του βεβαίαν εἰς τὴν φιλανθρωπίαν του, πῶς θέλει τὸν ἰατρεύσει· καὶ πρὸς τούτοις νὰ τὸν παρακινήσῃ, νὰ ἐξομολογηθῇ μὲ συντριβὴν καὶ κατάνυξιν τῆς καρδίας του, διὰ τὰ ἁμαρτήματα, ὁποῦ ἔκαμεν ὡς ἄνθρωπος, καὶ

ne ulla hujusmodi disquisitione faciendum est, sitne ille qui aegrotat visenti propinquus aut contubernalis aut amicus aut collega. Debet enim unumquemque morbo laborantem, inprimis si in valetudinario publico aut in foro cubat, tametsi prorsus ignotum, hoc modo invisere. Primum affatu suo aegrum consolabitur, tristique ipsius statu toto sese pectore commoveri ac dolere ostendet. Tum hominem cohortabitur, ut composito ad patientiam animo hujusmodi aerumnas suas moderate toleret; ut hanc Dei visitationem sine aegritudine cordis, sine murmuratione ferat. Quin potius ut ore atque pectore Deo gratias agat, qui hoc indicio propitiae suae erga ipsum voluntatis utatur; utque firmam in clementia Dei, quod sanare ipsum velit, spem reponat. Hinc illi auctor erit edendae moesto confectoque doloribus corde confessionis suorum criminum, quae ut homo in se admiserat [4]): re-

---

1) i. e. qui simul educatus et nutritus est. Nolo cedere marg. conj. σύντροφος, quod quidem vocabulum quamquam saepius occurrit p. I. q. 116. p. 195., tamen illud non contemnendum est. 2) Adjeci jot. subscr. ut supra in verbo νουθετᾷ reperi. 3) Ita scribit Norm. significantius, quam quod habet Hofm. τούτην. 4) Non probo Hofm., quam fecit, emendationem, quum pro *admis.* scripserit *commiserat*, quod male cum adnexis: *in se* consonat. Non enim de internis peccatis agitur, sed de vere patratis.

νὰ παραλάβῃ τὰ ἄχραντα μυστήρια, νὰ κάμῃ εὐχέλαιον κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς ἐκκλησίας. Διατὶ τὰ μυστήρια τοῦτα δὲν ὠφελοῦσι μόνον εἰς τὴν σωτηρίαν τῶν ψυχῶν κατὰ πολλὰ, μὰ καὶ εἰς τὴν ὑγείαν τοῦ σώματος. Νὰ κάμῃ προσευχὰς εἰς τὸν Θεὸν συνεχεῖς· νὰ τὸν συστέσῃ καὶ εἰς τὰς δημοσίας δεήσεις ὅλης τῆς ἐκκλησίας. Μάλιστα ὁπόταν ἐκεῖνος διὰ τὴν πτωχίαν του δὲν ἠμπορεῖ νὰ φανερώσῃ τὴν ἀσθένειάν του εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τότε πρέπει ὁ ἐλεήμων ἄνθρωπος, νὰ κράξῃ τὸν πνευματικόν του, νὰ κάμῃ τὸ χρειαζόμενον εἰς αὐτόν. Καὶ τέλος πάντων νὰ νουθετήσῃ τὸν ἀσθενῆ, νὰ μὴν τύχῃ καὶ πέσει εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τέχναις [1]) ἐμποδισμέναις ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν, ἤγουν νὰ μὴν [2]) θέλῃ νὰ προμηθεύσῃ τὴν ὑγείαν του μὲ μαντείαις καὶ συμφωνίαις μὲ τὸν διάβολον, ὁποῦ μετ' αὐτὰ μάλιστα φαρμακεύεται, παρὰ ὁποῦ σωτηρεύεται· μὰ νὰ βάλῃ ὅλον του τὸ θάῤῥος καὶ τὴν ἐλπίδα εἰς τὴν ἐλεημοσύνην τοῦ Θεοῦ· καὶ νὰ πάρῃ τὰ ἰατρικὰ ἐκεῖνα, ὁποῦ τοῦ κάμνουσιν οἱ ἰατροὶ οἱ ἐπι-

cipiendique sanctissima eucharistiae mysteria oleumque consecratum de more ecclesiae, quoniam ea mysteria non solum salutem animae multimodis promoveant, sed et sanitatem corporis. Porro assiduas ad Deum pro eo preces fundet, atque etiam publicis totius Ecclesiae precibus illum commendabit. Immo vero si aeger ob rei familiaris angustias morbum suum Ecclesiae indicare nequit, tum pii misericordisque hominis est, patrem suum spiritualem advocare, qui necessarium expiationis officium illi rite exhibeat. Super haec denique aegrum sedulo admonebit, ut ne in superstitiones vetitasque ab Ecclesia artes incidat, hoc est, ne valetudinem sibi procuratum eat magicis quibusdam carminibus pactisque cum Diabolo institutis, per quae multo plus noxii veneni hausturus quam sanitatis sibi allaturus sit. Verum e contrario, ut fiduciam suam omnem et spem unice in Dei misericordia reponat eaque usurpet medicamenta, quae a peritis medicis ipsi parata

---

1) Necessarium duxi, additum marg. καὶ τέχναις locum cedere in textu. Sin minus, non habebit part. ἐμποδ., quo referatur Frischius brevius: *dass er nicht etwan auf Aberglauben gerathe, welche von der Kirche verboten.* 2) Adjeci e marg. μὴν, negat. enim sententia quum exponatur, in ipsa hac expositione repetatur negat. necesse est.

στήμονες. Ἡ ἐπίσκεψις αὕτη τῶν ἀσθενῶν κάμει μακαρίους τοὺς ἀνθρώπους, ὁποῦ τὴν κάνουσιν καὶ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον καὶ εἰς τοὺς οὐρανούς. Μὰ ἂν ἴσως καὶ τινὰς ἀσθενὴς θέλει ἔχει λοιμικὴν ἀσθένειαν καὶ μάλιστα πανοῦκλαν, τότε ἂν κάμῃ τὸ ἔργον τοῦτο μὲ φύλαξιν τῆς ζωῆς του μὲ πρόσωπα ἐπιτήδεια πρὸς τοῦτο τὸ ἔργον, ὁποῦ κυβερνοῦσι ταῖς τοιαύταις ἀσθένειαις χωρὶς βλάψιμόν τους.

fuerint. Hujusmodi aegrotorum visitatio, homines illam factitantes, tum hoc in mundo tum in coelo beatos reddit. Ceterum quando contagiosa quadam lue aut ipsamet peste infectus aeger est, tum hoc officium suum homo pius ita obeat, ut, justa vitae suae cura habita, illud per idoneos homines, morbosque ejusmodi sine noxa sua tractare adsuetos praestet.

Ἐρώτησις μς'.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕκτον ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ δεχθῇ τινὰς εἰς τὸ ὁσπήτιόν [1]) του τὸν ξένον. Καὶ τοῦτο τὸ ἔργον πρέπει νὰ γίνεται μὲ ἱλαρότητα τοῦ προσώπου καὶ τῆς καρδίας· καὶ ἐκεῖνοι μάλιστα οἱ ξένοι πρέπει νὰ συνάγουνται εἰς τὴν οἰκίαν, οἱ ὁποῖοι ὑπάγοντες εἰς ἁγίους τόπους, νὰ προσκυνήσουσι κατὰ τὸ τάξημόν τους, καταλύουσι ἤγουν κονεύουσιν εἰς τὰς πόλεις. Τοιοῦτοι εἶναι ὅλοι οἱ προσκυνητάδες καὶ ὅλοι οἱ πτωχοί· εἰς τὴν χρείαν τῶν ὁποίων πρέπει νὰ βοηθᾷ, ὅποιος ἐπιθυμᾷ

Quaestio. XLVI.

Quodnam sextum misericordiae officium est?

Resp. Ut aedibus suis aliquis hominem peregrinum excipiat, quod hilari vultu animoque fieri debet. Imprimis autem ejusmodi peregrini domum deducendi sunt, qui ad loca sancta, ut illic ex voti sui sponsione adorent, euntes ad oppida accedunt ac divertunt. Tales autem sunt omnes religiosi viatores et mendici, quorum indigentiae pro viribus opem ferre debet, qui

---

1) Insignivi spir. asp., quem in neutra edit. reperi. Est enim latinum vocab., quod receperunt recentiores Graeci immutatum. Dixerunt ὀσπήτιον et ὀσπείτιον, porro ὀσπιτικὸν hominem ignavum, ὀσποιτικὸν domum quamvis, denique ὀσπιτάλιον. Neque tamen dixerim, interpretem falso reddidisse per vocab. *aedes*. Late patere vocab., docet etiam Suidas, s. v. οἰκία et ὀσπίτιον.

νὰ κληρονομήσῃ τὴν τοιαύτην μακαριότητα, κατὰ τὴν δύναμιν, ὁποῦ ἔχει. Καὶ πλέον ξέχωρα ἐκεῖνο πρέπει νὰ πέρνουνται μέσα εἰς ὁσπήτιον, ὁποῦ κείτουνται ἄῤῥωστοι εἰς τὰ παζάρια, καὶ εἰς τοὺς δρόμους ζητιάνοι.

beatitudinis hujus heres esse cupit. Sed speciatim tamen illi in aedes conducendi sunt, qui in plateis aegroti jacent aut in viis mendicant.

Ἐρώτησις μζ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕβδομον ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ θάπτῃ τινὰς τοὺς νεκρούς. Τοῦτο τὸ ἔργον πρέπει νὰ τὸ κάμῃ καθ' ἕνας μὲ προθυμίαν· μάλιστα εἰς ἐκείνους, ὁποῦ ἀναπαύθησαν εἰς ἐσχάτην πενίαν, φέροντας εἰς αὐτοὺς τὰ πρὸς ταφὴν ἐπιτήδεια, κατὰ τὸ ἔθος τῶν Χριστιανῶν· καθὼς ἔκαμεν (Τωβ. β΄.) ὁ Τωβίας. Μὰ ἂν τινὰς ἀπὸ τοὺς φίλους ἢ συγγενεῖς ἀποθάνῃ, τότε τὸ ἔργον τοῦτο πληροῦται μὲ τὴν συνδρομὴν καὶ συντροφίαν τῶν ὀρθοδόξων καὶ εὐσεβῶν ἀνδρῶν, ὁποῦ συντροφιάζουσι τὸ λείψανον ἕως τὸν τάφον, μὲ δέησες καὶ προσευχαῖς πρὸς Κύριον διὰ τὴν ψυχὴν τοῦ κεκοιμημένου.

Quaestio XLVII.

Quodnam septimum misericordiae munus est?

Resp. Ut mortuos quis sepeliat. Quod officium promto quisque studio exsequi debet, erga illos praesertim, qui in summa egestate decesserunt, eaque ad demortuos conferre, quae sepulturae necessaria sunt, secundum piam christianorum consuetudinem; quemadmodum Tobias fecit (Tob. II.). Ubi amicorum quisquam aut propinquorum excessit, tum hoc officium exsequiis et comitatu orthodoxorum piorumque hominum impletur, qui funus ad sepulcrum usque deducunt, Dominumque interea pro salute animae illius, qui obdormiit, orant ac deprecantur.

Ἐρώτησις μη΄.

Πόσα καὶ ποῖα εἶναι τὰ ἔργα τῆς ἐλεημοσύνης, ὁποῦ ἀποβλέπουσι τὴν ψυχήν;

Ἀπ. Ἑπτά· τὸ πρῶτον εἶναι νὰ παρακινήσῃ τινὰς τὸν ἁμαρτωλὸν νὰ λείψῃ ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ νὰ

Quaestio XLVIII.

Quot et quaenam officia misericordiae sunt, quae animam respiciunt?

Resp. Septem. Primum est, ut hominem peccatorem quispiam a peccato suo dehortetur, atque ad meliorem

τὸν μεταφέρῃ εἰς ζωὴν καλλιώτερην· καθὼς ἡ Γραφὴ μαρτυρᾷ· (Ἰακωβ. ε ιθ'. [1]) ἀδελφοὶ, ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτὸν, γινωσκέτω, ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Τοῦτο τὸ ἔργον τῆς φιλανθρωπίας εἶναι τὸ πρῶτον καὶ ἐξαίρετον, ὁποῦ παρακινᾷ τὸν ὀρθόδοξον, εἰς τὸ νὰ εὐσπλαγχνισθῇ τὸν πλησίον του· διατὶ δὲν περιέχει εἰς ἑαυτὸ ἀγαθὰ πρόσκαιρα ἀλλ' αἰώνια. Μὰ εἶναι ἀνάγκη νὰ προσέχῃ, ὅταν κάνῃ τὸ τοιοῦτον ἔργον, νὰ μὴν τύχῃ καὶ φέρῃ τὸν ἁμαρτωλὸν διὰ κἂν μίαν του ἀπροσεξίαν εἰς ἀπόγνωσιν ἢ εἰς πολὺ θάῤῥος τῆς τοῦ Θεοῦ εὐσπλαγχνίας· διατὶ μὲ τὰ δύο τοῦτα πλειότερα θέλει βλάψει τὸν ἁμαρτωλὸν, παρὰ ὁποῦ τὸν θέλει ὠφελήσει. Πρέπει λοιπὸν νὰ κρατῇ τὸ μέσον μὲ φρόνησιν. Καὶ ἂν ἴσως καὶ τινὰς δὲν θέλει εἶναι ἱκανὸς, διὰ νὰ κάμῃ τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἂν προμηθεύσῃ ἄλλον, ὁποῦ νὰ ἔχῃ περισσοτέραν ἐμπειρίαν εἰς τὰ τοιαῦτα. Ὁμοίως πρέπει νὰ περιπατοῦμεν, καὶ ὅταν τυχένῃ νὰ ἐπιστρέψωμεν αἱρετικοὺς καὶ σχισματικούς.

vitam revocet, teste Scriptura (Jac. V, 19.): Fratres mei, si quis inter vos erraverit a veritate, et converterit quispiam eum, is sciat, illum, qui peccatorem ab errore viae suae converterit, servaturum animam a morte, et multitudinem peccatorum operturum. Hoc primum summumque humanitatis officium est, quod hominem pium ad miserationem proximi commovet. Habet enim illud in se non fluxa quaedam et temporaria bona sed aeterna. Verum in illo obeundo etiam atque etiam videndum, ne peccatorem ipse, sua quadam imprudentia, aut in desperationem adducat aut in nimiam divinae misericordiae fiduciam. Hoc enim utroque plus detrimenti quam emolumenti peccatori daturus est. Medium itaque prudenter tenendum est. Sin ipse obeundo huic officio impar est, alium uberiore talium rerum peritia industriaque instructum circumspiciat. Eadem nobis incedundum via, si quando res ita tulerit, ut haereticorum schismaticorumque conversioni opera navanda sit.

---

1) Hi numeri primum ab Hofm. sunt adjecti. Cfr. p. 210.

Ἐρώτησις μθ'.

Ποῖον εἶναι τὸ δεύτερον ἔργον τῆς κατὰ Πνεῦμα ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ διδάσκῃ τινὰς τὸν ἀμαθῆ καὶ ἄγνωστον. Καὶ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἐκεῖνος τὸ κάνει ἄξια, ὁ ὁποῖος θέλει διδάσκει τὸν ἄγνωστον, πῶς πρέπει νὰ πιστεύῃ εἰς ἕνα Θεὸν τρισυπόστατον, ὑποθέτωτας νὰ εἶναι τοῦτος ἐπιτήδειος πρὸς διδασκαλίαν. Ἀλλέως νὰ προμηθεύσῃ ἄλλον τινὰ σοφώτερόν του καὶ ἐμπειρότερον, διὰ νὰ μὴν τύχῃ καὶ τυφλὸν ὁ τυφλὸς ὁδηγῶντας, πέσωσι καὶ οἱ δύο (Ματθ. ιέ. ιδ'. Λουκ. ς'. λθ'.) εἰς τὸν βυθόν [1]). Δεύτερον πρέπει νὰ διδάσκῃ τὸν ἀνήξευρον, πῶς νὰ παρακαλῇ τὸν Θεὸν, καὶ μὲ ποίαν μέθοδον τῆς προσευχῆς νὰ κάνῃ πρὸς τὸν Θεὸν τὰς δεήσεις του· ἔτι δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ τὰ προστάγματα νὰ τὰ [2]) μάθῃ, μὲ τρόπον, ὁποῦ νὰ ἠμπορῇ νὰ τὰ φυλάττῃ εὔκολα. Καὶ τελευταῖον ἐδῶ στοχάζεται, νὰ φροντίζωμεν, νὰ διδάσκουνται τὰ παιδία τὰ ὀρφανὰ παιδίαν καὶ σύνεσιν· ὥστε μὲ τὸν καιρὸν καὶ αὐτὰ νὰ εἶναι ἄξια, νὰ ὠφελοῦσι τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὴν πολιτείαν,

Quaestio **XLIX.**

Quodnam secundum officium spiritualis misericordiae est?

Resp. Ut hominem rudem indoctumque quisquam ad pietatem instituat. Quod officium recte atque ordine exsequitur, qui ignarum instruit, quo pacto in unum Deum personis trinum recte credere debeat; nimirum posito eo, quod ad docendum ipse satis appositus sit. Sin autem non sit, doctiorem peritioremque aliquem super eo negotio quaerat, ne illud sane eveniat, ut, caeco ducente caecum, ambo in foveam incidant. (Matth. XV, 14 et Luc. VI, 39.) Secundo imperitum docebit, quemadmodum recte Deum adoret, quave orandi methodo preces suas ad Deum proponat; tum vero etiam ut divina mandata modumque ea facillime servandi addiscat. Tandem eo etiam hic [3]) respicitur, ut instituendos curemus orbos parentibus pueros in bonis literis et sapientia, quo et ipsi postmodum digni ac idonei evadant, qui ecclesiae reique publicae emolumento sint; atque Deum,

---

1) In N. T. et in marg. est *βύθυνον.* Nolo tamen mutare, tum quia auctor memoriter verba recitavit, tum quia vel apud Sophoclem dicitur *εἰς βυθὸν πεσεῖν.* 2) Recepi e marg. pro *τὸν*, cujus accus. nullus locus est. Praecedente sive etiam sequente (p. 174.) accus. obj., cum gravitate demonstrat., pro quo artic. ponitur, solet repeti. Infra post verbum *κάνωμεν* comma posui. 3) Norm. *heic.*

προσευχόμενα πρὸς Θεὸν ὑπὲρ τοῦ εὐεργέτου των. Τὸ ὁποῖον ἂν δὲν κάνωμεν, εἶναι χρεία, νὰ φοβούμεθα ἐκείνην τὴν βαρεῖαν ἀπόφασιν, ὁποῦ κατεκρίθη (Ματθ. κέ.[1]) λ'.) ἐκεῖνος, ὁποῦ ἐπῆρε τὸ ἕνα τάλαντον, καὶ τὸ ἔστρεψε χωρὶς κἂν ἕνα τόκον.

pro bene de ipsis merente, comprecentur. Quod officium si praetermittimus, necesse est, ut triste ac capitale carmen extimescamus, quo damnatus est, qui, quod acceperat talentum, sine ullo foenore hero restituit. (Matth. XXV, 30.)

Ἐρώτησις ν'.

Ποῖον εἶναι τὸ τρίτον ἔργον τὸ πνευματικὸν τῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ συμβουλεύσῃ τινὰς ὀρθῶς ἐκεῖνον, ὁποῦ χρειάζεται βουλήν. Τοῦτο τὸ ἔργον γίνεται, ὁπόταν τινὰς ἐπιστρέφῃ τοὺς ἀνθρώπους, ὁποῦ εἶναι κακοῦ βίου, εἰς καλλιώτερον λογαριασμὸν τῆς ζωῆς μὲ εὐσεβεῖς καὶ Χριστιανικὰς νουθεσίας καὶ μὲ καλαῖς βουλαῖς. Ἀκόμι ὅταν οἱ ἄνθρωποι ἔρχωνται εἰς κἂν μίαν θλίψιν καὶ στενοχωρίαν, ὁποῦ νὰ μὴν ἠξεύρουσι νὰ εὕρουσι τρόπον νὰ βοηθοῦσι[2]), τότε πρέπει νὰ προσφέρεται εἰς αὐτοὺς τοῦτο τὸ φάρμακον τῆς βουλῆς μετὰ χαρᾶς, διὰ νὰ λυτρώνουσι τὴν ζωὴν ἢ τὴν τιμήν τους. Εἰς τοῦτο ἀκόμι περισφαλίζεται τὸ, νὰ δίδῃ

Quaestio L.

Quodnam tertium spiritualis misericordiae munus est?

Resp. Ut rectum illi quispiam consilium det, cui consilio opus est. Id quod tum fit, quum, qui impiam ac conscеleratam vitam agunt, piis atque christianis cohortationibus bonisque consiliis ad saniorem vitae rationem aliquis convertit. Praeterea quando afflictionibus angustiisque ejusmodi homines aliqui implicantur, unde ut pedem referant seque expediant, nullam rationem ac viam reperire queunt; tum illis hoc prudentis consilii pharmacum libenti et laeto animo adhibendum est, ut vitam existimationemque suam in tuto collocare possint. Hoc officio etiam illud continetur, ut proximo suo de-

---

1) Marg. Norm. *κέ*, versus numero neglecto. 2) Margo conjicit: *βοηθηθοῦσι*, sic enim exeunt apud hunc auctorem conjunctivi. Placeret conj., nisi putarem, in hac connexione habere verb. act. medii significationem, vel potius substant.: *τροπον νὰ βοηθοῦσι*, rationem auxilii. Infra quidem P. III. qu. 44. legitur: *ὁποῦ δὲν ἠμπορεῖ νὰ βοηθηθῇ*: qui non potest *se ipsum* juvare.

λόγον τινὰς εἰς τὸν πλησίον του διὰ κἂν ἕνα κίνδυνον, ὁποῦ στέκεται ἀπάνω του ἢ τῆς ζωῆς ἢ τῆς τιμῆς του, καὶ δὲν τὸ ἠξεύρει· μὰ μὲ τοιοῦτον τρόπον, ὥστε ἀνάμεσα εἰς τοιαῦτα πρόσωπα νὰ μὴ γεννηθοῦσιν ἔχθραις καὶ κίνδυνοι χειρότεροι.

tegat quisquam comparatas in caput famamque illius inscii atque ignari insidias ac imminentia discrimina. Sed ea tamen ratione, ut ne inter ejusmodi homines capitaliora odia gravioraque pericula inde exsistant.

Ἐρώτησις να.

Ποῖον εἶναι τὸ τέταρτον ἔργον τῆς πνευματικῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ παρακαλῇ τινὰς τὸν Θεὸν διὰ τὸν πλησίον του. Τοῦτο τὸ ἔργον τῆς φιλανθρωπίας ἐπίκειται πρῶτον εἰς τοὺς πνευματικοὺς καὶ πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, ἔπειτα καὶ εἰς τοὺς κοσμικούς· διὰ τὸ ὁποῖον εἴπαμεν πλατύτερον εἰς τὸ ἕκτον ἐκκλησιαστικὸν πρόσταγμα.

Quaestio LI.

Quartum spiritualis misericordiae officium quod est?

Resp. Ut Deum quispiam pro proximo suo oret. Quod humanitatis officium praecipue quidem Patrum spiritualium atque Presbyterorum ecclesiae est, sed deinde etiam secularium. De quo negotio uberius dictum est in sexto praecepto ecclesiastico.

Ἐρώτησις νβ'.

Ποῖον εἶναι τὸ πέμπτον ἔργον τῆς κατὰ πνεῦμα εὐσπλαγχνίας;

Ἀπ. Νὰ παρηγορᾷ τινὰς τὸν λυπημένον. Τοῦτο τὸ ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης διὰ τοῦτο γίνεται, διὰ νὰ μὴν κάμωμεν, κἂν ἕνα νὰ βαρεθῇ καὶ νὰ πειραχθῇ εἰς ἡμᾶς, μήτε νὰ τοῦ δώσωμεν ἀφορμὴν νὰ λυπηθῇ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὁποῦ (Ρωμ. ιβ'. ιη'.[1])) λέγει· εἰ δυνατὸν,

Quaestio LII.

Quodnam quintum spiritualis misericordiae munus est?

Resp. Ut moestum quis consoletur. Quod misericordiae officium ideo praestatur, ne committamus, ut aerumna aliqua ac molestia quispiam per nos afficiatur, neve ullam moeroris caussam illi imponamus. Quemadmodum dicit Apostolus (Rom. XII, 18.): Si fieri potest,

1) Omisit numeros margo Norm., id quod testimonio est, sive editorem sive correctorem sub finem libri a cura paullum recessisse.

τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί· ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ· γέγραπται γάρ· ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος. Καὶ τοῦτο πρέπει τότε νὰ λέγεται, ὁπόταν τινὰς εἶναι βαρυνόμενος ἀπὸ μεγάλα ἁμαρτήματα, ἢ πολλὰ ἄῤῥωστος, ἢ ἀπὸ θλίψιν καὶ συμφορὰν μεγάλην πιέζεται· τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους χρεωστοῦμεν νὰ παρηγοροῦμεν.

quantum in vobis est, pacem cum omnibus hominibus colite. Non vosmet ipsos ulciscentes, dilecti; sed date irae locum; scriptum est enim: mihi est ultio, et ego rependam, ait Dominus. Habet autem tum praecipue locum hoc officium, quando quis aut gravioribus sceleribus oneratus est, aut periculosius aegrotat, aut majore quadam afflictione atque calamitate opprimitur. Cujusmodi homines consolatione nostra omnino levare atque refocillare debemus.

Ἐρώτησις νγ'.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕκτον ἔργον τῆς πνευματικῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ ὑποφέρωμεν τὰς ὕβρεις μὲ ὑπομονήν. Τοῦτο τὸ ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης γίνεται, ὅταν μέλλωμεν νὰ πάθωμεν τίποτε διὰ τὸν Χριστόν. Τότε χρεωστοῦμεν νὰ τὸ κάμωμεν μὲ ὑπομονὴν χαίροντες· ἐπειδὴ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μεγαλήτεραις ὕβρεις ἔπαθε δι' ἡμᾶς, κατὰ τὰ εἰρημένα (ά. Πετ. β'. κά.)· ὅτι Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ. Ἔπειτα δὲν πρέπει νὰ ἐπιθυμοῦμεν κακὰ εἰς ἐκείνους, ὁποῦ μᾶς ἐπηρεάζουσι καὶ τυραννοῦσι, μήτε νὰ ἀνταποδίδωμεν κακὸν ἀντὶ κα-

Quaestio LIII.

Quodnam sextum spiritualis misericordiae officium est?

Resp. Ut injurias aequo et sedato perferamus animo. Quo misericordiae officio tum fungimur, quando quidquam propter Christum perpessuri sumus, quod toleranter ac hilare perpetiemur; eo quod multo graviores injurias nostra caussa Dominus noster Iesus Christus pertulit, prout scriptum est (1 Petr. II, 21.): Quoniam Christus passus est pro vobis, relinquens vobis exemplum, ut sequeremini vestigia ipsius. Deinde non debemus male iis cupere, qui nos vexant afflictantque tyrannice, nec malum malo

κοῦ, κατὰ τὸν λέγοντα Ἀπόστολον (ά. Πετ. γ'. θ'.)· μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. Μάλιστα ὁπόταν πάσχωμέν τι ἀδίκως, πρέπει νὰ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ νὰ τὸν παρακαλοῦμεν, νὰ συγχωρήσῃ τῶν ἐχθρῶν μας.

pensare, dicente Apostolo (1 Petr. III, 9.): Nemini reddentes malum pro malo. Quin potius quando injuria quidpiam patimur, Deum gratiis insuper actis venerabimur, ut inimicis nostris peccatum suum ignoscat.

Ἐρώτησις νδ'.

Ποῖον εἶναι τὸ ἕβδομον ἔργον τῆς πνευματικῆς ἐλεημοσύνης;

Ἀπ. Νὰ συγχωροῦμεν τὰ σφάλματα, ὁποῦ σφάλλουσιν εἰς ἡμᾶς οἱ ἄλλοι. Τοῦτο τὸ ἔργον τῆς ἐλεημοσύνης τότε τὸ ἀπολαύομεν, ὁπόταν ἀφήνομεν τῶν ἐχθρῶν μας τὰς ἀδικίας, ὁποῦ μᾶς κάνουσιν, ὅ, τι λογῆς καὶ ἂν εἶναι· μάλιστα καὶ μὲ τὴν εἰρημένην προσευχήν, καὶ [1]) τὴν συγχώρησιν τοῦ βλάψαντος μᾶς. Καὶ ἡ τοιαύτη ἄφεσις πρέπει νὰ γίνεται ὄχι μόνον καθ' ἡμέραν μίαν φορὰν, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· καθὼς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐδίδαξε τὸν Πέτρον ἐρωτήσαντα, εἰπὼν (Ματθ. ιή. κβ'.)· οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.

Quaestio LIV.

Quodnam septimum spiritualis misericordiae officium est?

Resp. Ut delicta, quae adversus nos alii deliquere, iis libenter condonemus. Quo misericordiae officio tum recte fruimur, quando inimicis nostris injurias, quibus nos affecerunt, cujusmodicunque sint, remittimus, atque etiam insuper divinam, ut diximus, veniam pacemque nostra deprecatione illi, qui nos laeserat, exposcimus. Cujusmodi ignoscentia non semel modo in dies singulos, sed vel septies et septuagies fieri debet, quemadmodum Servator noster Petrum ea de re percontantem docuit (Matth. XVIII, 22.): Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.

---

1) Conjicit margo addendum esse διά, quod quidem nec necessarium est, nec locum reddit clariorem. Commate pro semicolo post προσευχήν posito ita redde: quando injurias ab hostibus nobis illatas quasi exstinguimus (ἀφήνομεν = ἀφανίζομεν), maxime per orationem dictam (qua Deum precamur, ut eis remittat), tum per ipsam condonationem, quae contingit injurias nobis facienti (καὶ — μᾶς).

'Ερώτησις νέ.

Ποῖος εἶναι ὁ ἕκτος μακαρισμός;

'Απ. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

'Ερώτησις νϛ΄.

Τί διδάσκει ὁ μακαρισμὸς οὗτος;

'Απ. Εἰς τὸν μακαρισμὸν τοῦτον ἡ σωφροσύνη ἐπαινεῖται· διατὶ ὅποιος θέλει νὰ ἰδῇ τὸν Θεὸν, χρειάζεται νὰ εἶναι σώφρων, τόσον εἰς τὸ σῶμα ὅσον καὶ εἰς τὴν ψυχὴν καὶ εἰς ὅλους του τοὺς λογισμούς. 'Επειδὴ οἱ λογισμοὶ οἱ ἀκάθαρτοι μολύνουσι τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ ἀπὸ τὴν ψυχὴν διώχνουσι τὴν παρουσίαν τῆς θείας χάριτος.

'Ερώτησις νζ.

Ποῖος εἶναι ὁ ἕβδομος μακαρισμός;

'Απ. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

'Ερώτησις νή.

Τί διδάσκει ὁ μακαρισμὸς οὗτος;

'Απ. Πῶς ἐκεῖνοι πρῶτον πέρνουσι τὴν χάριν τῆς τοι-

Quaestio LV.

Quaenam sexta beatitudo est?

Resp. 'Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Quaestio LVI.

Quodnam docet haec beatitudo?

Resp. In hac beatitudine castitas commendatur. Quisquis enim Deum videre desiderat, castus ac continens sit oportet tum corpore tum animo omnibusque cogitationibus. Quippe impurae cogitationes Dei imaginem inquinant divinaeque gratiae praesentiam ex anima expellunt.

Quaestio LVII.

Quaenam septima beatitudo est?

Resp. Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei nominabuntur.

Quaestio LVIII.

Quidnam docet haec beatitudo?

Resp. Primo loco praemium [1]) hujus beatitudinis

1) Norm. *proemium*.

αὐτῆς μακαριότητος, οἱ ὁποῖοι προσφέρουσιν ἀναιμάκτους θυσίας καθ' ἑκάστην πρὸς τὸν Θεὸν, μὲ προσευχαῖς καὶ νηστείαις διὰ ταῖς ἔχθραις, ὁποῦ εἶναι ἀνάμεσα ἀνθρώπων καὶ Θεοῦ, καὶ ἱλασκόμενοι τὴν ὀργήν του τὴν δικαίαν καταλλάττουσι τὴν χάριν του μὲ τοὺς ἁμαρτήσαντας. Δεύτερον ἐκεῖνοι, ὁποῦ μὲ τὴν φρονίμην καὶ ἁρμόδιόν τους μεσιτείαν σικώνουσιν ἐκ μέσου τὰς διχοστασίας καὶ ἔχθρας, ὁποῦ ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἑσμίνουσιν αὐτοὺς μὲ ἀγάπην, κάμοντές τους φίλους ἀπὸ ἐχθρούς. Τρίτον ἐκεῖνοι, ὁποῦ μὲ ταῖς βουλαῖς τους ἐμποδίζουσι ταῖς ἀφορμαῖς τῶν πολέμων, ἀνάμεσον τῶν βασιλέων καὶ ἡγεμόνων, διὰ νὰ μὴν γίνουνται αἱματοχυσίαι καὶ φόνοι.

gratiamque illos auferre, qui quotidie incruenta Deo sacrificia cum precibus et jejuniis offerunt, propter inimicitias, quae Deo cum hominibus intercedunt, ac justissima ipsius ira propitiata, gratiam peccatoribus reconciliant. Secundo illos item, qui prudenti aptoque interventu dissidia simultatesque hominum mutuas tollunt, iisque caritate reciproca inter se junctis quasique commistis, ex inimicis amicos et familiares efficiunt. Denique etiam, qui consiliis suis occasiones caussasque bellorum, inter reges principesque enascentes, sufflaminant ac sistunt, ne inde effusiones sanguinis humani caedesque exsistant.

Ἐρώτησις νθ'.

Ποῖος εἶναι ὁ ὄγδοος μακαρισμός;

Ἀπ. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Quaestio LIX.

Quaenam octava beatitudo est?

Resp. Beati qui persecutionem justitiae caussa sustinent; illorum enim regnum coelorum est.

Ἐρώτησις ξ'.

Τί διδάσκει ὁ μακαρισμὸς οὗτος;

Ἀπ. Πῶς ὁ μακαρισμὸς οὗτος εἶναι ἐκείνων, ὁποῦ

Quaestio LX.

Quidnam docet haec beatitudo?

Resp. Beatitudinem hanc illorum propriam esse,

ὁμιλοῦσι τὴν ἀλήθειαν κατηγοροῦντες τὰς κακίας καὶ πονηρίας τῶν σφαλμάτων [1]), ἀπὸ τὸ ὁποῖον τοὺς ἔρχεται πολὺς φθόνος, ὥστε ὁποῦ καὶ ἀπὸ τὴν ζωὴν στερεύουνται πολλαῖς φοραῖς· ὡς ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης ἀπὸ τὸν Ἡρώδην (Ματθ. ιέ. ις΄.) ἔπαθεν καὶ ἄλλοι. Εἰς τοῦτο περικρατοῦνται ὅλοι οἱ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας, οἱ κήρυκες τοῦ Εὐαγγελίου, οἱ ὁμολογηταὶ, οἱ ὁποῖοι διὰ τὴν διδασκαλίαν καὶ σωτηριώδην διδαχὴν πολλαῖς φοραῖς πέρνουσιν ἔχθραις καὶ ἀχαριστίαις ἀπὸ τοὺς μαθητὰς καὶ ἀκροατάς τους.

qui veritatem intrepide eloquuntur, hominumque improborum scelera atque pravitates graviter coarguunt, qua ex re usque adeo multum invidiae offensionisque colligere solent; ut persaepe morte ipsa multentur, quod Ioannes Baptista ab Herode perpessus est (Matth. XV, 16.), itemque alii. Quo in numero omnes Ecclesiae doctores, praecones Evangelii confessoresque continentur, qui ob veram doctrinam ac salutarem institutionem suam saepenumero a discipulis auditoribusque suis mera odia ingratique animi mercedem reportant.

Ἐρώτησις ξά.

Ποῖος εἶναι ὁ ἔννατος μακαρισμός;

Ἀπ. Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Quaestio LXI.

Quaenam nona beatitudo est?

Resp. Beati estis, quum probra in vos homines conjecerint, et persequuti fuerint, et dixerint omne malum verbum adversus vos, mentientes, propter me. Gaudete et exsultate, quoniam multa est merces vestra in coelis.

1) Tolerari fortassis potest vulg. Marg. conj. est σφαλλόντων. Sed in ipsis vitiis esse pravitas (κακία) et malignitas (πονηρία) dici posse videtur. Tria Frischius enumerat: *und das Unrecht, die Bosheit und die Sünden bestrafen*, unde patet, subst. σφαλμ. non omnino esse respuendum.

Ἐρώτησις ξβ΄.

Τί περιέχει ὁ μακαρισμὸς οὗτος;

Ἀπ. Πῶς τὸν μακαρισμὸν τοῦτον ἀπολαύουσιν οἱ Ἀπόστολοι, οἱ μάρτυρες καὶ ὅλοι ὅσοι διώκουνται διὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τὴν καθολικήν, καὶ πάσχουσι κατηγορίας καὶ [1]) βάσανα, στερεύουνται ἀπὸ τὰ καλά τους, ἀπὸ τὴν τιμήν τους, καὶ ἀπὸ τὰ εἰσοδήματά τους· διώχνουνται ἀπὸ χώραις· καὶ τελευταῖον τοὺς χωρίζουσι σκληρᾷ ἀπὸ τὴν ζωὴν τούτην ἐκχέοντες τὸ αἷμα αὐτῶν.

Quaestio LXII.

Quid continet haec beatitudo?

Resp. Hac beatitudine frui apostolos, martyres eosque omnes, qui persecutione ob orthodoxam et catholicam fidem premuntur, quique insectationes vexationesque sufferunt, facultatibus, honoribus, reditibus exuuntur, ejiciuntur in exsilium, denique etiam crudeliter e medio tolluntur, fuso ipsorum cruore.

Ἐρώτησις ξγ΄.

Ποῖαν γνώμην πρέπει νὰ ἔχομεν διὰ τὰ ἔργα ἐκεῖνα, διὰ τὰ ὁποῖα τάσσει ὁ Χριστὸς τὴν μακαριότητα;

Ἀπ. Πρῶτον, πῶς τὰ καλὰ ἔργα εἶναι τόσον συνδεμένα ἀλλήλως των, ὁποῦ, ὅποιος θέλει ἔχει κυρίως καὶ ἀληθῶς μίαν ἀρετήν, ἔχει ἀκόμι καὶ ὅλαις ταῖς ἄλλαις· καὶ ὅποιος λείπει τελείως ἀπὸ τὴν μίαν τῶν ἀρετῶν, εἶναι στερημένος καὶ ἀπὸ ταῖς λοιπαῖς ὅλαις. Δεύτερον οὕτω πρέπει νὰ λογιάζωμεν διὰ τὰ ἀγαθὰ ἔργα, ὁποῦ εἴπαμεν, πῶς, ὅποιοι τὰ κάμουσιν, ὄχι μόνον θέ-

Quaestio LXIII.

Quam vero habere convenit sententiam de operibus hisce, queis beatitudinis praemium proponit Christus?

Resp. Primum bona haecce opera sic inter se apta ac connexa esse, ut quisquis proprie et vere unam virtutem habet, is reliquas item omnes habeat; quique una aliqua virtute penitus destituitur, destituatur idem ceteris omnibus. Secundo ita de bonis operibus, quae recensuimus, habendum est, qui ea praestant, non solum aeternam in coelo fruendam habere

1) Uncinas removi a vocula καὶ, etiamsi iis lectionis diversitatem significari facile concedam.

λουσιν ἀπολαύσειν τὴν ἐν οὐρανοῖς αἰώνιον μακαριότητα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον τὰ πρόσκαιρα ἀγαθὰ ἀπολαύοντες μὲ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, ἔχουσι καὶ ἐδῶ μακαριότητα, κατὰ τοὺς λόγους τοῦ Χριστοῦ ὁποῦ (Ματθ. ιθ'. κθ'.) εἶπεν· καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς ἢ πατέρα ἢ μητέρα ἢ γυναῖκα ἢ τέκνα ἢ ἀγροὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Καὶ ἀλλαχοῦ (Μαρκ. ι. κθ'.)· οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς ἢ πατέρα ἢ μητέρα ἢ γυναῖκα ἢ τέκνα ἢ ἀγροὺς ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς καὶ μητέρας καὶ τέκνα καὶ ἀγροὺς μετὰ διωγμῶν καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

beatitudinem; verum etiam in hac vita ex gratia divina uberem bonorum temporalium fructum percepturos beatosque futuros, secundum verba Christi (Matth. XIX, 29.): Quisquis reliquerit domos aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut liberos aut agros propter nomen meum, centuplicia recipiet ac vitae aeternae heres erit. Et alibi (Marc. X, 29.): Nemo est, qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut liberos aut agros, mea et Evangelii caussa, quin recipiat centuplicia, nunc in hoc tempore domos et fratres et sorores et matres et liberos et agros cum persecutionibus, et in seculo venturo vitam aeternam.

Τρίτον μέρος

τῆς ὀρθοδόξου ὁμολογίας τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας.

Ἐρώτησις ά.

Τί περιέχει τὸ τρίτον μέρος τῆς Ὀρθοδόξου Ὁμολογίας;

Ἀπόκρισις.

Τὸ τρίτον μέρος τῆς Ὀρθοδόξου Ὁμολογίας διαλαμβάνει περὶ τῆς εἰς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπης· τὴν ὁποῖαν περιέχει ἡ θεία δεκάλογος· τὴν ὁποῖαν [1]) ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐβεβαίωσεν εἰς τὸν νέον νόμον καὶ τελειότερον ἐδίδαξε, διὰ τὸ ὁποῖον (Ματθ. έ. ιθ΄.) λέγει· ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ὃς δ᾽ ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Ἐρώτησις β΄.

Διὰ νὰ ἀνακρίνωμεν τὰς θείας ἐντολὰς ταύτας, τί χρειαζόμεσθαν;

Ἀπ. Πρέπει νὰ προλάβωμεν [2]) τοῦτο, πῶς ἀπὸ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἄλλαις προστάσσουσι νὰ κά-

Pars tertia

Orthodoxae Confessionis ecclesiae orientalis.

Quaestio I.

Quid complectitur tertia pars Orthodoxae Confessionis?

Responsio.

Tertia Orthodoxae Confessionis pars agit de caritate in Deum et Proximum. Quam partem divina Decalogus complectitur. Decalogi auctoritatem in nova lege Dominus noster Iesus Christus denuo sanxit, ejusque doctrinam plenius perfectiusque adstruxit, dum ait (Matth. V, 19.): Quisquis igitur solverit unum ex praeceptis hisce minimis, et sic docuerit homines, is minimus vocabitur in regno coelorum. Quisquis autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno coelorum.

Quaestio II.

Quid igitur necesse nobis est, ad accuratius expendenda divina haecce praecepta?

Resp. Illud ante omnia praemittendum nobis; quod praecepta Dei alia, ut bona faciamus, mandent, alia pro-

---

1) Expunxi vocem δεκάλογον, quae ante uncis fuit inclusa. Repetitio molesta est, quamquam facta etiam a Frischio. 2) Levi literarum mutatione scripsi ex marg. pro vulg προβάλωμεν, quod quidem verbum praemittendi notionem non habere videtur.

17*

νωμεν τὸ καλόν· καὶ ἄλλαις κωλύουσιν ἀπὸ τὸ νὰ κάνωμεν τὸ κακόν. Διὰ τοῦτο ὅποιος θέλει νὰ κατανοήσῃ τὰς ἐντολὰς ταύτας, πρέπει νὰ γνωρίσῃ πρῶτον, ποῖον εἶναι τὸ ἀγαθὸν, καὶ ποῖον τὰ κακόν. Καὶ ἀγαθὸν μὲν κυρίως εἶναι ἡ ἀρετή· κακὸν δὲ κυρίως ἡ ἁμαρτία. Διὰ τοῦτο πρῶτον πρέπει νὰ ὁμιλήσωμεν περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν, ἔπειτα περὶ τῶν δέκα ἐντολῶν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

Ἐρώτησις γ'.

Τίνα γνώμην πρέπει νὰ ἔχωμεν διὰ ταῖς Χριστιανικαῖς εἴτουν διὰ καλὰ ἔργα;

Ἀπ. Τὰ ἀγαθὰ ἔργα ἤτουν ἡ Χριστιανικὴ ἀρετὴ εἶναι ἕνας καρπὸς, ὁποῦ γεννᾶται ἀπὸ τὴν πίστιν, ὡς ἀπὸ ἀγαθὸν δένδρον, κατὰ τὸ (Ματθ. ζ'. ις'.) γεγραμμένον· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς· καὶ ἀλλαχοῦ (Ἰωαν. ιγ'. λέ.)· ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις· καὶ ὁ Ἰωάννης (ά. Ἐπιστ. β'. γ'.)· ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτὸν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν. Πλὴν διὰ νὰ καταλάβῃ καθ' ἕνας εὐκολώτερον, τί εἶναι ἡ Χριστιανικὴ ἀρετὴ, λέγομεν, ὅτι τὰ ἀγαθὰ ἔργα εἶναι ἡ πλήρωσις τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, τὰς ὁποίας τελειώνει τινὰς

hibeant, ne faciamus mala. Quisquis igitur praecepta isthaec recte intelligere volet, illi primum cognoscendum est, quidnam bonum, quidnam rursus malum sit. Et bonum quidem proprie virtus est, ut peccatum malum. Consentaneum igitur est, ut priore loco de virtutibus ac vitiis dicamus; tum postea de decem praeceptis Domini Deique nostri.

Quaestio III.

Quid quaeso sentiendum est de virtutibus christianis sive de bonis operibus?

Resp. Bona opera seu virtutes christianae sunt fructus ex fide, velut ex bona arbore nascentes, prout scriptum est (Matth. VII, 16.): De fructibus illorum agnoscetis illos. Et alibi (Io. XIII, 35.): Ex hoc cognoscent omnes, vos discipulos meos esse, si caritatem mutuam habueritis inter vos. Et Ioannes (1 Epist. II, 3.): In hoc scimus, quod cognoverimus eum, si mandata ejus observamus. Ceterum, ut tanto quisque facilius assequatur, quaenam christiana virtus sit, dicimus: bona opera esse impletionem praeceptorum Dei, quae quis libenter exsequitur, divinis

προθύμως μὲ τὴν θείαν βοήθειαν, καὶ συνδρομὴν τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας μὲ τὴν ἰδίαν του θέλησιν, ὁποῦ γεννᾶται ἀπὸ τῆς πρὸς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπης· ὅταν δὲν ἐμποδίζεται ἀπὸ κᾂν ἕνα πρᾶγμα, ὁποῦ νὰ εἶναι κυρίως ἐμπόδιον.

auxiliis adjutus, concurrente item humano intellectu cum propria ejusdem voluntate, eaque ab amore Dei proximique oriri ac proficisci, quando ab omni earum rerum impeditione homo liber est, quae veri impedimenti nomine venire possunt.

Ἐρώτησις δ΄.

Ἀπὸ ταῖς Χριστιανικαῖς ἀρεταῖς ποίαις εἶναι αἱ π..έον ἀναγκαίαις;

Quaestio IV.

Quaenam christianorum virtutum maxime necessariae sunt?

Ἀπ. Αἱ πλέον ἀναγκαίαις [1]), χωρὶς ταῖς ὁποίαις οὐδένας ἠμπορεῖ καθόλου νὰ σωθῇ, εἶναι αἱ τρεῖς αὗται· ἡ πίστις, ἡ ἐλπὶς, καὶ ἡ ἀγάπη· ταῖς ὁποίαις ἀναφέρει (ά. Κορ. ιγ΄. ιγ΄.) ὁ Ἀπόστολος ὅταν λέγει· νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη· τὰ τρία ταῦτα, μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. Καὶ περὶ μὲν τῶν προτέρων δύο ἀρετῶν, τῆς πίστεως δηλαδὴ καὶ τῆς ἐλπίδος, εἰς τὰ πρῶτα δύο μέρη τῆς Ὀρθοδόξου Ὁμολογίας ἱκανῶς κατὰ τὴν ἡμετέραν πρόθεσιν ἐδιδάξαμεν. Περὶ δὲ τῆς ἀγάπης θέλομεν εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι (θείου Πνεύματος φωτίζοντος), ὅταν θέλωμεν κάμειν τοὺς λόγους περὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ.

Resp. Maxime necessariae, quippe sine quibus nemo omnino salutem consequi potest, sunt tres istae: fides, spes, caritas, quas recenset Apostolus, quum ait (1 Cor. XIII, 13.): Nunc manet fides, spes, caritas, tria isthaec; sed maxima harum caritas est. Ceterum de prioribus duabus virtutibus, fide nimirum et spe, superioribus duabus Orthodoxae hujus Confessionis partibus, pro instituti nostri ratione, satis jam actum fuit. In praesens itaque, illuminante divino Spiritu, de caritate agere animus est, quoniam de praeceptis Dei tractare instituimus.

---

1) Edit. Hofmann. falso ἀναγκαίας. Nom. plur. aut exit in αι, aut in αις. Hanc terminationem ad recentiorem linguam propius accedentem primum reperimus p. 127.; et deinde saepius, quo magis non tam de rebus theologicis quam ad vitam spectantibus exponitur.

Ἐρώτησις έ.

Ἀπὸ τὰς γενικὰς καὶ ἐξαιρέτους ταύτας τρεῖς ἀρετὰς ποῖαι ἄλλαι γεννοῦνται;

Ἀπ. Αἱ τρεῖς αὗται, ἡ προσευχὴ, ἡ νηστεία καὶ ἡ ἐλεημοσύνη· αἱ ὁποῖαι ἀναβλαστάνουσαι ἐκ πίστεως διὰ τῆς ἐλπίδος ἐν τῇ ἀγάπῃ γίνονται πρὸς Θεὸν εὐπρόσδεκτοι.

Quaestio V.

Quaenam vero aliae virtutes de tribus istis generalibus ac primariis exoriuntur?

Resp. Hae tres: oratio, jejunium et eleemosyna. Quae ex fide ortae per spem in caritate Deo gratae acceptaeque fiunt.

Ἐρώτησις ς'.

Τί εἶναι ἡ προσευχή;

Ἀπ. Περὶ τῆς προσευχῆς ἱκανῶς ἐδιδάξαμεν εἰς τὸ δεύτερον μέρος τῆς Ὀρθοδόξου Ὁμολογίας.

Quaestio VI.

Quid est Oratio?

Resp. De oratione, quantum satis est, parte secunda Orthodoxae Confessionis disseruimus [1]).

Ἐρώτησις ζ'.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ νηστεία;

Ἀπ. Ἡ νηστεία, λογιζομένη κατὰ τὰς Χριστιανικὰς ἀρετὰς, εἶναι μία ἐγκράτεια ἀπὸ ὅλα τὰ φαγητὰ ἢ ἀπὸ κάποια διά τινα ἀσθένειαν, ὁμοίως καὶ ἀπὸ τὰ ποτὰ, καὶ ἀπὸ ὅλα τὰ πράγματα τοῦ κόσμου, καὶ ἀπὸ ὅλαις ταῖς ἐπιθυμίαις ταῖς κακαῖς, διὰ νὰ ἠμπορῇ ὁ Χριστιανὸς νὰ κάνῃ τὴν προσευχήν του μὲ τρόπον εὐκολώτερον, καὶ νὰ ἱλάσκεται τὸν Θεόν· ἀκόμι διὰ νὰ νεκρώνῃ τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας, καὶ νὰ ἀποδέχεται τὴν χάριν τοῦ

Quaestio VII.

Quid est Iejunium?

Resp. Id Iejunium, quod in christianarum virtutum numero habetur, est abstinentia ab omnibus esculentis aut saltem quibusdam, puta, si morbus urgeat; similiter et a potulentis rebusque mundi omnibus et ab omnibus pravis cupiditatibus; ut tanto expeditius tranquilliusque precibus suis incumbere Deumque placare homo christianus possit; tum ut cupiditates corporeas perimat atque exscindat Deique gratiam re-

1) Qu. IV — XXVIII. Infra in qu. VII. solvi uncinas, quibus verba λογιζομ. — ἀρετὰς inclusa fuerunt.

Θεοῦ. Διὰ τὴν ὁποῖαν νηστείαν ἡ ἁγία Γραφὴ ἀναφέρει (β΄. Κορ. ς΄. δ΄.) λέγουσα· ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις. Καὶ εἰς ἄλλον τόπον (Ἰωὴλ. β΄. ιέ.)· σαλπίσατε σάλπιγγι ἐν Σιὼν, ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν, συναγάγετε λαόν. Καὶ κατωτέρω (στιχ. ιζ΄.)· φεῖσαι Κύριε τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος. Ἡ νηστεία αὕτη, ὅταν γίνεται κατὰ τοὺς προσήκοντας τρόπους, κάνει μεγάλον ἱλασμὸν εἰς τὸν Θεὸν διὰ τὰς ἁμαρτίας μας· καθὼς ἔγινεν εἰς τὴν πόλιν τῶν Νινευιτῶν. Περὶ αὐτῆς εἴρηται πλατύτερον εἰς τὰς ἐντολὰς τῆς ἐκκλησίας.

cipiat. De quo jejunio ita Scriptura (2 Cor. VI, 4.): Sed in omnibus commendantes nos, sicut Dei ministri, in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in exagitationibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis. Et loco alio (Joël. II, 15.): Clangite buccina in Zijone, sanctificate jejunium, proclamate cultum sollemnem, congregate populum. Et paullo post (v. 17.): Parce Domine, populo tuo, et ne tradas hereditatem tuam in opprobrium. Hujusmodi jejunium, recte atque ordine servatum, plurimum momenti habet ad Deum, sceleribus nostris violatum, propitiandum; sicut in urbe Ninivitarum accidit. Sed et hoc de negotio pluribus eo loco actum, quo praecepta Ecclesiae sumus persecuti [1]).

Ἐρώτησις η΄.

Ποσαχῶς εἶναι ἡ νηστεία;

Ἀπ. Ἡ νηστεία εἶναι διττή· ἄλλη ὁποῦ εἶναι συνήθεια νὰ γίνεται εἰς κάποιους καιροὺς διωρισμένους· ὡς ἂν εἶναι αἱ τέσσαρες νηστεῖαι τοῦ καθ' ἑνὸς χρόνου καὶ τῆς τετράδος καὶ τῆς παρασκευῆς· ἄλλη ὁποῦ κατὰ συμβεβηκὸς τυχένει κἂν

Quaestio VIII.

Quotuplex est Iejunium?

Resp. Iejunium duplex est. Aliud quod sollemni more statis quibusdam temporibus fit, uti sunt quattuor jejunia anniversaria, et hebdomadaria, diei quarti sextique. Aliud item, quod casu et fortuito semel aliquan-

1) P. I. qu. 88.

μίᾳ φορᾷ [1]), *καὶ γίνεται διὰ κάποιαις αἰτίαις, ὁποῦ συμβαίνουσιν εἴς τινας πόλεις καὶ χώρας· τὴν ὁποῖαν παραγγέλλει ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστώς. Καὶ ἡ τοιαύτη νηστεία πρέπει νὰ φυλάττεται διὰ τὴν ἀφορμὴν τούτην, ἤγουν διὰ νὰ δίδεται ὑποταγὴ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἀκόμι ἡ νηστεία εἶναι ἄλλη κοινὴ καὶ ἄλλη ἰδία· κοινὴ εἶναι ἐκείνη, ὁποῦ φυλάττει ὅλη ἡ ἐκκλησία· ἰδία ἐκείνη, ὁποῦ κρατεῖ κἂν μία διωρισμένη ἐπαρχία ἢ πόλις ἢ χώρα μερικὴ ἢ τινὰς ἄνθρωπος καθ' ἑαυτόν. Καὶ τοῦτο γίνεται ἢ ἀπὸ μερικὸν τάξιμον, ὁποῦ νὰ ἔκαμε τινὰς ἀφ' ἑαυτοῦ του, ἢ καὶ νὰ τὸν ἐπρόσταξεν ὁ πνευματικός του.*

do contingit, ob caussas aliquas, quae certis in oppidis ac provinciis exsistunt, atque a summo ecclesiae antistite indicitur. Indictum eam ob caussam, nimirum ut obsequium ecclesiae praestetur, diligenter servandum est. Porro aliud etiam commune, aliud proprium jejunium est; commune, quod universa observat Ecclesia; proprium, quod peculiaris aliqua provincia aut civitas aut particularis regio aut homo quispiam solus seorsum tenet; quod vel ob privatam voti religionem, qua quis semet obstrinxit, vel quod a patre suo spirituali sibi injunctum fuit, suscipit.

Ἐρώτησις θʹ.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ ἐλεημοσύνη;

Ἀπ. Ἡ ἐλεημοσύνη εἶναι ἕνα ἔργον τῆς εὐσπλαγχνίας, ὁποῦ νὰ ἀγαθοεργήσῃ τινὰς τὴν ψυχὴν ἢ τὸ κορμίον τινὸς χρειαζομένου, δὲν ἀποβλέπωντας, τί λογῆς πρόσωπον εἶναι ἐκεῖνο, ὁποῦ ἔχει χρείαν τὴν τοιαύτην ἐλεημοσύνην. Ἡ ἀρετὴ τούτη εἶναι ἀναγκαιοτάτη

Quaestio IX.

Quid est eleemosyna?

Resp. Eleemosyna est opus misericordiae, quando quis beneficium in animam aut corpusculum cujusdam, cui eo beneficio opus sit, confert, non habita ratione hominis ipsius, qui eleemosynae illius indigus est. Est vero haec virtus homini chri-

---

1) Marg. conjicit *μίαν φορὰν*. Vulg. tenuit *μία φορὰ*. Malui scribere dat. levissima vulg. immutatione, et frequentissima dicendi apud nostrum formula. Idem tert. casus est etiam apud alios auctores, apud Theophanem ann. 20. Heraclii: *πρώτῃ φορᾷ*. Menol. Basilii 8. April in Pausilypo: *τριάκοντα φοραῖς*. Graec. interpr. Concilii Lateran. c. 24. *τῇ αὐτῇ φορᾷ*. Infra qu. 40. *ἑπτὰ φοραῖς*.

εἰς τὸν Χριστιανὸν ἄνθρωπον· καθὼς διδάσκει ἡ ἁγία Γραφὴ (Τωβ. ιβ΄. θ΄.) λέγουσα· ἐλεημοσύνη γὰρ ἐκ θανάτου ῥύεται, καὶ αὐτὴ [1]) ἀποκαθαριεῖ πᾶσαν ἁμαρτίαν, καὶ οἱ ποιοῦντες ἐλεημοσύνας καὶ δικαιοσύνας πλησθήσονται ζωῆς. Καὶ εἰς τὴν νέαν διαθήκην συνιστῶσα τὴν ἐλεημοσύνην (Ματθ. ιθ΄. κά.) λέγει οὕτως· ὕπαγε πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. Καὶ εἰς τὴν τελευταίαν κρίσιν τάσσει ὁ Χριστὸς νὰ δώσῃ μεγάλην πλερωμὴν εἰς τοὺς ἐλεήμονας (Ματθ. κέ. μ΄.) λέγων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μοὺ τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε (ςίχ. λδ΄.)· τότε ἐρεῖ· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἡ ἐλεημοσύνη μετὰ νηστείας κάνει τὴν προσευχὴν πρὸς Θεὸν εὐπρόσδεκτον· ὥστε νὰ τὴν ὑπακούῃ, καθὼς εἶπεν (Πρᾶξ. ι. δ΄.) ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν Κορνήλιον· αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Εἰς τὴν ἀρετὴν τούτην περιέχονται ὅλα τὰ ἔργα τῆς ἐλεημοσύνης· διὰ τὰ ὁποῖα ἐδι-

stiano vel maxime necessaria, docente sacra Scriptura (Tob. XII, 9.): Eleemosyna enim a morte liberat, et ipsa omne peccatum expiat, et qui eleemosynas ac justitias faciunt, illi saturabuntur vita. Et in Novo Testamento hunc in modum eleemosynam commendat scriptura (Matth. XIX, 21.): Vade ac divende facultates tuas, et distribue pauperibus; et thesaurum in coelo habiturus es. Et in extremo judicio pollicetur Christus magnam se mercedem misericordibus daturum dicens (Matth. XXV, 40.): Amen dico vobis, quatenus id fecistis uni horum fratrum meorum minimorum; mihi ipsi fecistis; (versu 34.) tunc dicet: venite benedicti Patris mei, jureque hereditario possidete paratum vobis regnum ab exordio mundi. Porro eleemosyna jejunio conjuncta orationem Deo acceptam efficit, ita ut illam pronis auribus accipiat, quemadmodum Angelus Cornelio dixit (Act. X, 4.): Preces tuae, et eleemosynae tuae ascenderunt in pignus memoriale coram Deo. Haec virtus omnia misericordiae

---

1) Apocr. edd. αὕτη, omittunt etiam καὶ ante οἱ ποιοῦντες.

δάξαμεν εἰς τὸ δεύτερον μέρος τῆς Ὀρθοδόξου ταύτης Ὁμολογίας.

officia complectitur; de quibus secunda Confessionis nostrae parte jam diximus. [1])

Ἐρώτησις ι.

Ἀπὸ τὰς ἀρετὰς ταύτας ποίαις ἄλλαις ἀκόμι γεννοῦνται;

Ἀπ. Τέσσαρες ἀρεταὶ γενικαί· φρόνησις, δικαιοσύνη, ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη.

Quaestio X.

Quaenam praeterea aliae virtutes ex istis oriuntur?

Resp. Quattuor virtutes generales: prudentia, justitia, fortitudo, temperantia.

Ἐρώτησις ια.

Ποία εἶναι ἡ Χριστιανικὴ φρόνησις;

Ἀπ. Ἡ φρόνησις ἡ Χριστιανικὴ εἶναι μία φροντίδα καὶ εὔνοια [2]) προμελετημένη καὶ προλογιασμένη, διὰ νὰ μὴν παροξύνωμεν τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον μας εἰς κᾂν ἕνα μας ἔργον ἢ λογισμόν. Διὰ τὴν ὁποῖαν φρόνησιν διδάσκει (Ματϑ. ι. ιϛ΄.) λέγων ὁ Κύριος· γίνεσϑε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί· τὸ ὁποῖον ἑρμηνεύων ὁ ϑεῖος Παῦλος (Ἐφ. έ. ιέ.) λέγει· βλέπετε οὖν πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ᾽ ὡς σοφοὶ· ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. Διὰ τοῦτο μὴ γίνεσϑε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες, τί τὸ

Quaestio XI.

Prudentia christiana cujusmodi est?

Resp. Prudentia christiana est sollicitudo quaedam ac recta voluntas, jam antea praemeditata, sollertique circumspectu subducta; ut ne Deum proximumque nostrum ulla nostra sive actione sive cogitatione offendamus. De hac prudentia sic docet Dominus (Matth. X, 16.): Estote prudentes ut serpentes, et simplices ut columbae. Quod divinus Paulus hoc modo uberius exponit (Eph. V, 15.): Videte igitur quomodo accurate ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes; redimentes opportunitatem, quoniam dies mali sunt. Propterea ne estote impruden-

---

1) qu. 39—44. 2) Margo quaerit, an πρόνοια sit legendum. Haec quum Dei magis sit, quam hominum, εὔνοια non spernenda videbatur esse, modo intelligamus, esse animi statum prudentia et sinceritate recte temperatum. Apud Graecos non dici nisi de benevolentia scio, sed multa vocabula, amissa sua significatione, aliam induerunt naturam.

θέλημα τοῦ Κυρίου. Ἡ τοιαύτη Χριστιανικὴ φρόνησις θεμελιώνεται εἰς τὴν καθαρότητα καὶ ἀδολότητα τῆς καρδίας καὶ εἰς πᾶσαν κόσμιότητα καὶ ἐπιεικείαν καὶ εἰς πᾶσαν κρίσιν, διὰ νὰ μὴν ἀπατώμεθα ἀπὸ τὸν ἐχθρὸν τῆς ψυχῆς μας, καὶ ἀπ' ἐκείνους, ὁποῦ μᾶς ἐπηρεάζουσιν.

tes: sed intelligentes, quae sit voluntas Domini. Hujusmodi prudentia christiana fundatur in munditia et germana cordis simplicitate, in omni honestate et aequitate, in omni judicio; ne forte imprudentibus nobis animarum nostrarum hostis imponat, aliique, qui negotia nobis ac molestias exhibent.

Ἐρώτησις ιβ'.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ δικαιοσύνη;

Ἀπ. Ἡ δικαιοσύνη εἶναι μία ἀρετὴ, ὁποῦ διαμερίζει καθ' ἑνὸς ἐκεῖνο, ὁποῦ τοῦ πρέπει, καὶ φυλάττει τὸ ἴδιόν του, χωρὶς νὰ βλέπῃ πρόσωπα· ὄχι μόνον εἰς τὰς ὑποθέσεις τοῦ πλούτου, ἀλλὰ καὶ τῆς τιμῆς καὶ τῶν ἀξιωμάτων. Ἡ δὲ Χριστιανικὴ δικαιοσύνη ὄχι μόνον ἀνταποδίδει καλὸν ἀντὶ κακοῦ· ἀλλὰ μήτε συγχωρᾷ, νὰ ἐπιθυμοῦμεν κακὸν εἰς ἐκεῖνον, ὁποῦ μᾶς ἔκαμεν κακόν· κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Ἀποστόλου (Ῥωμ. ιβ'. ιζ'.) λέγοντος· μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες, προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων. Κατὰ τὴν δικαιοσύνην ταύτην [1]) λέγει (Ῥωμ. ιγ'. ζ'.) ὁ ἴδιος Ἀπόστολος· ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ

Quaestio XII.

Quid rei est justitia?

Resp. Iustitia est virtus, suum ac debitum cuique tribuens. Quae, quod sui muneris est, sine respectu personarum observat; non modo in caussis rebusque pecuniariis, sed et quae ad existimationem dignitatemque pertinent. Christiana autem justitia non modo malum bono compensat; sed nec permittit, ut male de nobis merito male velimus, secundum doctrinam Apostoli (Rom. XII, 17.): Nemini malum pro malo reddite, procurantes honesta in conspectu omnium hominum. De justitia ipsa sic idem loquitur Apostolus (Rom. XIII, 7.): Reddite igitur unicuique quod debetur; cui ve-

---

1) Scripsi e marg. pro αὐτήν. Non enim agitur de aliis rebus, a quibus auctor se ad ipsam justitiam revocet; sed de hac justitia, quam christianam esse dixit, oppositam officio illi, cui omnes omnino sunt obstricti.

τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν. Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νόμον πεπλήρωκεν.

ctigal, vectigal; cui tributum, tributum; cui timor, timorem; cui honor, honorem. Nemini quidquam debeatis, nisi hoc, ut vos invicem diligatis. Nam qui diligit proximum, legem explevit.

Ἐρώτησις ιγ'.

Τάχα οἱ προεστῶτες καὶ οἱ κριταὶ ἁμαρτάνουσιν εἰς τὴν δικαιοσύνην, ὅταν τιμωροῦσι τοὺς πταίστας κατὰ τὰ σφάλματά τους;

Ἀπ. Δὲν ἁμαρτάνουσιν· ἐπειδὴ δὲν εἶναι ἐξουσία παρὰ μόνον ἀπὸ τὸν Θεὸν, καθὼς (Ῥωμ. ιγ'. γ'.) λέγει ὁ Παῦλος· καὶ οἱ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν. Θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς· Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστι σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. Ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ· Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι.

Quaestio XIII.

Peccantne igitur Praetores et Iudices in justitiam, quando in sontes pro meritis animadvertunt?

Resp. Non peccant. Non enim ulla est potestas, nisi tantummodo a Deo, auctore Paulo (Rom. XIII, 3.): Et magistratus non bene agentibus terrori sunt, sed male agentibus. Vis igitur non timere magistratum [1])? fac quod bonum est, et laudem ab illo habebis. Dei enim minister est tuo bono. Quod si feceris id, quod malum est, time. Non enim frustra gladium gestat; nam Dei minister est, ultor ad iram illi, qui quod malum est fecerit.

Ἐρώτησις ιδ'.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ σωφροσύνη;

Ἀπ. Ἡ σωφροσύνη εἶναι μία μετριότης, ὁποῦ φυλάγει τινὰς εἰς τὸ φαγητὸν καὶ πιοτὸν καὶ ἔνδυμά

Quaestio XIV.

Quid est temperantia?

Resp. Temperantia est mediocritas, quam servat quisquam, in cibo ac potu ac vestitu; itemque in dictis

---

1) Restitui interrog. signum, quod Hofm. in comma non recte mutavit.

του καὶ ἀκόμι εἰς τὰ λόγιά του καὶ εἰς ὅλα του τὰ ἔργα, μὲ τὸ μέσον τῆς ὁποίας διαλέγει καὶ ὅ, τι εἶναι πρεπούμενόν του, κατὰ τὸν Ἀπόστολον ὁποῦ (Ῥωμ. ιγ΄. ιγ΄.) λέγει· ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν· μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ· ὁμοίως καὶ (ά. Κορ. ιδ΄. μ΄.) ἀλλαχοῦ· πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω.

factisque omnibus, per quam illud, quod sibi decorum est, prudenter deligit, dicente Apostolo (Rom. XIII, 13.): Sicut in die decenter ambulemus; non in comissationibus et ebrietatibus; non in cubilibus ac lasciviis; non in contentione atque aemulatione. Similiter alibi (I Cor. XIV, 40.): Omnia decenter et ex ordine fiant.

Ἐρώτησις ιε΄.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ ἀνδρεία;

Ἀπ. Ἡ ἀνδρεία λογιζομένη ὡς Χριστιανικὴ ἀρετὴ εἶναι μία σταθερότης τοῦ νοὸς, ὁποῦ ἔχει τινὰς πρὸς τὴν ἐνόχλησιν τῶν πειρασμῶν ἁπάντων, ὁποῦ πάσχει ἀπὸ τὸν ὁρατὸν ἢ ἀόρατον ἐχθρὸν διὰ τὸν Χριστόν· τὴν ὁποῖαν σταθερότητα ἑρμηνεύων ὁ Παῦλος, λέγει (Ῥωμ. ή. λέ.) οὕτως· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμὸς; ἢ λιμὸς; ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα; Καὶ κατωτέρω (στίχῳ λή.)· πέπεισμαι ὅτι οὔτε θάνατος οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι οὔτε ἀρχαὶ οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Περὶ τῶν τοιού-

Quaestio XV.

Quid est fortitudo?

Resp. Fortitudo, quatenus ut christiana virtus consideratur, est constans animi robur, quo quis omnes omnium tentationum procellas sustinet, quas ab invisibili pariter atque visibili hoste propter Christum perpetitur, quam animi constantiam sic describit Paulus (Rom. VIII, 35.): Quis nos separabit a caritate Christi? num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Et inferius (versu 38.): Nam mihi persuasum habeo, quod neque mors neque vita neque Angeli neque principatus neque potestates neque praesentia neque futura neque altitudo neque profunditas neque ulla res creata alia possit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu, Domino no-

των ἀρετῶν ἐδιδάξαμεν, ὅταν ὁμιλοῦσαμεν περὶ τῶν χαρισμάτων τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν.

stro. Verum de hujuscemodi virtutibus in superioribus disseruimus, quum de donis Spiritus sancti virtutibusque ceteris tractaremus. [1])

Ἐρώτησις ιϛ'

Τί πρᾶγμα εἶναι τὸ ἁμάρτημα;

Ἀπ. Τὸ ἁμάρτημα δὲν ἔχει ὕπαρξιν καθ' ἑαυτὸ, διατὶ δὲν εἶναι κτίσμα τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο δὲν ἠμπορεῖ νὰ ἑρμηνευθῇ, τί νὰ εἶναι. Μὲ ὅλον τοῦτο δυνατὸν εἶναι νὰ εἰποῦμεν, πῶς εἶναι μία θέλησις ἀχαλίνωτος τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ διαβόλου· ἢ καθὼς (ά. Ἰωαν. γ'. δ'.) λέγει ἡ ἁγία Γραφή· ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία· ἤγουν ἡ ἁμαρτία εἶναι παράβασις τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ παράβασις αὕτη εἶναι κυρίως μία ἐναντίωσις, ὁποῦ ἐναντιώνεται εἰς τὴν θέλησιν τοῦ Θεοῦ, προερχομένη [2]) ἀπὸ τὸν λογισμὸν καὶ ἀπὸ τὴν ἰδίαν προαίρεσιν τοῦ παραβάτου. Ἀπὸ τὴν ὁποίαν ἐναντίωσιν γεννᾶται ὁ θάνατος καὶ πᾶσα θεϊκὴ ὀργή· ὡς (Ἰακ. ά. ιέ.) λέγει, ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον.

Quaestio XVI.

Quid rei est peccatum?

Resp. Peccatum nullam per se exsistentiam habet, quoniam non est ens a Deo creatum. Ideoque explicari nequit, quid sit. Sed illud tamen haud absurde dixeris, effrenatam indomitamque quandam hominis et Diaboli voluntatem esse; sive ut describit sacra Scriptura (1 Ioh. III, 4.): Peccatum est iniquitas; sive peccatum est transgressio divinae legis; quae transgressio est contrarietas quaedam voluntati Dei repugnans, profecta ex ipso animi sensu et proprio deliberatoque peccantis consilio. Ex ea contrarietate mors oritur, omnisque ira divina, dicente Scriptura (Iac. I, 15.): Cupiditas concipiens parit peccatum; peccatum autem perpetratum mortem progignit.

---

1) P. I. qu. 74—80. 2) Recepi e marg. προερχομένη; agitur de *progrediendo* peccato, de ejus *origine*, non vero de *accessu* aliquo. Quare respui vulg. προσερχ.

'Ερώτησις ιζ'.

Εἰς πόσα διαιρεῖται ἡ ἁμαρτία;

'Απ. Κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφὴν ἄλλη ἁμαρτία εἶναι πρὸς θάνατον, καὶ ἄλλη ὄχι πρὸς θάνατον. Διὰ τοῦτο ἄλλα ἁμαρτήματα εἶναι θανάσιμα καὶ ἄλλα οὐ θανάσιμα.

Quaestio XVII.

Quotuplex est peccatum?

Resp. Ex sententia Scripturae aliud est peccatum ad mortem, aliud non ad mortem. Sunt igitur alia peccata mortalia alia non item.

'Ερώτησις ιή.

Τί εἶναι τὸ θανάσιμον ἁμάρτημα;

'Απ. Θανάσιμον ἁμάρτημα εἶναι, ὁπόταν ἡ ἄτακτος ἐπιθυμία τοῦ ἀνθρώπου θέλει κάμει τίποτες ἔργον, ὁποῦ νὰ τὸ ἐμποδίζῃ φανερὰ ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ, ἢ νὰ μὴν θέλει νὰ κάμῃ αὐτοθελῶς καὶ αὐτοπροαιρέτως ἐκεῖνο, ὁποῦ προστάσσει ὁ Θεός. 'Απὸ τὸ ὁποῖον πρᾶγμα ψύγεται ἡ πρὸς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπη· καὶ ἡ τοιαύτη ἐπιθυμία ξεχωρίζει τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, καὶ φονεύει τὸν, ἀφ' οὗ πληρωθῇ μὲ τὸ ἔργον. Διὰ τοῦτο καὶ θανάσιμον ἐμάθεμεν νὰ τὸ λέγωμεν, ὡς (Ῥωμ. ς'. κγ'.) λέγει ὁ 'Απόστολος· τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος. Μὰ ἡ συγκατάθεσις μόνη, ὁποῦ θέλει ἀποφασίσει τινὰς, νὰ τελειώσῃ τὴν ἁμαρτίαν, τραυματίζει τὴν ψυχὴν, μὰ δὲν τὴν θανατώνει τελείως.

Quaestio XVIII.

Quid est peccatum mortale?

Resp. Mortale peccatum est, quando perversa hominis cupiditas facinus aliquod divino praecepto plane vetitum designat; aut rursus non sua sponte, plenoque arbitrio suo, id praestat, quod a Deo jussum est; unde Dei proximique caritas refrigeratur. Hujusmodi cupiditas hominem a gratia Dei excludit, eumque, qui illam opere ipso perpetrat, interimit. Qua etiam re ejusmodi peccatum mortale appellare didicimus; auctore Apostolo (Rom. VI, 23.): Stipendium peccati mors est. Nuda vero consensio, per quam peccatum se commissurum quispiam destinat, grave illa quidem animae vulnus imponit, non tamen penitus enecat.

Ἐρώτησις ιθ'.

Εἰς πόσα διαιρεῖται τὸ θανάσιμον ἁμάρτημα;

Ἀπ. Τὸ θανάσιμον ἁμάρτημα ἄλλον εἶναι προπατορικὸν καὶ ἄλλον εἶναι προαιρετικόν.

Ἐρώτησις κ'.

Τί εἶναι τὸ προπατορικὸν ἁμάρτημα;

Ἀπ. Τὸ προπατορικὸν ἁμάρτημα εἶναι παράβασις τοῦ θείου νόμου, ὁποῦ ἐδόθηκεν εἰς τὸν παράδεισον μέσα τοῦ προπάτορος Ἀδάμ· ὅταν (Γεν. β'. ιζ'.) ἐῤῥέθη πρὸ αὐτόν· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Τοῦτο τὸ προπατορικὸν ἁμάρτημα ἐδιάβηκεν ἀπὸ τὸν Ἀδὰμ εἰς ὅλην τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν· διατὶ ὅλοι εἴμεσθαν τότε εἰς τὸν Ἀδάμ, καὶ οὕτω δι' ἑνὸς Ἀδὰμ διῆλθεν εἰς ὅλους ἡμᾶς ἡ ἁμαρτία. Διὰ τοῦτο καὶ συλλαμβανόμεθα καὶ γεννώμεθα μὲ τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· καθὼς διδάσκει ἡ ἁγία Γραφή, (Ῥωμ. ε'. ιβ'.) λέγουσα· δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Τοῦτο τὸ προπατορικὸν ἁμάρτημα μὲ οὐδεμίαν μετάνοιαν εἶ-

Quaestio XIX.

Quot in partes distribuitur mortale peccatum?

Resp. Peccatum mortale aliud originale est aliud voluntarium.

Quaestio XX.

Quid est peccatum originale?

Resp. Peccatum originale est transgressio legis Dei, quae in Paradiso, Adamo, generis humani auctori, his verbis data erat (Gen. II, 17.): Ex arbore scientiae boni et mali haudquaquam comedetis; quacunqua vero die ex illa comederitis, morte moriemini. Originale hoc peccatum ab Adamo per universam naturam humanam pervasit; quoniam omnes in Adamo illo tempore continebamur. Eaque ratione per unum Adamum in nos omnes permeavit peccatum. Idcirco hac labe inquinati concipimur omnes ac nascimur, docente Scriptura: (Rom. V, 12.) Per unum hominem introiit peccatum in mundum, et per peccatum mors; atque ita ad omnes homines mors pervagata est: quod in illo omnes peccaverant. Hereditarium hocce peccatum nulla poenitentia aboleri ex

ναι δυνατὸν νὰ ἐξαλειφθῇ, μόνον μὲ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἀφανίζεται διὰ τῆς ἐν σαρκὶ οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἐκχύσεως τοῦ τιμίου αἵματος αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο γίνεται μὲ τὸ μυστήριον τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· διατὶ ὁποῖος δὲν [1]) ἐβαπτίσθηκεν, ἐκεῖνος δὲν εἶναι ἐλεύθερος ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν, μὰ εἶναι υἱὸς ὀργῆς καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως, κατὰ τὸ (Ἰωαν. γ'. ε'.) εἰρημένον· ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

stirparique potest; sed tantummodo ex gratia Dei, per opus redemtionis Domini nostri Iesu Christi in assumta carne confectum, ejusque pretiosi sanguinis profusionem aboletur. Quod per mysterium sacri Baptismatis fit: quo quisquis non tinctus est, ille nondum ab hoc peccato expiatus est; sed irae divinae aeternique supplicii reus manet, prout dictum est (Ioh. III, 5.): Amen, amen, dico tibi, nisi quis genitus fuerit ex aqua et Spiritu, non poterit ingredi in regnum coelorum.

Ἐρώτησις κά.

Τί εἶναι τὸ προαιρετικὸν ἁμάρτημα τὸ θανάσιμον;

Ἀπ. Ἡ προαιρετικὴ ἁμαρτία ἡ θανάσιμος εἶναι ἐκείνη, ὁποῦ κάνομεν ὕστερα ἀπὸ τὸ βάπτισμα ἀτοίμας, μὲ τὴν ἰδίαν μας θέλησιν καὶ γνώμην, εἰς τὴν τελείαν μας ἡλικίαν, ἐναντίον τῆς φανερᾶς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ, ἐξαφήνοντες τὴν πρὸς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπην. Μὲ τὴν ὁποῖαν ἁμαρτίαν χάνομεν τὴν θείαν χάριν, ὁποῦ ἐλάβομεν εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ τὴν βασιλείαν τὴν οὐράνιον, καὶ γινόμεθα αἰχμάλωτοι τοῦ αἰωνίου θανάτου· ὡς (Ῥωμ. ς'. ις'.) φησὶν ὁ Ἀπόστολος· οὐκ

Quaestio XXI.

Quid est peccatum mortale voluntarium?

Resp. Peccatum mortale voluntarium illud est, quod nosmet ipsi post susceptum Baptisma, matura aetate, propria voluntate ac sententia nostra adducti contra manifestum mandatum divinum, seposita caritate Dei et proximi, perpetramus. Quo peccato divinae gratiae, quam in sacro baptismate accepimus, regnique coelestis jacturam facimus, mortique aeternae in captivitatem addicimur, dicente Apostolo (Rom. VI,

---

1) E marg. induxi pro vulg. δὲ, cui omnia adversa sunt.

οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν δοῦλοι ἐστὲ ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; Τοῦτο τὸ ἁμάρτημα λειώνεται μὲ τὴν μετάνοιαν καὶ μὲ τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὁπόταν ὁ ἱερεὺς ἀφίησι τὰ ἁμαρτήματα τοῦ μετανοοῦντος, εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἐξομολογήσεως.

16.): Nescitis quod, cui sistitis vos servos ad obediendum, ejus servi estis, cui obeditis; sive peccati in mortem, sive obedientiae in justitiam. Hoc peccatum poenitentia Deique misericordia, per Iesum Christum, Dominum nostrum, tollitur; quando sacerdos in confessione poenitentem sceleribus suis solvit.

Ἐρώτησις κβʹ.

Ποσαχῶς ἠμποροῦμεν νὰ διαιρήσωμεν τὸ εἰρημένον προαιρετικὸν ἁμάρτημα;

Ἀπ. Τριχῶς. Καὶ εἰς μὲν τὸ πρῶτον μέρος ἠμποροῦμεν νὰ βάλωμεν τὰ πλέον γενικὰ θανάσιμα ἁμαρτήματα, ἤγουν ἐκεῖνα, ἀπὸ τὰ ὁποῖα γενοῦνται ἄλλα. Εἰς δὲ τὸ δεύτερον ἐκεῖνα, ὁποῦ εἶναι ἐναντίον τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰς δὲ τὸ τρίτον ἐκεῖνα τὰ ἁμαρτήματα, ὁποῦ συνεχέστερον κράζουσι τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἐκδίκησιν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον.

Quaestio XXII.

Quot modis dividi potest hoc ipsum voluntarium peccatum?

Resp. Trifariam. In prima classe collocare possumus generaliora peccata mortifera, sive illa, de quibus alia subnascuntur; in secunda, quae in Spiritum sanctum committuntur; in tertia, quae frequentius vindictam divinam in hoc mundo efflagitant.

Ἐρώτησις κγʹ.

Ποῖα εἶναι τὰ πλέον γενικὰ θανάσιμα ἁμαρτήματα;

Ἀπ. Ταῦτα· ἡ ὑπερηφάνεια, ἡ πλεονεξία, ἡ πορνεία, ὁ φθόνος, ἡ γαστριμαργία, ἡ μνησικακία καὶ ἡ ἀκηδία.

Quaestio XXIII.

Quaenam generaliora peccata mortalia sunt?

Resp. Haec ipsa: superbia, avaritia, scortatio, invidia, helluatio, vindictae cupiditas, socordia.

Ἐρώτησις κδʹ.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ ὑπερηφάνεια;

Ἀπ. Ἡ ὑπερηφάνεια εἶναι μία ἄτακτος ἐπιθυμία τῆς ἰδίας δόξης χωρὶς δικαιοσύνην, διὰ νὰ ὑπερέχῃ τινὰς τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοίους του δικαίως ἢ ἀδίκως. Τὸ τοιοῦτον ἁμάρτημα ἦτον τὸ πρῶτον, ὁποῦ ἐγεννήθηκεν εἰς ἐκεῖνον τὸν Ἑωσφόρον, ἀπὸ τὸ ὁποῖον ὅλα τὰ ἄλλα ὡς ἂν ἀπὸ βρύσιν φαρμακεμένην ἀναβρύσασι. Δι' αὐτὸ (Παροιμ. ή. ιγʹ.) λέγει ἡ Σοφία· φόβος Κυρίου μισεῖ ἀδικίαν, ὕβριν τε καὶ ὑπερηφάνειαν[1]) καὶ ὁδοὺς πονηρῶν· καὶ ἀλλαχοῦ (Σειρ. ί. ζʹ.) ἡ Γραφή· μισητὴ ἔναντι Κυρίου καὶ ἀνθρώπων ὑπερηφανία. Τούτου τοῦ ἁμαρτήματος εἶναι ἐναντίον ἡ ἀρετὴ τῆς ταπεινώσεως, τὴν ὁποῖαν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς συνιστῶν καὶ παρακινῶντας μᾶς, νὰ τὴν διακρατοῦμεν, (Ματθ. ιά. κθʹ.) λέγει· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός[2]) εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

Quaestio XXIV.

Quid est superbia?

Resp. Superbia est inordinata et injusta gloriae suae ambitio, ut super alios sibi aequales, qua jure qua injuria, emineat. Hoc peccatum omnium primum erat, quod in Lucifero exoriebatur; ex quo, velut ex suffusa veneno scaturigine, cetera omnia promanarunt. De eo sic ait Sapientia (Proverb. VIII, 13.): Timor Domini odit injustitiam et injuriam et superbiam et vias improborum. Et alibi Scriptura (Sirach. X, 7.): Odiosa coram Domino et hominibus est superbia. Huic vitio contraria humilitatis virtus est, quam Dominus noster Iesus Christus commendans, nosque ad illam amplectendam adhortans, sic loquitur (Matth. XI, 29.): Discite a me, quod mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.

Ἐρώτησις κέ.

Ποῖα ἄλλα ἁμαρτήματα κατὰ μέρος γεννοῦνται ἀπὸ τὴν κακίαν ταύτην;

Quaestio XXV.

Quaenam praeterea peccata ex hoc vitio nascuntur?

---

1) In edit. LXX. ὑπερηφανίαν; ut paullo post ex Siracida. 2) Exstinxi jota subscr., quod hodie in hoc vocabulo omittunt. In N. T. recentior lectio est πραΰς. Paullo ante μᾶς circumflexo insignivi. Cfr. P. II. qu. 5. Sic recte scriptum est p. II. qu. 6. ἀπὸ μᾶς a nobis.

Ἀπ. Ταῦτα· τὸ νὰ ὑποπτεύεται τινὰς κακὸν διὰ τὸν πλησίον του, καὶ νὰ κατακρίνῃ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἢ κοσμικούς· τὸ νὰ μὴν ὑποτάσσεται τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν προεστώτων· ἡ καύχησις, ἡ ὑπόκρισις, αἱ φιλονεικίαι, τὰ πείσματα, αἱ διχοστασίαι, ἡ ἄκαιρος πολυπραγμοσύνη, ἡ οἴησις, ἡ ὀλιγωρία τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, ἡ εἰς τὸ κακὸν διατριβὴ καὶ συνήθεια, καὶ ἄλλα ὅμοια. Καὶ ὅποιος θέλει νὰ εἶναι ἐλεύθερος ἀπὸ τὴν ἁμαρτίαν τούτην, πρέπει νὰ ἔχῃ πάντοτε εἰς τὴν ἐνθύμησίν του τὸν λόγον, ὁποῦ (Γεν. γ΄. ιθ΄.) εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἀδάμ· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· καὶ τὴν τελευταίαν κρίσιν καὶ τὴν αἰώνιον κόλασιν, καὶ ἀκόμι τὰ λόγια τοῦτα τοῦ Ἀποστόλου ὁποῦ λέγει, ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. (Ἰακ. δ΄. ς΄. ά. Πετρ. έ. έ.)

Resp. Ista videlicet, ut male quis de proximo suo suspicetur; ut ecclesiasticos aut seculares homines temere damnet; ut ecclesiae ejusque Antistitibus non audiens dicto sit. Tum praeterea: Jactantia, hypocrisis, libido altercandi, pervicacia, dissensiones, intempestiva curiositas, arrogantia, neglectio praeceptorum Dei, familiaris usus ac consuetudo vitiorum, aliaque his similia. Quapropter qui ab hoc peccato immunis esse studet, illius animo semper infixa haereant oportet verba, quibus [1]) Adamum allocutus est Deus: (Gen. III, 19.) Terra es, et in terram reverteris; itemque memoria extremi judicii suppliciique aeterni, atque horum etiam Apostoli verborum (Jac. IV, 6. et I Petr. V, 5.): Quod Deus resistit superbis, humilibus autem gratiam impertit.

Ἐρώτησις κς΄.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ πλεονεξία;

Ἀπ. Ἡ πλεονεξία εἶναι μία ἄτακτος ἐπιθυμία, τοῦ νὰ ἔχῃ τινὰς πλοῦτον καὶ ὑποστατικά. Περὶ τοῦ ἁμαρτήματος τούτου λέγει (Παρ. κή. ις΄.) ἡ Γραφή· ὁ μισῶν ἀδικίαν μακρὸν

Quaestio XXVI.

Quid est avaritia?

Resp. Avaritia est opum et possessionum effrenata aviditas. De hoc peccato ita loquitur Scriptura (Prov. XXVIII, 16.): Qui odit iniquitatem, longaevus erit. Et

1) Norm. queis.

χρόνον ζήσεται· καὶ ὁ Ἀπόστολος (β΄. Πέτ. β΄. ιδ΄.)· καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίαις ἔχοντες, κατάρας τέκνα. Καὶ ἡ ἀρετὴ, ὁποῦ εἶναι ἐναντία εἰς τὴν κακίαν ταύτην, εἶναι ἡ ἐλευθερία· κατὰ τὸ (Ψαλ. ριβ΄.[1]) θ΄.) εἰρημένον· ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Apostolus (2. Pet. II, 14.): Cor habent exercitatum cupiditate habendi, filii maledictionis. Virtus huic vitio adversaria Liberalitas est, ut dicitur (Psal. CXII, 9.): Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in seculum seculi.

Ἐρώτησις κζ.

Ποῖα ἁμαρτήματα γεννοῦνται ἀπὸ τὴν πλεονεξίαν;

Ἀπ. Ἀπὸ τὴν πλεονεξίαν γεννοῦνται ταῦτα τὰ ἁμαρτήματα· ἁρπαγὴ, φόνος, δόλος, ψεῦδος, ἐπανάστασις, βία καὶ ὠμότης, ἀσπλαγχνία, ἀπανθρωπία, σκληρότης τῆς καρδίας, φθόνος, ἀπιστία, ἀδικία τῶν πτωχῶν καὶ ἄλλων ἀνθρώπων, φειδωλεία, κλεψία καὶ ἄλλα ὅμοια. Καὶ οὕτως ὁποῖος θέλει νὰ φύγει τοῦτο τὸ ἁμάρτημα, πρέπει νὰ ἔχῃ εἰς τὴν ἐνθύμησίν του τὴν ἑκούσιον πτωχείαν τοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· καθὼς ὁ ἴδιος (Ματθ. η΄. κ΄.) λέγει περὶ ἑαυτοῦ· αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει, ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίναι[2]). Καὶ ἔπειτα τοῦτο πρέπει νὰ λογιάζῃ, πῶς εἶναι οἰκονόμος

Quaestio XXVII.

Quaenam peccata oriuntur ex avaritia?

Resp. Ex avaritia haec exsistunt peccata: Rapinae, caedes, fraudes, mendacia, rebellio, vis et crudelitas, immisericordia, inhumanitas, durities animi, invidia, perfidia, injuria in pauperes aliosque, nimia tenacitas, furtum et quae sunt his finitima. Ideoque cui animus est hoc vitare peccatum, ille secum assidue voluntariam Christi, Domini nostri, paupertatem reputabit, quemadmodum ipse de se ipso ait (Matth. VIII, 20.): Vulpes speluncas habent, et volucres coeli nidos; sed Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Tum illud etiam cogitabit, quod oeconomus, non autem do-

1) Norm. ριά. 2) In N. T. κλίνῃ.

τοῦ πλούτου μὰ ὄχι κύριος· καὶ θέλει ἀποδώσει τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας του τῷ Θεῷ ἐν ὥρᾳ τῆς κρίσεως.

minus, suarum opum est: quod Deoque rationem oeconomiae suae aliquando in judicio daturus est.

Ἐρώτησις κή.

Quaestio XXVIII.

Τί εἶναι ἡ πορνεία ἢ ἡ ἀκολασία;

Quid est scortatio sive intemperantia?

Ἀπ. Ἡ πορνεία εἶναι μία ἄτακτος ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς ἐναντίον τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ· τὸ ὁποῖον γίνεται εἰς τὸ ἴδιον σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ὡς (ά. Κορ. ς'. ιή.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἂν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. Πρὸς τοῦτο [1]), ἐπειδὴ καὶ κάθα Χριστιανὸς εἶναι μέλος τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εὑρισκόμενος πορνικῶς μὲ ταῖς πόρναις, μολύνει τὸν ἑαυτόν του. Καὶ πῶς νὰ εἶναι μέλος τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, ὁ Ἀπόστολος τὸ διδάσκει, λέγων (ά. Κορ. ς'. ιέ.) οὕτως· οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστίν; ἄρα οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ποιήσω πόρνης μέλη; μὴ γένοιτο· καὶ περαιτέρω (στίχῳ ιή.)· φεύγετε τὴν πορνείαν. Εἰς τὴν

Resp. Scortatio est foeda et flagitiosa carnis libido, Dei praecepto repugnans, quae in proprium hominis corpus committitur, dicente Apostolo (I. Cor. VI, 18.): Omne peccatum, quod commiserit homo, extra corpus est; qui autem scortatur, in proprium corpus peccat. Praeterea, quoniam Christianus omnis membrum corporis Christi est; qui libidinose cum prostibulis volutatur, semet ipsum conspurcat. Quod autem fidelium quisque membrum corporis Christi sit, affirmat Apostolus (I Cor. VI, 15.): An nescitis, quod corpora vestra membra Christi sunt? tollensne [2]) ergo membra Christi, membra meretricis faciam? absit. Et mox (v.

1) Margo conjicit τούτῳ, quod novi quidpiam ad praegressa esset additurum. Vere autem nil novi video, sed eamdem sententiam amplius dilatatam. Reddiderim vulgatam: *quocirca*, *meditare etiam hoc*. 2) Interpres aliam lectionem secutus est, quam quae est in textu. Sequitur, eum ex N. T. verba reddidisse. Vacillat enim ibi lectio inter ἄρας, quae confirmatior est et recentioribus probabilior, et ἄρα, quod ex Jo. Damasc. cat. auctor secutus est. Paulo post ante *Εἰ* plene intercisi.

ἁμαρτίαν ταύτην ἀντίκειται ἡ ἀρετὴ τῆς σωφροσύνης.

18.): Fugite scortationem. Huic vitio virtus opposita est Temperantia.

Ἐρώτησις κθ'.

Ἀπὸ τὸ ἁμάρτημα τοῦτο ποῖα ἄλλα γεννοῦνται;

Ἀπ. Ἡ τύφλωσις τοῦ νοὸς, μῖσος πρὸς τὰ θεῖα, ἀσέβεια, φθόνος, ἀπόγνωσις, ἀσωτεία, ὄκνος, ἔχθρα πρὸς τὸν πλησίον καὶ ἄλλα ὅμοια. Μὰ ὅποιος θέλει νὰ φύγῃ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν, ἂς [1]) ἔχῃ πάντοτε εἰς τὸν νοῦν του, πῶς ὁ Θεὸς ἄλλου ποθὲν δὲν μένει, μόνον εἰς τὴν καθαρὰν καὶ σώφρονα καρδίαν. Διὰ τὸ ὁποῖον καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς παρακαλεῖ νὰ τοῦ δώσῃ ὁ Θεὸς καρδίαν καθαρὰν (Ψαλ. νά. ί. [2])) λέγων· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου.

Quaestio XXIX.

Quaenam alia peccata ex hoc oriuntur?

Resp. Excoecatio animi, odium rerum divinarum, impietas, invidia, desperatio, profusa luxuries, pigritia, inimicitiae adversus proximum aliaque consimilia. Hoc peccatum qui effugere se postulat, is semper suo cum animo volutabit, quod divinum numen nusquam alibi habitat, quam in mundo castoque pectore. Unde et sacer Vates Deum orat, ut mundum ipsi cor largiatur (Psal. LI, 10.): Cor mundum crea in me o Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ἐρώτησις λ'.

Τί πρᾶγμα εἶναι ὁ φθόνος;

Ἀπ. Ὁ φθόνος εἶναι μία λύπη καὶ πόνος τῆς καρδίας διὰ τὸ καλὸν τοῦ πλησίον· χαρὰ δὲ καὶ εὐφροσύνη διὰ τὸ κακὸν τοῦ πλησίον. Καὶ τοῦτο γίνεται, ἢ ὅταν ὁ πλη-

Quaestio XXX.

Quid est invidia?

Resp. Invidia est dolor atque aegritudo animi de aliquo proximi bono concepta, gaudium vero et laetitia de malo illius quopiam. Concipitur autem ex eo,

---

1) Recepi e marg. pro vulg. ἂν, cui partic. (*si*) nullus locus. Cfr. quae supra exposui p. I. qu. 42., ubi me rectum vidisse, sive ἂς particula est, quae ad imper. adjicitur vel ad conjunct., ut hic illius significationem accipiat, sive pronom. relat., hic ipse locus indicio est. Infra qu. 39 illud ἂς ad futur. appositum est, ut adhortatio inde fiat. Consentit Frischius, vertens: *der muss allezeit gedenken.* 2) Vulg. ιβ'. Correxi etiam in vers. ad nostrum vers. numerum.

σιόν μας εἶναι πλουσιώτερος, ἢ διατὶ ἔχει καὶ ἐκεῖνος ὁμοίαν πλουσιότητα. Τὸ αὐτὸ νοεῖται καὶ διὰ τὴν τιμὴν, διὰ ταῖς δόξαις, διὰ ταῖς ἐπιστήμαις καὶ τέχναις, καὶ διὰ ταῖς ἐπίλοιπαις ἀρεταῖς. Διὰ τὸ ὁποῖον ἁμάρτημα (ά. Πετ. β'. ά.) λέγει ἡ Γραφή· ἀποθέμενοι οὖν πᾶσαν κακίαν καὶ πάντα δόλον καὶ ὑποκρίσεις καὶ φθόνους καὶ πάσας καταλαλιάς, ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη τὸ λογικὸν καὶ ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε.

quod paullo fortasse opulentior nobis vicinus est; aut quod aeque lauta et copiosa in re ipse versatur. Idem de honore atque gloria, de scientiis artibusque et ceteris item virtutibus intelligitur. De hoc vitio ita loquitur Scriptura (I Pet. II, 1.): Proinde deposita omni malitia et omni dolo et simulationibus et invidiis et omnibus obtrectationibus, tanquam recens nati infantes ac rationale ac dolo vacuum appetite, ut per illud sensim adolescatis.

Ἐρώτησις λά.

Quaestio XXXI.

Ποῖα ἁμαρτήματα γενοῦνται ἀπὸ τὸν φθόνον;

Quaenam peccata ex invidia pullulant?

Ἀπ. Μῖσος, καταλαλιά, ὀλιγωρία, δόλοι, ἀπάται, φόνοι καὶ τὰ ὅμοια. Μὰ ὅποιος θέλει νὰ φύγῃ τοῦτο τὸ ἁμάρτημα, πρέπει νὰ λογιάζῃ, πῶς ὅ, τι πρᾶγμα καλὸν δίδεται εἰς τὸν ἄνθρωπον, ὅλον εἶναι ἀπὸ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ (ά. Κορ. δ'. ζ'.) εἰρημένον· τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; Καὶ καθ' ἕνας ὁποῦ φθονεῖ εἰς τὸ ἀγαθὸν, ὁποῦ δίδει ὁ Θεὸς, βλασφημᾷ τὸν Θεόν· καὶ εἶναι ὅμοιος ἐκείνου, πρὸς ὃν (Ματθ. κ', ιέ.) εἴρηται· εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; Εἰς

Resp. Odium, obtrectatio, contemtio, fraudes, circumscriptiones, caedes et similia. Ceterum, qui hoc cavere peccatum nititur; is ita cum animo suo statuet, quod quidquid boni homini contingit, id omne a divina gratia proficiscitur, uti dictum est (I Cor. IV, 7.): Quid habes, quod non accepisti? quod si accepisti, quid ita gloriaris, tamquam non acceperis? Quisquis vero alii bonum a Deo concessum invidet; ille Deo ipsi maledicit illique geminus germanus est, cui dictum fuit (Matth. XX, 15.): Si oculus tuus eo malus est, quod ego bonus sum? aut numquid non in re mea, quod facere volo, mihi liceat? Vi-

τὴν ἁμαρτίαν ταύτην εἶναι ἐναντία ἡ εὔνοια καὶ καλοθελησία.

tio huic contraria est Benevolentia et benevola animi affectio.

Ἐρώτησις λβ'.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ γαστριμαργία;

Ἀπ. Γαστριμαργία ἢ λεμαργία εἶναι μία ὑπερβολικὴ χρῆσις τοῦ φαγητοῦ καὶ ποτοῦ, ὁποῦ κάνει τινὰς ἔξω ἀπὸ τὴν διατεταγμένην συνήθειαν. Διὰ τὴν ἁμαρτίαν ταύτην ἡ ἁγία Γραφὴ (Λουκ. κά. λδ'.) λέγει οὕτω· προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς· καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη. Καὶ ἀλλαχοῦ (Ρωμ. ιγ'. ιγ'.) ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν μὴ κώμοις καὶ μέθαις.

Quaestio XXXII.

Quid est helluatio?

Resp. Helluatio sive gula est nimia cibi potusque ingurgitatio, quae praeter communem consuetudinem fit. De hoc vitio ita loquitur Scriptura (Luc. XXI, 34.): Attendite vobis, ut ne graventur corda vestra crapula et ebrietate et vitae sollicitudinibus, et derepente illa vobis dies superveniat. Et alibi (Rom. XIII, 13.): Composite ac decenter ut interdiu ambulemus, non in comissationibus et ebrietatibus.

Ἐρώτησις λγ'.

Ποῖα ἁμαρτήματα γεννοῦνται ἀπὸ τὴν γαστριμαργίαν;

Ἀπ. Ἀκηδία, ὀκνηρία πρὸς τὴν εὐσέβειαν, σαρκικὴ ἐπιθυμία, παίγνια καὶ γέλωτες ἀσχήμονες, αὐθάδεια, ὀλιγωρία τοῦ πλησίον, ὀνείδη, φιλονεικίαι, ἤθη βάρβαρα, νόσοι βαρεῖαι, ἀσωτεία καὶ τὰ ὅμοια. Εἰς τοῦτο τὸ ἁμάρτημα ἀντίκειται ἡ ἀρετὴ τῆς ἐγκρατείας καὶ ἡ συμμετρία, κατὰ τὸ εἰρημένον (ά. Κορ. ιδ'. μ'.)· πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω.

Quaestio XXXIII.

Quaenam peccata ex helluatione proveniunt?

Resp. Stupor et socordia, pigritia in negotio pietatis, cupiditates lascivae, joci risusque indecori, insolens sui amor aliorumque despicatio, probra, rixae, mores barbari, morbi capitales, profusa luxuries et similia. Huic vitio opposita est sobrietas et laeta frugalitas, prout dictum est (I Cor. XIV, 40.): Omnia decenter et ordinate fiant.

Ἐρώτησις λδʹ.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ μνησικακία;

Ἀπ. Ἡ μνησικακία εἶναι μία ἀναμμένη ἐπιθυμία, διὰ τὴν ὁποῖαν θέλει ὁ θυμωμένος νὰ κάμῃ ἐκδίκησιν εἰς τὸν ἀντιλυπήσαντα αὐτὸν, εἴτε ἀληθῶς εἴτε φαινομένως νὰ τὸν ἐλυπῆσε [1]). Διὰ τοῦτο τὸ ἁμάρτημα οὕτω (Ἰακ. ά. ιθ΄.) λέγει ἡ ἁγία Γραφή· ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν. Ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται. Καὶ ἀλλαχοῦ· (Ἐφ. δ΄. λά.) πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ.

Quaestio XXXIV.

Quid est injuriae memoria sive ultionis studium?

Resp. Vindictae studium est inflammata quaedam cupiditas, qua ad ultionem de eo, qui laeserat, sive re vera laeserit sive laesisse videatur, sumendam homo iratus exardescit. De hoc peccato ita loquitur Scriptura (Jac. I, 19.): Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram. Nam ira viri Dei justitiam non efficit. Et alibi (Ephes. IV, 31.): Omnis amarulentia et indignatio et ira et vociferatio et maledicentia tollatur a vobis, una cum omni malitia.

Ἐρώτησις λέ.

Ποῖα ἁμαρτήματα γεννοῦνται ἀπὸ τὴν πεπαλαιωμένην ταύτην ὀργὴν ἤγουν τὴν μνησικακίαν;

Ἀπ. Ἀπὸ τὴν μνησικακίαν γεννοῦνται πάλιν φιλονεικίαι, φθόνοι, φόνοι, παραφροσύναι, ἄμυναι, ζημίαι [2]) καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Εἰς τὴν ἁμαρτίαν τούτην ἀντίκειται ἡ ἀρετὴ τῆς ὑπομονῆς, τὴν ὁποῖαν φανερώνει ὁ Ἀπόστολος, (Ἑβρ.

Quaestio XXXV.

Quaenam peccata ex inveterata hac iracundia sive injuriae memoria gignuntur?

Resp. Ab ultionis studio denuo nascuntur studium contentionis, invidentia, caedes, delirationes, ultiones, damna et his affinia. Huic vitio patientiae opposita est virtus, quam declarat Apostolus his verbis

1) Scripsi ita e marg. Vulg. ἐλυπήση, qualis forma ne apud hunc quidem auctorem exsistit. 2) In Hofm. librum irrepsit ξημίαι per errorem typogr. Nusquam vero exstat vocabulum. Ζημίαι sunt detrimenta, quae quis ulciscendi caussa aliis infert. Frischius: *Beschädigungen.*

ι. λϛ΄.) λέγωντας· ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν.

(Hebr. X, 36.): Patientia vobis opus est, ut voluntatem Dei peragentes promissam mercedem reportetis.

Ἐρώτησις λϛ΄.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ ἀκηδία ἢ ὁ ὄκνος;

Ἀπ. Ἡ ἀκηδία εἶναι μία ψυχρότης καὶ ἀμέλεια διὰ τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς τὴν αἰώνιον, διὰ τὴν ὁποῖαν ἀμέλειαν ὁ ἄνθρωπος λυπεῖται καὶ ἀγανακτεῖ διὰ τὸ καλὸν, ὁποῦ μέλλει νὰ κάμῃ· διατὶ φεύγει τὸν κόπον τὸν πρὸς τὸ ἀγαθὸν συμβαλλόμενον. Ἐναντίον τῆς ὁποίας γράφωντας ὁ Ἀπόστολος (Ἑβρ. ϛ΄. ιβ΄.) λέγει οὕτω· ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε, μιμηταὶ δὲ τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας. Τοῦτο καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἑρμηνεύων λέγει (Ματθ. κέ. κϛ΄.) πρὸς τὸν ὀκνηρὸν ἐκεῖνον δοῦλον· πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ ᾔδεις, ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅθεν οὐ διεσκόρπισα· καὶ κατωτέρω· (ςίχῳ λ΄.) καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐμβάλλετε[1]) εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Quaestio XXXVI.

Cujusmodi res est socordia et torpor?

Resp. Socordia est frigus et negligentia in procuranda aeterna animae salute. Unde evenit, ut cum gemitu et stomacho homo agat, quidquid boni acturus est. Fugit enim laborem, qui ad bonum perficiendum conducit. Contra quod vitium ita scribit Apostolus (Hebr. VI, 12.): Ne segnes sitis, sed potius imitatores eorum, qui per fidem et patientiam hereditatem obtinuerunt promissionum. Idem exponens Servator noster, torpidum illum et ignavum servulum hoc modo alloquitur (Matth. XXV, 26.): Serve nequam et piger, sciebas quod metam, ubi non seminavi, et colligam illinc, ubi non sparsi. Et inferius (v. 30.): Inutilem istum servulum ejicite in tenebras exteriores, ubi erit ejulatio et stridor dentium.

---

1) In nostro N. T. est ἐκβάλλετε, vel ex Griesbachii tempore ἐκβάλετε. Nolui vero hunc textum mutare, quo jam, qui ad marg. scripsit, offensus fuit. Exstat enim lect. ἐμβάλλ. in germ. I. teste Griesbachio.

'Ερώτησις λζ'.

Ποῖα ἁμαρτήματα γεννοῦνται ἀπὸ τὴν ἀκηδίαν;

'Απ. 'Εκούσιος ἔκλυσις, πρόφασις τῆς ἁμαρτίας, σκάνδαλον, θρύψις, ὑποψία [1]), καὶ ἄλλα ὅμοια τούτοις. Εἰς τοῦτο τὸ ἁμάρτημα ἀντίκειται ἡ ἀρετὴ τῆς προσοχῆς καὶ ἐπιμελείας, πρὸς τὴν ὁποίαν ὁ Χριστὸς παρακινῶντας (Ματθ. κέ. ιγ'.) λέγει οὕτω· γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται· καὶ ὁ 'Απόστολος (ά. Πετ. έ. ή.) λέγει· νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν, τίνα καταπίῃ, ᾧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει.

Quaestio XXXVII.

Quaenam peccata nascuntur de socordia?

Resp. Dissolutio voluntaria, praetextus peccandi, scandalum, vita voluptaria, insolentia aliaque his gemina. Huic vitio adversatur virtus attentionis et exsomnis industriae. Ad quam ita cohortatur Christus (Matth. XXV, 13.): Vigilate igitur, quoniam nescitis diem et horam, qua Filius hominis venturus est. Et Apostolus ait: (I Petr. V, 8.): Sobrii estote, vigilate, quoniam adversarius vester, diabolus, tanquam leo rugiens, obambulat quaerens, quem deglutiat; cui resistite confirmati in fide.

'Ερώτησις λή.

Ποῖα εἶναι τὰ ἁμαρτήματα τὰ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα;

'Απ. 'Η πολλὴ καὶ ἄτοπος πεποίθησις εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ· ἡ ἀπόγνωσις ἤγουν τὸ νὰ μὴ θαῤῥῇ τινὰς εἰς τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ἡ ἀντιλογία εἰς τὴν φανερὰν καὶ κεκυρωμένην ἀλήθειαν· καὶ ἡ

Quaestio. XXXVIII.

Quaenam sunt peccata, quae in Spiritum sanctum committuntur?

Resp. Nimia et absurda in gratiam Dei fiducia, itemque desperatio; quando quis misericordiae divinae penitus diffidit; contradictio contra manifestam ac constabilitam veritatem at-

---

1) Non ausus sum vulg. mutare, modo intelligamus de *suspicione ignavi*, in quam cuncti incurrunt. Consentit Frischius, qui vertit: *böser Wahn*. Latinus interpres non bene reddidit. Conj. marginis ὑπεροψία non commendabilis; *contemtus* enim non ex ignavia.

ἄρνησις τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῶν Χριστιανῶν.

Ἐρώτησις λθ'.

Τί εἶναι ἡ πολλὴ πεποίθησις εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ;

Ἀπ. Ἡ πολλὴ πεποίθησις εἶναι τὸ πολὺ θάῤῥος, ὁποῦ ἔχει τινὰς εἰς τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ, ὅταν ἐλπίζει, πῶς ἁμαρτάνωντας δὲν θέλει τοῦ κρατήσειν ὁ Θεὸς τὴν χάριν του μήτε θέλει τὸν τιμωρήσει. Καὶ μὲ τὸν τρόπον τοῦτον ὀλιγωρεῖ τὴν θείαν δικαιοσύνην. Καὶ ὅποιοι εἰς τοῦτο τὸ σφάλμα ὑπόκεινται, ἂς ἀκούσουσι τοῦ Ἀποστόλου, ὁποῦ τοὺς διδάσκει, (Ῥωμ. β'. δ'.) λέγων· ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Τοιοῦτοι εἶναι ἐκεῖνοι, οἳ ὁποῖοι ἀποκοτοῦσι καὶ λέγουσι παῤῥησίᾳ· ὅταν θέλῃ ὁ Θεὸς, σώζομαι· καὶ ὅταν δὲν θέλῃ, χάνομαι.

que inficiatio Orthodoxae Christianorum fidei. [1])

Quaestio XXXIX.

Quaenam est nimia fiducia in gratiam Dei?

Resp. Nimia isthaec fiducia est temeraria quaedam confidentia, quam quis de misericordia Dei sibi sumit. Nimirum dum sperare audet, Deum gratiam suam quamvis perseveranti in flagitiis non occlusurum, nec poenam ab ipso repetiturum; eoque modo divinam justitiam flocci non facit. Hoc gravissimo errore qui conflictantur, audiant illi sane Apostolum, ita eos edocentem (Rom. II, 4.): Aut divitias bonitatis illius et tolerantiae et lenitatis contemnis? ignorans hanc Dei bonitatem te ad poenitentiam invitare? Tu vero pro duritia tua cordisque impoenitentia iram tibi ipsi coacervas in die irae et revelationis justi judicii Dei. De hoc genere illi sunt, quos effreno ore palam dictitare non pudet: Deo ita volente, salvus ero; non volente, pereo. Eoque omnem emen-

---

1) Frischius ad finem resp. haec addit: *In andern werden auch diese gefunden: Hass gegen die geistlichen Güter, welche der Nächste von Gott empfängt. Verharrung in Sünden und Veraltung im Bösen. Hindansetzung der Busse bis an den Abschied aus diesem Leben.* Quae quidem docent, Slavica aliquando retractata et emendata fuisse. Illa, quae in textu gr. sunt, videntur antiquiora; haec a Frischio memorata et aptiora et a docto homine multo post emendationis loco adjecta.

Διὰτὸ ὁποῖον καθόλου δὲν ἐπιμελοῦνται νὰ διορθωθοῦσι [1]), μὰ ὀλιγωροῦντες καταφρονοῦσι τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς τους· τοὺς ὁποίους ἡ ἁγία Γραφὴ νουθετᾶ λέγουσα (Ματθ. ιή. ιδ'.)· οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων. Καὶ διὰ τοῦ προφήτου (Ἰεζ. λγ'. ιά.) φησὶν ὁ Κύριος· ζῶ ἐγὼ, λέγει ἀδωναὶ [2]) Κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι τὸν ἀσεβῆ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ, καὶ ζῆν αὐτόν. Καὶ εἰς ἄλλον τόπον (ά. Τιμ. β'. δ'.) λέγει ὁ Ἀπόστολος· τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ὃς θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Ὁμοίως σφάλλουσι καὶ ἐκεῖνοι, ὁποῦ μὲ μόνην τὴν πίστιν χωρὶς καλὰ ἔργα ἐλπίζουσι νὰ κληρονομήσουσι τὴν αἰώνιον ζωήν.

dandae vitae curam abjiciunt, animarumque suarum salutem exitiabili securitate negligunt. Cujusmodi homines his verbis sacra Scriptura ad frugem revocat (Matth. XVIII, 14.): Non est voluntas coram Patre vestro coelesti, ut unus aliquis pusillorum istorum pereat. Et per Prophetam pronunciat Dominus (Ezech. XXXIII, II.): Ut vivo ego, inquit Adonai, Dominus, non volo mortem peccatoris, praequam ut convertat sese impius de via sua et vivat. Tum alio loco Apostolus (I Tim. II, 4.): Nam hoc bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui cunctos homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Pariter et illi in errore versantur, qui sola fide, sine bonis operibus, vitae aeternae hereditatem adituros se sperant.

Ἐρώτησις μ'.

Τί πρᾶγμα εἶναι ἡ ἀπόγνωσις διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ εὐσπλαγχνίαν;

Ἀπ. Ἡ ἀπόγνωσις εἶναι

Quaestio XL.

Quid rei est desperatio divinae misericordiae?

Resp. Desperatio est

---

1) Vulg. praebet monstrum formae: διορθωτοῦσι, quod nullo loco exstare puto. Litera θ pro τ injecta tum conjunctiv. habemus, quem conj. νὰ praegr. fere quaerimus, tum signif. med., sine qua locus vacillat. 2) Non est in LXX. edit. Totus locus libere redditus. In loco 1. Timoth. mox citato alius verborum ordo in N. T.

μία δυσπιστία [1]) διὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ, ὁποῦ ἔχει ὁ ἁμαρτωλὸς ὑπολαμβάνωντας κακῶς, πῶς διὰ τὰ ἁμαρτήματα, ὁποῦ ἔκαμεν, ἢ διὰ τὰ καλὰ, ὁποῦ δὲν ἔκαμεν, ὁ Θεὸς δὲν θέλει τοῦ συγχωρήσειν, ἢ δὲν τὸν θέλει βάλει εἰς τὴν χάριν του· λογιάζωντας πῶς τάχα ἡ ἀνθρωπίνη πονηρία περισσεύει τὴν ἐλεημοσύνην τοῦ Θεοῦ· καθὼς (Γεν. δ'. ιγ'.) εἶπεν ὁ Κάϊν· μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Καὶ ἡ τοιαύτη μεγάλη βλασφημία ὠνείδιζε πολλὰ τὴν θείαν ἐλεημοσύνην καὶ χρηστότητα. Διὰ τοῦτο δὲν πρέπει τινὰς ἂν εἶναι καὶ φορτωμένος ἀπὸ βαρυτάταις ἁμαρτίαις, νὰ ἀπελπίζεται ποτὲ ἀπὸ τὴν ἄπειρον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν· ἐνθυμούμενος τὸν ἄσωτον υἱὸν, τὸν ὁποῖον μετανοήσαντα ἐδέξατο μὲ ἱλαρώτατον πρόσωπον καὶ καρδίαν· μὲ τὸ ὁποῖον πρᾶγμα ἐδίδαξεν, ὄχι μόνον ἑπτὰ φοραῖς (Ματθ. ιή κβ'.) νὰ συγχωροῦμεν τοῦ ἀδελφοῦ μας, ὁποῦ θέλει σφάλει εἰς ἡμᾶς, ὅταν ἐπιστρέφῃ, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ τῆς ἡμέρας. Καὶ διὰ τοῦ προφήτου (Ἰωήλ. β'. ιβ'.) λέγει· ἐπιστράφητε πρός με ἐξ ὅλης

diffidentia in misericordiam Dei, inde apud peccatorem oborta, quod perperam existimat, ob facinora a se perpetrata aut bona opera praetermissa nolle Deum veniam sibi concedere in gratiamque sese recipere, et humanam malitiam improbitatemque divinam misericordiam propemodum superare autumat; sicuti dicebat Cainus (Gen. IV, 13.): Major est culpa mea, quam quae remittatur mihi. Quae immanis profecto blasphemia divinae misericordiae bonitatique summam maximamque contumeliam imposuit. Quapropter quamvis gravissimis quisquam onustus atque coopertus sceleribus sit, minime tamen committere debet, ut de immensa Dei erga genus humanum clementia diffidentius desperantiusque sentiat; sed filii luxu perditi secum reputet exemplum, quem resipiscentem laetissimo vultu ac pectore pater coelestis excepit. Quo ipso luculenter ostendit, non solum septies veniam nos fratri, in nos quidpiam delinquenti delictique sui poenitentiam agenti, dare debere; sed vel septuagies septies quotidie (Matth. XIIX, 22.). Idem per Prophetam dicit (Joël. II,

1) Vulg. δυσπιτία, quae quid sibi velit, nemo ne auguretur quidem. Δυσπιστία conj. marginalis est, quam reddit Frischius, in Slavicis idem se invenisse, indicans: *ein Unglaube* wegen der Barmherzigkeit Gottes.

τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐν νηστείᾳ, (καὶ ἐν σάκκῳ [1])) καὶ ἐν κλαυθμῷ, καὶ ἐν κοπετῷ. Καὶ διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν, καὶ ἐπιστρέψατε πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν· ὅτι ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ἐστὶ, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις.

12.): Convertimini ad me ex toto corde vestro, et in jejunio (et in sacco) et in fletu et in planctu. Et discindite corda vestra, non autem vestimenta vestra; et convertimini ad Dominum, Deum vestrum; quoniam misericors et mitis est, lentus ad iram et multa miseratione et poenitens de malis.

Ἐρώτησις μά.

Τί εἶναι ἡ ἀντιλογία ἢ τὸ πεῖσμα, ὁποῦ κάνει τινὰς εἰς τὴν φανερὰν ἀλήθειαν;

Ἀπ. Τὸ πεῖσμα ἢ ἡ ἀντιλογία ἐναντίον τῆς γνωρισμένης καὶ βεβαιωμένης ἀληθείας εἶναι μία ἁμαρτία, ὁπόταν τινὰς γνωρίζει μὲ ἀκρίβειαν τὸ καλὸν, μὰ διὰ νὰ ἁμαρτάνῃ μὲ περισσοτέραν ἄδειαν, τὸ πολεμεῖ μὲ πεῖσμα, μὲ λόγον καὶ ἔργον, ἀνθισταμένης τῆς συνειδήσεώς του. Διὰ τοὺς πράττοντας τὸ τοιοῦτον ἁμάρτημα (Ρωμ. ά. ιή.) λέγει ἡ Γραφή· ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. Τὸ ὅμοιον ἁμαρτάνουσι καὶ ἐκεῖνοι, ὁποῦ τὰ ἀγαθὰ ἔργα τοῦ πλησίον τὰ διαβάλλουσι, λέγοντες, τὰ νὰ μὴν εἶναι ἐκ Θεοῦ· καθὼς οἱ Φαρισαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι ἐκάνα-

Quaestio XLI.

Quid est contractio aut pervicacia, quam quis in manifestam veritatem committit?

Resp. Haec pervicacia aut contradictio contra compertam et constabilitam veritatem est peccatum ejusmodi, nempe, quando quod bonum rectumque est, pulchre accurateque tenet quisquam; verum ut majore securitate peccet, dictis factisque, quamquam repugnante conscientia, pertinacissime illud oppugnat. De iis, qui hoc modo peccant, ita loquitur Scriptura (Rom. I, 18.): Manifestatur enim ira Dei de coelo super omnem impietatem et injustitiam hominum, qui veritatem in injustitia detinent. Consimilem illi errorem errant, qui bona opera proximi sui per calumniam traducunt, negantes ea a Deo profecta esse, quemadmodum cum Christo

1) Verba inclusa non sunt apud LXX. interprett. Paullo post pro ἐπιστρέψατε legitur apud hos ἐπιστράφητε.

σι κατὰ τοῦ Χριστοῦ· ὅταν ἐδίωκε τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα λόγῳ καὶ ἐθαυματούργει. Εἰς τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν εὑρίσκεται καὶ ἐκεῖνος, ὁποῦ φθονεῖ εἰς τὸν πλησίον του διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐκεῖνος, ὁποῦ δὲν διδάσκει τοὺς ἀμαθεῖς τὰ ἄρθρα τῆς πίστεως διὰ τὴν πονηρίαν του· τὸ ὁποῖον πάθος ἐσὺ, Χριστὲ βασιλεῦ, ἐκρίζωνε [1]) τὸ ἀπὸ τὰς καρδίας πάντων τῶν καθολικῶν καὶ ὀρθοδόξων Χριστιανῶν. Τὸ αὐτὸ πρέπει νὰ νοῆται καὶ δι' ἐκείνους, ὁποῦ ἐπιγράφουσιν εἰς ὑπόκρισιν τὴν εὐσέβειαν καὶ τὰς λοιπὰς ἀγαθοεργίας, ὁποῦ εἶναι καρποὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἔτι δὲ εἰς τοῦτο ἁμαρτάνουσι καὶ ὅσοι τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ ἀρνοῦνται, κατὰ τὸ (Ματθ. ι. λβ'.) εἰρημένον· πᾶς ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

Pharisaei et Judaei agebant, ubi impuros spiritus verbo illum expellere et miracula patrare viderent. Eidem peccato obnoxius tenetur, et qui proximo concessam a Deo gratiam invidet, et qui pietatis ignaros, ex mera animi malitia, religionis Christianae capita docere negligit. Quam tu Rex Christe pestem de pectoribus omnium Catholicorum et Orthodoxorum Christianorum, radicitus evelle. Par idemque de iis judicium esto, qui pietatem veram et cetera bene recteque facta opera, qui Spiritus sancti fructus sunt, in censum fictae simulationis referunt. Hoc et illi errore capti sunt, qui sacramentum Christi fidemque exuunt, quemadmodum dictum est (Matth. X, 32.): Omnis qui confitetur me coram hominibus, illum et ego confitebor coram Patre meo, qui in coelis est; sed qui me inficiatur coram hominibus, illum item ego coram Patre meo, qui in coelis est, inficiabor.

1) Correxi e marg. vulg. ἐῤῥίζωνε, quod nullum verbum est. Illa vero justa posteriorum Graecorum forma, ut ex φανερόω φανερώνω, ex ἐλευθερόω ἐλευθερώνω p. 83. ex τυπόω τυπώνω q. 47. facta sunt. Art., qui sequitur, quum sit pro demonstrat., insignivi accentu, ut paullo ante feci in verbis: λέγοντες τὰ νὰ μὴν εἶναι.

Ἐρώτησις μβ'.

Ποῖα ἁμαρτήματα εἶναι ἐκεῖνα, ὁποῦ κράζουσιν ἐκδίκησιν ἀπὸ Θεοῦ συνεχέστερον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον;

Ἀπ. Ταῦτα· ὁ θεληματικὸς φόνος, περὶ οὗ ἡ ἁγία Γραφὴ (Γεν. δ'. ι'.) λέγει· φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με ἐκ τῆς γῆς. Ἔπειτα τὸ ἔργον τῶν Σοδομιτῶν, καθὼς (Γεν. ιή. κ'.) λέγει ὁ Κύριος· κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομώῤῥας [1]) πεπλήθυνται πρὸς με· καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Καταβὰς οὖν ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. Ὁμοίως καὶ ἡ τῶν πτωχῶν καὶ χηρῶν καὶ [2]) ὀρφανῶν ἐπήρεια· καὶ ἡ ἀποστέρησις τῆς πλερωμῆς τῶν ἐργατῶν, κατὰ τὴν Μαλαχίου (κεφ. γ'. ε') προφητείαν· καὶ προσάξω πρὸς ὑμᾶς ἐν κρίσει, καὶ ἔσομαι μάρτυς ταχὺς ἐπὶ τοὺς φαρμακοὺς, καὶ ἐπὶ τὰς μοιχαλίδας, καὶ ἐπὶ τοὺς ὀμνύοντας τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀποστεροῦντας μισθὸν μισθωτοῦ, καὶ καταδυναστεύοντας χήρας [3]) καὶ κονδυλίζοντας ὀρφανούς· καὶ τοὺς ἐκκλίνοντας κρίσιν προσηλύτου,

Quaestio XLII.

Quaenam ea peccata sunt, quae divinam vindictam frequentius in hoc mundo exposcunt?

Resp. Haec ipsa: Homicidium consulto consilio commissum, de quo sic habet Scriptura (Gen. IV, 10.): Vox sanguinis fratris tui ad me de terra clamitat. Dein flagitium Sodomitarum, dicente Domino (Gen. XVIII, 20.): Clamor Sodomorum et Gomorrhae multiplicatus est apud me; et eorum peccata nimis magna sunt. Descendam igitur visamque, si secundum clamorem, qui ad me pervenit, omnia illic patrantur; sin autem non, ut certo sciam. Eodem modo et pauperum viduarumque ac pupillorum vexatio et defraudatio pactae operarum mercedis; secundum Prophetiam Malachiae (III, 5.): Et accedam ad vos in judicio, et ero testis velox adversus veneficos et adulteras, et qui per nomen meum pejerant, et qui mercedem mercenarii intervertunt, et qui potentia sua opprimunt viduas et orphanos pugnis contundunt, et qui judicium peregrini per-

1) Scribitur in LXX et in N. T. *Γομόῤῥα.* Nescio an, quae hic est scribendi ratio, rectius se habeat, si hebr. vocabuli rationem teneamus. 2) Liberavi *καὶ* e parenthesi, quae ante fuit. 3) Apud LXX. *χήραν*, a quibus etiam ante *κονδυλίζοντας* art. *τοὺς* repetitur.

καὶ τοὺς μὴ φοβουμένους με, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Καὶ εἰς τοῦτα ἠμποροῦμεν νὰ προσθέσωμεν καὶ τὴν ὀλιγωρίαν καὶ ἀχαριστίαν τὴν πρὸς τοὺς πατέρας, ὡς (Ἐξ. κά. ιέ.) φησὶν ἡ Γραφή· ὃς τύπτει πατέρα ἢ μητέρα αὐτοῦ, θανάτῳ θανατούσθω. Ὁ κακολογῶν πατέρα αὐτοῦ ἢ μητέρα αὐτοῦ, θανάτῳ τελευτάτω [1].

vertunt, et qui numen meum non metuunt; ait Dominus omnipotens. His addere licet neglectionem parentum animumque in illos ingratum, prout dicit Scriptura (Exod. XXI, 15.): Qui patrem aut matrem pulsat, morte moriatur. Qui patri suo maledicit aut matri suae, morte moriatur.

Ἐρώτησις μγ΄.

Ποῖον εἶναι τὸ μὴ πρὸς θάνατον ἁμάρτημα;

Ἀπ. Ἁμαρτία ἡ μὴ πρὸς θάνατον, ἡ ὁποία καὶ συγγνωστὴ παρά τισιν ἄλλοις ὀνομάζεται, εἶναι ἐκείνη, τὴν ὁποῖαν οὐδένας ἄνθρωπος ἠμπορεῖ νὰ φύγῃ ἔξω ἀπὸ τὸν Χριστὸν· καὶ τὴν παρθένον Μαρίαν. Μὰ δὲν μᾶς στερεύει ἀπὸ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ· μήτε μᾶς καθυποβάλλει εἰς τὸν αἰώνιον θάνατον. Περὶ τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας (ά. Ἰωαν. ά. ή.) λέγει ἡ Γραφή· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. Τούτων τῶν ἁμαρτιῶν ἀριθμὸς οὐκ ἔστι· μὲ ὅλον τοῦτο ἐκεῖνα λέγονται κυρίως τοιαῦτα, ὅσα δὲν περισφαλίζονται εἰς τὰ θανάσιμα. Καὶ τοῦτα δὲν πρέπει τινὰς νὰ τὰ ὀλιγωρᾷ καὶ νὰ μὴν τὰ διορθώνῃ· μάλιστα καθ' ἑκάστην ἡμέ-

Quaestio XLIII.

Quod est peccatum non mortale?

Resp. Peccatum non ad mortem, quod et veniale aliis quibusdam nominatur, illud est, quod homo natus evitare nemo potest; praeterquam Christus et virgo Maria. Non adimit illud vero nobis gratiam Dei, nec morti aeternae reos addicit. De hoc peccato ita docet Scriptura (1 Jo. I, 8.): Si dixerimus, nos peccatum non habere, nosmet ipsos decipimus, et veritas non est in nobis. Delictorum istorum [2]) nullus quidem numerus iniri potest. Verumtamen ea proprie huc referuntur, quaecunque numero mortalium non inclusa sunt. Neque vero haec cuiquam flocci pendenda atque inemendata abire sinenda sunt; immo vero singulis diebus,

---

1) In LXX. editt.: τελευτήσει θανάτῳ. 2) Norm. *horumce.*

ραν ὑπαγένωντας εἰς τὸ κραββάτι, νὰ τὰ λογιάζῃ τὴν νύκτα, μαζὶ καὶ μὲ τὰ ἄλλα νὰ κλαίῃ πρὸς τὸν Θεὸν, κατὰ τὸν Ψαλμωδὸν, ὁποῦ (Ψαλ. δ'. ἑ.[1])) λέγει· ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. Καὶ (Ψαλ. ς'. ζ.)· λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. Καὶ νὰ ζητᾷ συγχώρησιν μὲ ταῖς πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων· διατὶ εἶναι μισητὰ καὶ αὐτὰ ἐνώπιον τῆς θείας δόξης, κατὰ τὴν Γραφὴν (Παροι. ιέ. κς'.[2])) τὴν λέγουσαν· βδέλυγμα Κυρίῳ λογισμὸς ἄδικος. Καὶ ἂν δὲν διορθώνουνται καὶ αὐτὰ μὲ τὴν μετάνοιαν, ἀνοίγουσι τὸν δρόμον πρὸς τὰ θανάσιμα ἁμαρτήματα· καὶ φέρνουσιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ψυχρότητα καὶ ἀμέλειαν καὶ ὀλιγωρίαν εἰς τὸ νὰ πληρώνουν[3]) τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ.

dum cubitum itur, per nocturnam quietem, in memoriam illa revocari, et una cum reliquis ad Deum defleri oportet, docente sacro Vate (Ps. IV, 5.): Quae dicitis in cordibus vestris, (ob ea) in cubilibus vestris compungimini. Et (Ps. VI, 6.): Lavabo per noctes singulas lectum meum; lacrimis meis stratum meum irrigabo. Quorum item gratiam sibi fieri rogabit, intercedente sancta Deipara ceteroque Sanctorum choro. Nam et haec ipsa sane quam odiosa in conspectu divinae Majestatis sunt, teste Scriptura (Prov. XV, 26.): Abominatio Domino est injusta cogitatio. Quae nisi sincera poenitentia emaculata fuerint, mortalibus peccatis aditum patefaciunt, pietatem hominis refrigerant eumque negligentem et segnem ad mandata Dei capessenda redduut.

Ἐρώτησις μδ'.

Εἶναι τάχα τινὰς τρόπος, με τὸν ὁποῖον τινὰς γίνεται κοινωνὸς ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων;

Ἀπ. Τὰ ἀλλότρια σφάλματα τότε μετέχομεν, ὁπό-

Quaestio XLIV.

Estne modus quispiam, quo alienorum criminum consors quis fiat?

Resp. Alienae tum noxae participes sumus, quum

1) Norm. ς'. ζ'. 2) Receptam κζ. ιέ., quam etiam retulit interpres, correxi. Enata est e numerorum immutatione. 3) Intactum reliqui, quamquam suadente marg. πληρώνῃ. Illud enim pro infinit. facile ferri potest tamquam verbi πληρωνόω.

ταν παρακινοῦμεν [1]) τινὰ εἰς τὸ νὰ σφάλῃ, μάλιστα ἐκεῖνον, ὁποῦ δὲν ἠμπορεῖ νὰ βοηθηθῇ παρὰ ἀπὸ ἐμᾶς, καὶ εἰς ἡμᾶς ἀποθέτει ὅλην του τὴν ἐλπίδα. Τοιοῦτοι εἶναι ἐκεῖνοι οἱ πνευματικοὶ, ὁποῦ ἀφήνουσι τὸν ἄνθρωπον, νὰ ζῇ ἀκολάστως ἔξω ἀπὸ τὰς θείας ἐντολὰς καὶ τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις· ὁμοίως καὶ οἱ δεσπόται, ὅταν παρακινοῦσιν εἰς τὸ κακὸν τοὺς δούλους τους, ἢ οἱ ἄνδρες τὰς γυναῖκας τους· οἱ πατέρες τοὺς υἱούς τους, οἱ διδάσκαλοι τοὺς μαθητάς τους· ὅταν τοὺς ἀφήνουσιν εἰς ἐλευθερίαν νὰ σφάλλουσι. Πάντες οἱ τοιοῦτοι καὶ [2]) ὅμοιοι θέλουσι δώσειν λόγον τῷ Θεῷ ἐν ὥρᾳ τῆς κρίσεως, δι' ἐκείνους, ὁποῦ εἶχασιν ὑποκάτω εἰς τὴν κυβέρνησίν τους. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος νουθετῶντας ἔλεγεν (ά. Τιμ. έ. κβ.) εἰς τὸν Τιμόθεον· χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις· σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει.

ad peccandum quempiam illicimus. Maxime si ejusmodi homo sit, qui nostris auxiliis consiliisque unice sustentetur, suamque spem omnem in nobis repositam habeat. Cujusmodi illi patres spirituales sunt, qui flagitiosam homini vitam contra divina praecepta atque ecclesiasticas traditiones agere permittunt. Pariter et heri, quando ad scelera committenda servos instigant; aut mariti conjuges, parentes liberos, magistri discipulos; dum nimirum illis suo arbitratu vivendi itemque peccandi potestatem faciunt. Hi omnes et horum similes severam Deo rationem die judicii de iis reddent, quos disciplinae et directioni suae commissos habuerunt. Quamobrem ita Timotheum suum monet Paulus (I Tim. V, 22.): Manus cito cuiquam ne imponas, neque participes aliena peccata. Temet ipsum purum serva.

Ἐρώτησις μέ.

Μὲ ποῖον ἄλλον τρόπον μετέχομεν τὰς ἁμαρτίας τῶν ἄλλων;

Ἀπ. Ὁπόταν τινὰς δίδει ἀφορμὴν εἰς ἄλλους τοῦ ἁμαρτάνειν, μὲ τίποτες σκάν-

Quaestio XLV.

Quo alio modo in societatem alienorum criminum incidimus?

Resp. Quando quis caussam peccandi aliis praebet, sive scandalo quopiam

1) Correxi e marg. Vulg. παρακοινοῦμεν, quod fortasse ex eo est exortum, quod de μετέχειν agitur. An legendum παρακινῶμεν? Idem feci paullo post. Cfr. Qu. 45. 2) Adjec. e marg. καὶ, ut oratio vitiorum generibus ac partibus responderet.

δαλον παρακινητικὸν ἁμαρτίας, ἢ μὲ νεῦμα, ἢ μὲ λόγια ἄσεμνα, ἢ ἐπαινῶντας τὸ κακόν, ἢ κατηγορῶντας τὰ καλὰ ἔργα. Ἐδῶ ἀκόμι ἠμπορεῖ νὰ μετρηθῇ ὅποιος μὲ τὴν θέλησίν του παροξύνει τινὰ εἰς θυμόν, ἢ δὲν ἐμποδίζει τὸ κακὸν ὅσον δύναται, ἢ δὲν νουθετεῖ κατὰ τὸ χρέος του. Καθ' ἕνας ἀπὸ τούτους γίνεται μέτοχος τῆς ἁμαρτίας τοῦ ἄλλου.

ad peccandum invitante, sive nutu, sive verbis indecoris, sive commendatione vitiorum virtutumque vituperatione. His haud immerito annumeretur, qui sua sponte alium ad iram concitat; aut qui vitio pro sua virili parte non obviam it; aut ex officii sui ratione non commonefacit et increpat. Horum quilibet alieni flagitii culpam contrahit.

Ἐρώτησις μς'.

Ἐπειδὴ καὶ ἐῤῥέθεκε περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν, ζητῶ νά μου εἰπῇς καὶ περὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ.

Ἀπ. Αἱ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ εἶναι δέκα, μὰ εἰς αὐταῖς περιέχονται καὶ ἄλλα πράγματα.

Quaestio XLVI.

Porro quoniam de virtutibus et vitiis satis dictum est, peto, ut de praeceptis Dei sermonem mecum instituas.

Resp. Praecepta Dei numero decem sunt, quibus etiam et alia quaedam continentur.

Ἐρώτησις μζ'.

Ἀλλὰ αἱ ἐντολαὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου ἐπληρώθησαν;

Ἀπ. Αἱ ἐντολαὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, ὁποῦ ἦσαν διὰ ταῖς τελεταῖς καὶ μυστήρια, καὶ ἐπροτυπῶνασι τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, ὅλαις ἐκείναις ἐπεράσασι· καὶ καθὼς ἡ σκιὰ παραχωρεῖ, τῆς ἀληθείας ἐλθούσης, τέτοιας λογῆς καὶ ἐκεῖναι παρῆλθον· καὶ οἱ Χριστιανοὶ δὲν χρεωστοῦσι νὰ ταῖς πληρώσουσι. Μὰ ἐκεῖναι αἱ ἐντολαὶ, ὁποῦ ἀποβλέπουσιν εἰς τὸ νὰ φυλάτ-

Quaestio XLVII.

At vero praecepta veteris legis dudum impleta sunt?

Resp. Praecepta Veteris Testamenti, quae de caeremoniis ac mysteriis erant Christique opera adumbrabant, ea jam omnia praeterierunt, et veluti umbra, veniente vero corpore, recedit; sic et illa jam transierunt, nec teneri praestarique a Christianis debent; sed quae ad observatio-

τεται ἡ πρὸς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπη, ὄχι μόνον εἶναι χρέος νὰ φυλάττωνται ἀπὸ τοὺς Χριστιανοὺς, μὰ καὶ μὲ περισσοτέραν ἀκρίβειαν καὶ τελειότητα, παρὰ ὁποῦ ἐφυλάττοντο ἀπὸ τοὺς Ἰσραηλίτας τοῦ παλαιοῦ νόμου· διατὶ περισσότεραις εὐεργεσίαις ἐμεθέξαμεν ἡμεῖς ἀπὸ τὸν Θεὸν, καὶ χωρὶς κἂν μίαν σύγκρισιν ἀπελάβομεν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, παρὰ ἐκεῖνοι. Διὰ τοῦτο πρέπει νὰ περισσεύουσιν αἱ ἀγαθοεργίαις ἡμῶν τὰς τῶν Ἰουδαίων πράξεις· κατὰ τὸ (Ματθ. ε. κ΄.) εἰρημένον· ἐὰν μὴ περισσεύῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁμοίως (ςίχῳ κά.)· ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· οὐ φονεύσεις· ὃς δ᾽ ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτῷ· ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Τὸ αὐτὸ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν λέγει εἰς τὸν ἴδιον τόπον. Ὅλαι λοιπὸν αἱ ἐντολαὶ πρέπει νὰ φυλάττωνται, ὁποῦ ἀποβλέπουσι πρὸς τὴν εἰς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπην· διατὶ εἰς αὐταῖς ταῖς δύο ἐντολαῖς

nem caritatis Deo proximoque debitae, praecepta pertinent; non observanda duntaxat Christianis sunt, sed accuratius etiam perfectiusque omnino observanda, quam ab antiquae legis Israëlitis observata fuerunt. Quippe ut majoribus atque excellentioribus beneficiis nos a Deo cumulati sumus; et ultra omnem comparationis modum prae illis gratiam Spiritus sancti per Dominum nostrum Iesum Christum accepimus; ita pariter excedant oportet bona opera nostra actiones Judaeorum; quemadmodum dictum est (Matth. V, 20.): Nisi abundabit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non poteritis ingredi in regnum coelorum. Similiter (v. 21.): Audivistis, quod dictum sit veteribus: ne occides. Quisquis autem occiderit, tenebitur judicio. At ego dico vobis, quod quicunque temere irascitur fratri suo, tenebitur judicio. Quisquis vero dixerit fratri suo raka, tenebitur Synedrio. Quisquis autem dixerit stulte, tenebitur Geenna ignis. Idem et de aliis quibusdam eodem loco adstruitur. Servanda igitur sunt praecepta omnia, quae caritatem in Deum et proximum spectant; siquidem duobus istis praeceptis Lex omnis et Prophe-

1) Sustuli semicolon, quod est in ed. Par., totum locum misere contrectans. Sensus est: *ac fieri posse, ut nullus exsistat episcopus et per sacerdotes quosdam ecclesia dirigatur.* 2) B. πλατότ.

1) B. *consciam.* 2) B. male: uti jam in superioribus probatum est, ab ipsa dicimus esse prorsus alienum.

μήτε ἐκκλησίαν μήτε Χριστιανόν τινα ἢ εἶναι ἢ ὅλως λέγεσθαι. Αὐτὸς γὰρ ὡς ἀποστολικὸς διάδοχος τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἐκείνῳ παρὰ τοῦ κυρίου εἰς τὸ δεσμεῖν τε καὶ λύειν, χειρῶν ἐπιθέσει καὶ ἐπικλήσει τοῦ παναγίου πνεύματος ἀλληλοδιαδόχως λαβὼν, ζῶσά ἐστι[1]) εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ μετέξει πληρεστάτῃ ἐνεργείας τοῦ τελεταρχικοῦ πνεύματος, πήγη πάντων τῶν μυστηρίων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, δι' ὧν σωτηρίας ἐπιτυγχάνομεν.

Οὕτω δὲ αὐτοῦ τὸ ἀναγκαῖον ἐννοοῦμεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐν τῷ κόσμῳ τὸν ἥλιον. Ὅθεν καί τισι κομψῶς πρὸς ἔπαινον τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος εἴρηται· ὅ, τι Θεὸς ἐν τῇ οὐρανίῳ τῶν πρωτοτόκων ἐκκλησίᾳ, καὶ ἥλιος ἐν τῷ κόσμῳ, τοῦτο ἕκαστος ἀρχιερεὺς ἐν τῇ κατὰ μέρος ἐκκλησίᾳ, ὡς δι' οὗ τὸ ποίμνιον λαμπρύνεται, θάλπει καὶ ναὸς Θεοῦ γίνεται.[2])

Ὅτι δὲ ἀλληλοδιαδόχως τὸ τῆς ἐπισκοπικῆς μέγα μυστήριον καὶ ἀξίωμα δίδοται μέχρις ἡμῶν, φανερόν. Ὁ γὰρ κύριος εἰπὼν εἶναι μεθ' ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα[3]), εἰ καὶ κατ' ἄλλους τρόπους χάριτος καὶ θείων εὐεργετημάτων ἐστὶ μεθ' ἡμῶν, ἀλλ' οὖν κυριωτέρῳ τρόπῳ διὰ

ecclesia neque christianus aliquis esse aut dici possit. Quippe apostolorum successor episcopus impositione manuum et sancti Spiritus invocatione datam sibi a Deo ex successione continua ligandi solvendique potestatem quum acceperit; viva Dei imago est in terris et auctoris sacrorum Spiritus operationis participatione plenissima fons omnium ecclesiae sacramentorum, quibus ad salutem pervenimus.

Porro quam homini respiratio et sol mundo, tam necessarius in ecclesia nobis videtur episcopatus. Unde et ad episcopalis dignitatis encomium pulchre nonnulli dixere, quod Deus in coelesti primogenitorum ecclesia est et sol in mundo, hoc in sua quemlibet ecclesia episcopum esse, utpote qui gregem suum illustret, foveat, et Dei templum efficiat.

Transiisse autem successione continua ad nos usque magnum episcopotus sacramentum et dignitatem, manifestum est. Quum enim dixerit dominus, futurum se nobiscum usque ad consummationem saeculi, ut aliis nobiscum sit gratiae beneficiorumque suorum modis;

1) Par. ζῶσα ἐστι. 2) 2 Cor. VI. 16. 3) Matth. XXVIII. 20.

τῆς ἐπισκοπικῆς τελεταρχίας οἰκειοῦται [1]) ἡμᾶς καὶ σύνεστιν ἡμῖν, καὶ διὰ τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἑνοῦται ἡμῖν, ὧν πρωτουργός ἐστι καὶ τελετάρχης διὰ τοῦ πνεύματος ὁ ἐπίσκοπος· καὶ οὐκ ἐᾷ αἱρέσει ὑποπεσεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ Δαμασκηνὸς τετάρτῃ ἐπιστολῇ πρὸς Ἀφρικανοὺς ἔλεγε, τὴν καθόλου ἐκκλησίαν τοῖς ἐπισκόποις γενικῶς ἐπιτετράφθαι, καὶ Κλήμης πρῶτος Ῥωμαίων ἐπίσκοπος καὶ Εὐόδιος ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ Μάρκος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Πέτρου διάδοχοι ὁμολογοῦνται. Καὶ Στάχυν ἐν τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ ὁ θεῖος Ἀνδρέας ἀντ' ἐκείνου καθίστησι, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλὴμ ὁ μὲν κύριος Ἰάκωβον ποιεῖ, μετὰ δὲ Ἰάκωβον ἕτερος ἐγένετο, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος ἄχρις ἡμῶν, καὶ διὰ τοῦτο Τερτουλλιανὸς ἐν τῇ πρὸς Παπιανόν ἐπιστολῇ πάντας τοὺς ἐπισκόπους ἀποστολικοὺς διαδόχους καλεῖ. Τούτων τὴν διαδοχὴν

nullo tamen praestantiori [1]), quam per sacram episcopatus potestatem nobiscum est, in nobis habitat et per sacra mysteria nobis unitur, quorum primus minister est episcopus, imo et per Spiritum sanctum auctor sacrorum constitutus, neque haeresi succumbere nos permittit. Propterea Damascenus quarta ad Africanos epistola dixit, universam ecclesiam fuisse episcopis generaliter [2]) commissam; et Clementem primum Romae episcopum, et Evodium Antiochiae et Marcum Alexandriae Petri successores fuisse, nemo non confitetur. Item et divus Andreas Stachymum [3]) throno Constantinopolitano suum in locum suffecit. Item in hac magna civitate sancta Jerusalem Jacobum ipse dominus constituit, Jacobo deinde alter et huic deinceps alter ad nos usque successit. Unde et Tertullianus epistola ad Papianum [4]) episcopos omnes apostolorum vocat successores. Horum denique successionem

---

1) B. *οἰκοιοῦται*, quod nullum est vocabulum. At contra *οἰκειοῦσθαι* jam apud priscos est: *sibi familiarem reddere*. Desunt haec omnia in Amst. jam a verbis *ἀναβιβαζούσας δηλονότι*.

1) B. praestantiori tamen modo per etc. 2) B. *absolute*. 3) B. *Stachym*. 4) Talem epistolam ignoro. Sententia vero haud a Tertulliani mente abhorret, et est simile quiddam advers. Marcion. IV. 5.: *Nam etsi Apocalypsin ejus Marcion respuit, ordo tamen episcoporum ad originem recensus in Ioannem stabit auctorem*. Spectat ejus orat. ad Apoc. II. et III. Quare paullo post de ceterarum ecclesiarum generositate dixit.

καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἀξίαν καὶ ἐξουσίαν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου[1]) μαρτυρεῖ καὶ ἁπλῶς οἱ πατέρες μαρτυροῦσιν, οὓς περιττὸν ἐγκαταλέγειν, καὶ ἡ κοινὴ καὶ ἀρχαιοτάτη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συνήθεια βεβαιοῖ.

Ὅτι δὲ διαφέρει τὸ ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα τοῦ ἁπλῶς ἱερέως, δῆλον. Ὁ γὰρ ἱερεὺς χειροτονεῖται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, ἐπίσκοπος δὲ οὐ χειροτονεῖται ὑπὸ ἱερέως, ἀλλ' ὑπὸ δύο ἢ τριῶν ἀρχιερέων, ὡς ὁ ἀποστολικὸς βούλεται κανών[2]). Καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς ἐκλέγεται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, ὁ δὲ ἀρχιερεὺς οὐκ ἐκλέγεται ὑπὸ τῶν ἱερέων εἴτ' οὖν πρεσβυτέρων, οὔτ' ἐκλέγεται ὑπὸ πολιτικῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ὑπὸ συνόδου τῆς ἀνωτάτω ἐκκλησίας τοῦ κλίματος ἐκείνου, ἐν ᾧ κεῖται ἡ πόλις ἡ δεξομένη τὸν χειροτονηθησόμενον, ἢ τοὐλάχιστον[3]) ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης, ἐν ᾧ δεῖ γίνεσθαι τὸν ἐπίσκοπον. Εἰ δέ ποτε καὶ ἡ πόλις ἐκλέγοι, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς· ἡ γὰρ ἐκλογὴ τῇ συνόδῳ ἀναφέρεται, καὶ εἰ μὲν δόξοι ταύτην κατὰ κανόνας καλῶς ἔχειν, ὁ ἐκ-

et apostolicam dignitatem juxta ac potestatem Eusebius quoque Pamphili et omnes prorsus patres, quos hic recensere supervacanuum esset, contestantur, et communis ac prima ecclesiae catholicae vel nascentis consuetudo confirmat.

Superiorem vero esse simplici sacerdotio pontificiam dignitatem, vel inde liquet, quod sacerdotem ordinet episcopus, non vero ab sacerdote sed a duobus tribusve pontificibus juxta apostolorum canones episcopus ordinetur. Et sacerdos quidem eligitur ab episcopo; episcopus vero nequaquam ab sacerdotibus sive presbyteris neque etiam ab saeculi principibus quantacunque virtute eximiis eligitur, sed ab supremae ecclesiae[1]) illius tractus conventu, in quo urbs illa est, cui is, qui ordinandus est, destinatur, vel certe ab hujus provinciae synodo, in qua opus est episcopum consecrari. Sin vero quandoque et civitas elegerit, at non una electum statuit: etenim ad Synodum defertur electio, quam si canonicam illa duxerit, impositione manuum

1) De ejus nimio in episcopis enumerandis studio ipse aliqua notavi in libro *de Rufino, Eusebii interprete* conscripto (1838) p. 24. p. 44. p. 126. 2) Can. Apost. I. 3) Sic scripsi e Bibl.; Paris. edit. τοῦ λάχιστον, vitiosissime, paullo melius margo: f. τ' οὐλάχιστον, quae in unum coalescere debere, quisque scit.

1) B. illius ecclesiae conventu, quae metropolis est.

λεχθεὶς προβάλλεται διὰ τῆς χειροθεσίας μὲν τῶν ἐπισκόπων, τῇ ἐπικλήσει δὲ τοῦ παναγίου πνεύματος· εἰ δὲ μὴ, ὃν βούλεται ἡ σύνοδος, ἐκεῖνος καὶ προβιβάζεται. Καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς εἰς ἑαυτὸν σώζει τὴν, ἣν εἴληφεν, ἐξουσίαν καὶ χάριν τῆς ἱερωσύνης, ὁ ἐπίσκοπος δὲ καὶ ἑτέροις μεταδίδωσι. Καὶ ὁ μὲν ἤδη λαβὼν τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, βάπτισμα μόνον τελεῖ τὸ ἅγιον καὶ εὐχέλαιον, ἱερουργεῖ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν καὶ μεταδίδωσι τῷ λαῷ τὸ πανάγιον σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, χρίει τοὺς βαπτιζομένους τῷ ἁγίῳ μύρῳ, στεφανοῖ τοὺς κατὰ νόμον γαμοῦντας εὐσεβεῖς, εὔχεται ὑπὲρ τῶν ἀσθενῶν καὶ ὑπὲρ πάσης σωτηρίας καὶ ἀληθείας ἐπιγνώσεως πάντων ἀνθρώπων [1]), ἐξαιρέτως δ' ὑπὲρ τῆς τῶν εὐσεβῶν ζώντων καὶ τεθνεώτων ἀφέσεως καὶ συγχωρήσεως τῶν ἁμαρτιῶν. Εἰ δὲ καὶ δοκιμῇ καὶ ἀρετῇ διαφέροι, λαβὼν ἐξουσίαν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου διορθοῖ τοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους εὐσεβεῖς, καὶ εἰς τὴν πρὸς κτῆσιν τῆς οὐρανίου βασιλείας ὁδὸν προδηγετεῖ, καὶ κῆρυξ τοῦ ἱεροῦ προχειρίζεται εὐαγγελίου. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς καὶ τούτων ἁπάν-

1) 1 Tim. II. 4.

episcoporum et sancti Spiritus invocatione, qui electus est episcopus renuntiatur [1]): sin minus, quemcunque synodus ipsa voluerit, ille praeficitur. Rursum quam sacerdotii potestatem et gratiam sacerdos accepit, in se ipso conservat, episcopus vero ceteris impertitur. Et ille quidem sacerdotali dignitate ab episcopo initiatus tantummodo baptismum extremamque administrat unctionem, incruentum offert sacrificium, et Domini nostri Jesu Christi corpus et sanguinem populo distribuit, sancto unguento baptizatos ungit, fideles legitime nubentes coronat, orat pro infirmis, utque omnes salvi fiant homines et ad veritatis agnitionem perveniant, deprecatur, praecipue vero pro remissione et venia peccatorum [2]) fidelium tam vivorum quam defunctorum. Si vero experientia et virtute praestiterit, facta sibi ab episcopo potestate, venientes ad se fideles emendat, eisque ad coelestis regni possessionem viam ostendit atque sancti evangelii praedicator initiatur. Episcopus autem horum omnium et ipse quidem minister est, utpote

1) B. *ordinatur*. 2) B. vers. omittit Graeca illa ἐξαιρ. — ἁμαρτιῶν.

των διάκονός ἐστιν, ἐπείδηπερ αὐτός ἐστιν, ὡς εἴρηται, πηγὴ τῶν θείων μυστηρίων καὶ χαρισμάτων διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τὸ ἅγιον μύρον μονώτατος ἐπιτελεῖ. Καὶ αἱ χειροτονίαι πάντων τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τάξεων καὶ βαθμῶν τούτου εἰσὶν ἴδιαι· καὶ κατὰ πρῶτον καὶ ὑπέρτερον λόγον οὗτος δεσμεῖ καὶ λύει, καὶ Θεῷ ἡ κρίσις εὐαπόδεκτος, ὡς ὁ κύριος εἴρηκε.[1]) Καὶ τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον διδάσκει καὶ τῆς εὐσεβοῦς ὑπερμαχεῖ πίστεως καὶ τοὺς παρακούοντας ὡς ἐθνικοὺς καὶ τελώνας τῆς ἐκκλησίας ἀποδιΐστησι, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς ἀφορισμῷ καὶ ἀναθέματι καθυποβάλλει, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ[2]) τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Ἐξ ὧν καταφανές ἐστιν, ἀναντιῤῥήτως διαφέρειν τὸν ἐπίσκοπον τοῦ ἁπλῶς ἱερέως καὶ πλὴν αὐτοῦ μὴ δυναμένους πάντας τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ ἱερεῖς ἐκκλησίαν Θεοῦ ποιμάναι ἢ ὅλως κυβερνῆσαι.

Ἀλλὰ καλῶς λέγεταί τινι τῶν πατέρων, οὐ ῥᾴδιον, αἱρετικὸν ἄνδρα συνετὸν εὑρεῖν. Καταλιπόντες γὰρ οὗτοι τὴν ἐκκλησίαν, ἐγκατελείφθησαν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ οὐκ ἔμεινεν ἐν αὐτοῖς[3]) σύνεσις οὔτε φῶς ἀλλὰ σκότος καὶ πωρω-

1) Matth. XVI. 19. 2) Scripsi pro αὐτοῦ, quod in editt. est, e Joann. X. 11. 3) Vulg. ἑαυτοῖς, quae dubito an ferri possit; quum reflexivi vix locus sit.

qui divinorum mysteriorum gratiarumque fons per Spiritum sanct., uti jam diximus, exsistat: sed et sanctum unguentum solus ille conficit et omnium officiorum et graduum, qui in ecclesia sunt, ordinationes ad ipsum attinent, ac primario et sublimiori modo ligat et solvit, sententiam ejus approbante Deo, uti et Dominus spospondit. Insuper sacrum evangelium annunciat, ac pro fide orthodoxa decertat: et audire renuentes ceu ethnicos et publicanos[1]) ab ecclesia ejicit, haereticosque excommunicationi et anathemati subjicit, ac denique suam pro ovibus animam ponit. E quibus evidenter et invictissime constat, ab sacerdote simplici distingui episcopum[2]), quo deficiente nec omnes, qui in mundo sunt, sacerdotes pascere ecclesiam possunt, nec omnino gubernare.

At enim, ut recte quidam patrum ait, haud ita facile haereticorum quempiam reperias sapientem. Quum enim ab ecclesia illi defecerint, ab eis sanctus etiam Spiritus abscessit et omnis intelligentiae ac luminis expertes facti tenebris

1) Matth. XVIII. 17. 2) B.: sacerdoti simpliciter praestare episcopum.

σις. Εἰ γὰρ μὴ τοιαῦτα πεπόνθασιν, οὐκ ἂν πρὸς τὰ φανερώτατα ἀντιτείναιντο, ἐξ ὧν ἐστὶ [1]) καὶ τὸ τῆς ἐπισκοπικῆς μέγα ὄντως μυστήριον ὑπὸ τῆς γραφῆς διδασκόμενον, ὑπό τε πάσης ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας καὶ συγγραφῆς ἁγίων συγγραφόμενόν τε καὶ μαρτυρούμενον, καὶ ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀεὶ γινόμενόν τε καὶ ὁμολογούμενον.

Ὅρος ιά.

Πιστεύομεν μέλη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἶναι πάντας καὶ μόνους τοὺς πιστούς, τοὺς τὴν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ δηλαδὴ ἀμώμητον πίστιν ὑπό τε ἐκείνου τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων δειχθεῖσαν, ἀδιστάκτως πρεσβεύοντας, κἂν καί τινες ἐξ αὐτῶν ἁμαρτίαις παντοίαις ὑπεύθυνοι εἶεν. Εἰ γὰρ μὴ ἦν μέλη τῆς ἐκκλησίας οἱ πιστοὶ μέν, ἁμαρτίαις δὲ συζῶντες, οὐκ ἂν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκρίνοντο. Νῦν δὲ κρινόμενοι ὑπ' αὐτῆς, εἴς τε μετάνοιαν προσκαλούμενοι καὶ εἰς τὸν τρίβον τῶν σωτηρίων ἐντολῶν ποδηγετούμενοι, κἂν καὶ ἔτι ἁμαρτίαις ῥυπαίνοιντο, μόνον δι' αὐτὸ

et coecitate sunt involuti. Id enim ipsis ni contigisset, haudquaquam rebus ita obniterentur apertissimis, cujusmodi profecto magnum episcopatus sacramentum est, quod Scriptura nobis indicit, quod omnium annalium ecclesiasticorum monumenta et sanctorum scripta contestantur, quod denique catholica ecclesia nunquam non credidit et sine intermissione tenuit.

Decretum XI.

Credimus ecclesiae catholicae membra esse omnes ac solos fideles, eos nimirum, qui Salvatoris Christi fidem, ab ipso quidem Christo et ab Apostolis nec non et ab sanctis synodis oecumenicis traditam, firma mente servant illibatam, quamvis eorum aliqui variis peccatis sint obnoxii [1]). Nisi enim essent ecclesiae membra, qui fidem quidem habent, sed in peccatis vivunt, utique non judicarentur ab ecclesia. Nunc autem, quum et ab ecclesia judicentur, et ad poenitentiam incitentur, et in salutarium mandatorum semitam deducantur, etiamsi [2]) peccatis sorde-

---

1) Comma post ἐστι delevi. Ex summis enim, quae ab haereticis obdurato animo contemni dicit, rem primariam eligit, episcoporum auctoritatem ac gratiam, maximis testimoniis comprobatam, ac mirabile dictu, scripturae loco, qui fortasse est 1 Tim. III. 16., firmatam.

1) B.: ut omnium forte nonnullos contingeret reos esse peccatorum. 2) B.: et peccatis etiamnum contaminatos ad — dirigit.

τοῦτο, ὅτι οὐ πεπτώκασιν εἰς ἀπόγνωσιν καὶ ὅτι τῆς καθολικῆς καὶ εὐσεβοῦς ἀντέχοντες πίστεως μέλη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἰσὶ καὶ γινώσκονται.

Ὅρος ιβ΄.

Πιστεύομεν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διδάσκεσθαι τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν. Αὐτὸ γάρ ἐστιν ὁ ἀληθὴς παράκλητος, ὃν πέμπει παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς τοῦ διδάσκειν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ σκότος ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν διανοίας ἀποδιώκειν. Ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὅμως διδαχὴ οὐκ ἀμέσως ἀλλὰ διὰ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ καθηγεμόνων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καταγλαΐζει τὴν ἐκκλησίαν. Ὡς γὰρ ἡ πᾶσα γραφή ἐστί τε καὶ λέγεται λόγος τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐχ ὅτι ἀμέσως ὑπ' αὐτοῦ ἐλαλήθη, ἀλλ' ὅτι ὑπ' αὐτοῦ διὰ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν· οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία διδάσκεται μὲν ὑπὸ τοῦ ζωαρχικοῦ πνεύματος ἀλλὰ διὰ μέσου τῶν ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων (ὧν κανὼν αἱ οἰκουμενικαὶ καὶ ἅγιαι ὡμολόγηνται σύνοδοι· οὐ γὰρ τοῦτο παύσομαι μυριάκις λέγειν), καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον πεπείσμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀληθὲς καὶ βέβαιον ἀναμφιβόλως εἶναι ὁμολογοῦμεν, τὴν καθολικὴν ἐκ-

scant, eo solum, quod in desperationem non sunt prolapsi, sed catholicam et rectam fidem retinent, ecclesiae catholicae membra sunt et reputantur.

Decretum XII.

Credimus ab Spiritu Sancto doceri catholicam Ecclesiam. Quippe verus consolator ipse est, quem ad docendum fideles veritatem expellendasque eorum e mentibus tenebras Christus a Patre mittit. Porro haudquaquam immediate sed per sanctos patres et Ecclesiae catholicae praepositos Ecclesiam ipsam doctrina sancti Spiritus illuminat. Quemadmodum enim verbum sancti Spiritus sacra scriptura est et dicitur, non quod ab ipso immediate sed per apostolos et prophetas fuerit enunciata: ita et ab vivifico Spiritu docetur quidem Ecclesia, sed medio sanctorum patrum doctorumque magisterio (quibus sanctae synodi oecumenicae regulae instar exstitere; quod millies dixero) ac propterea errare [1]) aut aliquatenus decipi, aut aliquando pro veritate mendacium eligere catholi-

1) B.; delinquere — errare.

κλησίαν ἀδύνατον ἁμαρτῆσαι ἢ ὅλως πλανηθῆναι ἤ ποτε τὸ ψεῦδος ἀντὶ τῆς ἀληθείας ἐκλέξαι. Τὸ γὰρ πανάγιον πνεῦμα ἀείποτε[1]) ἐνεργοῦν[2]) διὰ τῶν πιστῶς διακονούντων ἁγίων πατέρων καὶ καθηγεμόνων πάσης ὁποιασοῦν πλάνης τὴν ἐκκλησίαν ἀπαλλάττει.

Ὅρος ιγ΄.

Πιστεύομεν οὐ διὰ πίστεως ἁπλῶς μόνης δικαιοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον ἀλλὰ διὰ πίστεως καὶ ἐνεργουμένης διὰ τῆς ἀγάπης, ταὐτὸν εἰπεῖν, διὰ τῆς πίστεως καὶ τῶν ἔργων. Τὸ δὲ τὴν πίστιν χειρὸς ἔργον ἀποπληροῦσαν ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἐν Χριστῷ δικαιοσύνης καὶ προσάπτειν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν, πόῤῥω πάσης εὐσεβείας γινώσκομεν. Οὕτω γὰρ ἐννοουμένη ἡ πίστις πᾶσιν ἐφαρμοσθείη καὶ οὐκ ἂν εἴη ὁ μὴ σωζόμενος, ὅπερ ἀντικρὺ ψεῦδός ἐστι. Τοὐναντίον[3]) δὲ μᾶλλον πιστεύομεν, ὅτι οὐ[4]) τῆς πίστεως ἀναφορικὸν ἀλλὰ τὴν οὖσαν ἐν ἡμῖν πίστιν διὰ τῶν ἔργων δικαιοῦν ἡμᾶς παρὰ Χριστοῦ. Ἐννοοῦμεν δὲ τὰ ἔργα οὐ μάρτυρας τὴν ἡμετέραν κλῆσιν ἐπιβεβαιοῦντας, ἀλλὰ καρποὺς καθ' ἑαυτοὺς ὄντας, δι' ὧν

cam Ecclesiam non posse nedum censemus, at etiam id ipsum ceu verum ac certissimum constanter profitemur. Etenim per sanctos patres ac praepositos fideliter administrantes jugiter operans Spiritus sanctus omnem quemcunque ab Ecclesia removet errorem.

Decretum XIII.

Credimus non sola fide simpliciter, sed ea, quae per caritatem operatur, id est, fide atque operibus hominem justificari. Quod vero fides quasi manus adimplens[1]) munus justitiam, quae in Christo est, apprehendat, nobisque applicet ad salutem[2]); ab omni pietate longissime esse censemus. Enimvero sic intellecta fides omnibus conveniret[3]), unde et ad salutem nemo non perveniret; quod aperte falsum est. Imo contrarium credimus, scilicet non fidei correlativum[4]) sed ipsam, quae in nobis est, fidem per opera Christi munere nos justificare. Porro certitudinis vocationis nostrae argumenta esse hujusmodi opera nequaquam intelligimus, sed fructus ex se ipsis, per quos

1) In unum copulavi vocabulum, apud veteres non lectum. Paris. ἀεί ποτε. Bibl. rectius. 2) B. ἐναργ. 3) B. τοὐνατίον. P. τ' οὐναντίον. 4) B. οὕτω, quod tollit loci sanitatem omisso artic. absque dubio necessario. Attende hoc loco ἀνακολουθίαν.

1) B. instar manus. 2) B. pro adeptione salutis. 3) B. omnium esset. 4) B. non vero istam qualemcunque fidei relationem.

ἡ πίστις λαμβάνει τὸ ἔμπρακτον καὶ καθ' ἑαυτὰ ἄξια διὰ τὰς θείας ἐπαγγελίας [1]) τοῦ κομίσασθαι ἕκαστον τῶν πιστῶν τὰ διὰ τοῦ σώματος αὐτῷ πεπραγμένα, εἴτ' ἀγαθὸν εἴτε κακὸν δηλονότι.

Ὅρος ιδ'.

Πιστεύομεν τὸν ἄνθρωπον κατολισθήσαντα τῇ παραβάσει παρασυμβληθῆναι καὶ ὁμοιωθῆναι τοῖς κτήνεσι, τοῦτ' ἔστιν, ἀμαυρωθῆναι καὶ τῆς τελειότητος καὶ ἀπαθείας ἐκπεσεῖν, οὐ μὴν καὶ τῆς ἧς ἔτυχε παρὰ τοῦ ἄκρως ἀγαθοῦ Θεοῦ φύσεως καὶ ἐνεργείας ἐξεστηκέναι. Οὕτω γὰρ οὐκ ἂν ἦν λογικὸς καὶ ἑπομένως οὐδ' ἄνθρωπος· ἀλλ' ἔχειν τὴν φύσιν αὐτήν, ᾗ ἔκτισται καὶ τὴν τῆς φύσεως ἐνέργειαν, ἥτις ἐστὶ τὸ αὐτεξούσιον, ζῶσαν καὶ ἐνεργόν· ὥστε κατὰ φύσιν δύνασθαι αἱρεῖσθαι μὲν καὶ ἐργάζεσθαι τὸ καλὸν, φεύγειν δὲ καὶ μυσάττεσθαι [2]) τὸ κακόν. Ἄτοπον γὰρ τὸ τὴν καλὴν παρὰ τοῦ ἄκρως ἀγαθοῦ δημιουργηθεῖσαν φύσιν ἄμοιρον ἀγαθῆς ἐνεργείας ὁμολογεῖν. Τοῦτο γὰρ κακὴν εἶναι τὴν φύσιν λέγειν ἐστίν· οὗ τί ἀσεβέστερον; Ἡ γὰρ ἐνέργεια τῆς φύσεως ἤρτηται, ἡ φύσις δὲ τοῦ δημιουργοῦ· εἰ καὶ

1) 2 Cor. V. 10. 2) B. male μισάττ. quod nullum verbum est. At vero μυσάττεσθαι apud priscos ut h. l. significat *fastidium et odium* alicuj. rei *habere*.

efficax redditur fides [1]), eaque ex divinis promissionibus esse talia dicimus, pro quibus recipere unusquisque fidelium dignus exsistat, prout gessit in corpore suo, sive bonum sive malum.

Decretum XIV.

Credimus hominem transgressione lapsum comparatum esse et assimilatum jumentis, id est, debilitatum [2]) et a perfectione ac passionum immunitate excidisse, haudquaquam tamen hujus, quam ab optimo Deo acceperat, naturae virtutisque naturalis jacturam fecisse. Alioqui enim rationalis jam non esset ac proinde nec homo: imo vero ejusdem et modo credimus esse naturae, quam, quum crearetur, accepit, imo et eadem naturali virtute utique viva et efficaci [3]) (quae est facultas liberi arbitrii) pollere, ita ut possit naturaliter eligere et operari bonum ac fugere et odisse malum. Minus quippe rationi consentaneum videtur, ut naturam bonam ab summo bono conditam cujuscunque operationis bonae confiteamur expertem. Hoc enim est, naturam esse malam, dicere; quo quid magis impium? A natura etenim operatio pen-

1) B. fructus, qui ex se fidei testantur efficacitatem. 2) B. ad nihilum redactum. 3) B.: expedita.

ὁ τρόπος διαφέρει. Ὅτι δὲ δύναται ὁ ἄνθρωπος φύσει ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὑπαινίττεται μὲν καὶ ὁ κύριος λέγων [1]), καὶ τοὺς ἐθνικοὺς ἀγαπᾷν τοὺς ἀγαπῶντας αὐτούς. Διδάσκεται δὲ σαφέστατα καὶ ὑπὸ τοῦ Παύλου Ῥωμ. πρώτ. κεφ. ιθ΄. καὶ ἀλλαχοῦ [2]) ῥητῶς, ἐν οἷς φησὶ, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα ἔθνη φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖν. Ἐξ ὧν φανερὸν καὶ τοῦτο, ὅτι δηλαδὴ ἀδύνατον, ὅτι ποιήσει ὁ ἄνθρωπος ἀγαθὸν, ἁμαρτίαν εἶναι. Τὸ γὰρ καλὸν ἀδύνατον κακὸν εἶναι. Γινόμενον μέντοι φύσει μόνη καὶ ψυχικὸν, οὐχὶ δὲ καὶ πνευματικὸν ποιοῦν τὸν μετερχόμενον, οὐ συμβάλλεται πρὸς σωτηρίαν ἁπλῶς ἄνευ πίστεως, ἀλλ' οὐδὲ μὴν πρὸς κατάκρισιν· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται, τὸ καλὸν, ᾗ τοιοῦτον, κακοῦ γενέσθαι αἰτίαν. Ἐν τοῖς ἀναγεννηθεῖσι δὲ, ὑπὸ τῆς χάριτος καὶ μετὰ τῆς χάριτος ἐνεργούμενον τέλειον ἀπεργάζεται καὶ σωτηρίας ἄξιον ποιεῖται τὸν ἐνεργοῦντα.

Ὁ ἄνθρωπος τοιγαροῦν πρὸ τῆς ἀναγεννήσεως δύναται φύσει κλίνειν πρὸς τὸ καλὸν καὶ αἱρεῖσθαι καὶ ἐργάζεσθαι τὸ ἠθικὸν καλόν. Ἀναγεννηθεὶς δὲ ἵνα

1) Mtth. V. 47. 2) Rom. II. 14. Auctorem falsum esse, monuit Bibl. margo.

det, et ab opifice natura; etsi ratione diversa. Posse autem hominem naturaliter operari bonum, innuit vel ipse dominus, ethnicos redamare dicens eos, a quibus amantur. Sed et hoc ipsum manifestissime Paulus edocet ad Romanos. I. 19. et alibi expressis verbis, ubi ait, gentes, quae legem non habent, naturaliter, quae legis sunt, facere. Ex quibus et hoc quoque manifestum est, nimirum fieri non posse, ut bonum, quod facit homo, sit peccatum. Quippe impossibile est, malum esse quod bonum est. Quod autem fit naturaliter solum, et quod animalem non vero etiam spiritalem facit auctorem suum [1]), sine fide nihil omnino confert ad salutem, sed nec ad damnationem; neque enim bonum, qua tale, aliquando contingit mali caussam exsistere. In regeneratis vero illud, quod fit sub gratia et cum gratia [2]), perfectum facit et salute dignum praestat operantem.

Potest igitur naturaliter homo nondum regeneratus ad *bonum morale* propendere [3]) illudque eligere et operari: ut vero *spirituale bonum* regeneratus operetur-

1) B.: et qua parte animalis est, non autem qua etiam parte spiritualis. 2) B.: excitante et adjuvante gratia. 3) B.: velle.

ποιῇ τὸ πνευματικὸν καλὸν — σωτηρίας γὰρ ὄντα παραίτια τοῦ πιστοῦ τὰ ἔργα καὶ ὑπὸ χάριτος ὑπερφυοῦς ἐνεργούμενα καὶ πνευματικὰ εἰκότως ὀνομάζεται — ἀνάγκη προηγεῖσθαι καὶ προφθάνειν τὴν χάριν, ὃν τρόπον εἴρηται ἐν τοῖς περὶ προορισμοῦ· ὥστε μηδὲν δύνασθαι ἐξ ἑαυτοῦ τῆς κατὰ Χριστὸν ζωῆς ἄξιον ἔργον ἐκτελέσαι, ἐξ ἑαυτοῦ μέντοι ἔχειν τὸ θελῆσαι ἢ μὴ θελῆσαι τῇ χάριτι συγκατατεθῆναι.

nam et spiritualia merito vocantur fidelium opera, quae caussa salutis exsistunt [1]) et ex supernaturali gratia fiunt praeire ac praevenire gratiam necesse est, quemadmodum de praedestinatione agentes diximus, ita ut nullum omnino Christianae vitae dignum possit ex se ipso opus edere; quamquam ex se ipso habet velle aut nolle assentiri gratiae.

Ὅρος ιέ.

Πιστεύομεν τὰ εὐαγγελικὰ μυστήρια ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἶναι, κἀκεῖνα εἶναι ἑπτά. Ἐλάττονα γὰρ ἢ μείζονα ἀριθμὸν μυστηρίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐκ ἔχομεν· ἐπειδὴ ὁ παρὰ τὸν ἑπτὰ τῶν μυστηρίων ἀριθμὸς αἱρετικῆς φρενοβλαβείας ἐστὶν ἀποκύημα. Ὁ δὲ τῶν ἑπτὰ παρὰ τοῦ ἱεροῦ εὐαγγελίου νομοθετεῖται καὶ συνάγεται, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τῆς καθολικῆς πίστεως δόγματα. Αὐτίκα γὰρ ὁ κύριος τὸ μὲν ἅγιον βάπτισμα διὰ τοῦ· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος [1]), καὶ τοῦ· ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπιστήσας

Decretum XV.

Credimus esse in Ecclesia Evangelica [2]) Sacramenta, eaque septem. Nec minorem majoremve in Ecclesia Sacramentorum numerum admittimus; siquidem haereticorum dementiae foetus est alius sacramentorum numerus quam septenarius, qui non secus ac cetera catholicae fidei dogmata in Evangelio statuitur et ex ipso colligitur. Ac primo quidem Baptismi sacramentum Dominus tradidit, quando dixit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti; item et quum dixit: Qui crediderit et baptizatus fuerit, sal-

1) Matth. XXVIII. 19.

1) B.: salutis meritoria. 2) B.: legis novae.

κατακριθήσεται [1]), παραδέδωκε.

Τὸ δὲ τῆς βεβαιώσεως, ταὐτὸν εἰπεῖν, τοῦ ἁγίου μύρου καὶ ἁγίου χρίσματος, διὰ τοῦ· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους [2]). Ἣν ἐνεδύσαντο τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ ταύτην δηλοῖ τὸ τῆς βεβαιώσεως μυστήριον, περὶ οὗ καὶ Παῦλος δευτέρας πρὸς Κορινθίους κεφαλαίῳ πρώτῳ, καὶ τρανώτερον διὰ τοῦ Ἀρεοπαγίτου Διονυσίου διαλέγεται [3]).

Τὴν δὲ ἱερωσύνην διὰ τοῦ· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν [4])· καὶ διὰ τοῦ· ὅσα ἂν δήσητε καὶ λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα καὶ λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς [5]).

Τὴν δὲ ἀναίμακτον θυσίαν διὰ τοῦ· λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· καὶ· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης [6])· καὶ

vus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.

Confirmationis vero seu unguenti [1]) sacri et sancti chrismatis, quum dixit: Vos autem sedete in civitate Jerusalem, quoadusque induamini virtute ex alto. Hac autem per sancti spiritus adventum sunt induti, et hanc [2]) declarat confirmationis sacramentum. De quo et Apostolus II Corinth. cap. I. et apertius per Dionysium Areopagitam disseritur [3]).

Sacramentum Ordinis tradidit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem; item et quum dixit: Quaecunque ligaveritis et solveritis super terram, erunt ligata et soluta in coelis.

Incruentum vero tradidit sacrificium dicens: Accipite et manducate, hoc est corpus meum; et: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus novi Testamenti; item

1) Marc. XVI. 16. 2) Luc. XXIV. 49. 3) Dicit Eccles. Hierarch. IV. cap. inscripto: περὶ τῶν ἐν τῷ Μύρῳ τελουμένων καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελειουμένων. Qui pater, fere junior habitus, quam vere vixit, nuncupavit hoc sacramentum Μύρου τελετήν, quod nomen a praeceptoribus se accepisse testatur. Fuit vero in ecclesia triplex oleum, catechumenorum, chrismatis et infirmorum; patetque hoc loco, quod altero loco est, significari. Hoc quidem in sacramento confirmationis pro materia necessaria habebatur. Cfr. Conf. Orth. p. 177. 4) Luc. XXII. 19. 5) Matth. XVIII. 18. 6) Matth. XXVI. 26. et parall.

1) B. *balsami*. 2) B.: cujus quidem adventum significat confirmationis sacramentum. 3) B. *disputavit*, cujus subj. esset ipse Paulus contra textum. Quapropter margo monet: lege *disputatur*.

τοῦ· ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς.[1])

Τὸν δὲ γάμον μετὰ τὸ εἰπεῖν τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ περὶ αὐτοῦ εἰρημένα διὰ τῆς οἷον ἐπισφραγίσεως τοῦ· οὓς ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω[2]), ὃν καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος μέγα ἐπικαλεῖ μυστήριον.[3])

Τὴν δὲ μετάνοιαν, ᾗτινί ἐστι σύμμικτος ἡ μυστηριακὴ ἐξομολόγησις, διὰ τοῦ· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται[4]), καὶ τοῦ· ἐὰν μὴ μετανοήσητε, ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.[5])

Τὸ δὲ ἅγιον ἔλαιον εἴτ' οὖν εὐχέλαιον λέγεται παρὰ τῷ Μάρκῳ[6]), μαρτυρεῖται δὲ ῥητῶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοθέου.[7])

Σύγκειται δὲ τὰ μυστήρια ἐκ τοῦ φυσικοῦ καὶ ὑπερφυοῦς· οὐκ εἰσὶ δὲ ψιλὰ σημεῖα τῶν ἐπαγγελιῶν[8]) τοῦ Θεοῦ. Οὕτω γὰρ οὐκ ἂν διενήνοχε τῆς περιτομῆς, οὗ τί ἀθλιώτερον; Ὁμολογοῦμεν δ' αὐτὰ εἶναι ὄργανα δραστικὰ τοῖς μυουμένοις χάριτος ἐξ ἀνάγκης. Ἀποπτύομεν δὲ ὡς ἀλλό-

et quum dixit: Nisi manducaveritis carnem filii hominis; non habebitis vitam in vobis.

Sacramentum vero matrimonii tunc tradidit, quum recensitis velut ejus in obsignationem iis, quae de illo in veteri testamento scripta sunt, ait: Quos Deus conjunxit, homo non separet. Quin et magnum ab apostolo sacramentum appellatur.

Poenitentiam, in qua sacramentalis includitur confessio, tunc tradidit, quum dixit: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quorum retinueritis, retenta sunt; item et quum dixit: Nisi poenitentiam habueritis; omnes similiter peribitis.

Sanctum denique oleum sive extrema unctio apud Marcum legitur, et aperto Jacobi fratris domini testimonio comprobatur.

Porro naturali et supernaturali constant sacramenta: neque nuda illa sunt divinarum signa promissionum, quippe ita nihil ab circumcisione discreparent; quo quid miserabilius dici possit? Imo vera ea esse instrumenta his, qui initiantur illis, gratiam necessario conferentia, confitemur. Quod autem rei ter-

---

1) Ioann. VI. 54. 2) Matth. XIX. 6. 3) Ephes. V. 32. 4) Ioann. XX. 23. 5) Luc. XIII. 3. 5. 6) Marc. VI. 13. 7) Iac. V. 14. 8) Hinc sequitur, recte a nobis supra p. 34. textum esse conformatum.

τριον τῆς Χριστιανικῆς διδασκαλίας τὸ τὴν ἀκεραιότητα τῶν μυστηρίων ἀπαιτεῖν τὴν χρῆσιν τοῦ γηΐνου πράγματος· ἀντίκειται γὰρ τῷ μυστηρίῳ τῆς προσφορᾶς, ὃ ῥήματι ὑπαρκτικῷ νομοθετηθὲν [1]) καὶ τῇ ἐπικλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ἁγιασθὲν τελειοῦται τῇ ὑπάρξει τοῦ σημαινομένου, τοῦ σώματος δηλαδὴ καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Καὶ προηγεῖται ἡ τούτου τελείωσις ἀναγκαίως τῆς χρήσεως. Εἰ γὰρ πρὸ τῆς χρήσεως μὴ ἦν τέλειον, οὐκ ἂν ὁ κακῶς χρώμενος κρῖμα ἑαυτῷ ἤσθιε καὶ ἔπινεν [2])· ἐπεὶ ψιλοῦ ἄρτου καὶ οἴνου ἦν μετεσχηκώς. Νῦν δ' ἀναξίως μετέχων κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει· ὥστε οὐκ ἐν τῇ χρήσει ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς χρήσεως ἔχει τὸ τῆς εὐχαριστίας μυστήριον τὴν τελείωσιν. Ἔτι ἀποῤῥίπτομεν ὡς κάθαρμά τι καὶ μίασμα τὸ· ἐλλιπῶς γὰρ ἐχούσης τῆς πίστεως ζημιοῦται ἡ ὁλοκληρία τοῦ μυστηρίου. Οἱ γὰρ αἱρετικοί, οὓς τὴν αἵρεσιν ἀποσειςαμένους καὶ προστεθέντας τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, δέχεται ἡ ἐκκλησία· καίτοι ἐλλιπῆ [3]) ἐσχηκότες τὴν πίστιν τέλειον ἔλαβον τὸ βάπτισμα· ὅθεν τελείαν ὕστερον τὴν πίστιν κεκτημένοι οὐκ ἀναβαπτίζονται.

renae usum sacramentorum integritas necessario exigat, ab doctrina christiana alienum id omnino existimamus, utpote eucharistiae sacramento contrarium, quod ab substantiali quidem verbo institutum et a sancto spiritu [1]) sanctificatum, rei, quam significat, nimirum corporis et sanguinis Christi, praesentia perficitur. Et prius quidem in se necessario perfectum est quam cedat in usum. Etenim ni completum esset ante usum, suum utique non manducaret ac biberet ille judicium, qui eo male utitur; quandoquidem nudum [2]) panem et vinum sumeret. Atqui judicium sibi manducat et bibit, qui sumit indigne. Eucharistiae itaque sacramentum nequaquam in usu sed ante usum suum obtinet complementum. Deinde et hanc quaque sententiam, videlicet integritati sacramenti dispendium afferre defectum [3]) fidei, ut exitialem et abominandam rejicimus. Nam et haeresim abjurantes fidemque catholicam amplectentes haereticos ecclesia recipit, qui quamvis fidei defectu [4]) laborantes perfectum baptisma receperunt: unde nec eos denuo baptizat, ubi perfectam fidem sunt adepti.

1) B. νομοτηθὲν. 2) 1 Cor. XI. 29, 26, 28. 3) B. ἐλλειπῆ, utravis forma legitur.

1) B. margo haec: In Graeco, *sancti spiritus invocatione.* 2) B. *modicum.* 3) B. *exilitatem.* 4) B. exili admodum cum fide.

Ὅρος ις'.

Πιστεύομεν τὸ ἅγιον βάπτισμα, τὸ διαταγὲν μὲν παρὰ τοῦ κυρίου, γινόμενον δὲ ἐν ὀνόματι τῆς ἁγίας τριάδος, εἶναι τῶν ἀναγκαιοτάτων. Χωρὶς γὰρ αὐτοῦ οὐδεὶς δύναται σωθῆναι, ὥς ὁ κύριός φησιν [1]· ὅστις οὐ μὴ γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Καὶ διὰ τοῦτό ἐστιν ἀναγκαῖον καὶ τοῖς νηπίοις, ἐπειδὴ κἀκεῖνα ὑπόκεινται τῇ ἀρχεγόνῳ ἁμαρτίᾳ καὶ χωρὶς τοῦ βαπτίσματος οὐ δύναται τυχεῖν τῆς ἀφέσεως· ὅπερ ὁ κύριος δεικνύων οὐκ ἔφη μερικῶς ἀλλ' ἁπλῶς καὶ καθόλου· ὅστις οὐ μὴ γεννηθῇ, ὃ ταὐτόν ἐστι τῷ· πάντας τοὺς μετὰ τὴν ἔλευσιν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ εἰσελευσομένους ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν δεῖ ἀναγεννηθῆναι. Εἰ δὲ τὰ νήπια ἄνθρωποι, εἴπερ καὶ ταῦτα δεῖται σωτηρίας· δεῖται σωτηρίας, δεῖται καὶ τοῦ βαπτίσματος. Καὶ τὰ μὴ ἀναγεννηθέντα, ὡς μὴ τὴν ἄφεσιν τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας λαβόντα, ὑπόκειται τῇ ἀϊδίῳ τῆς ἁμαρτίας ἀνάγκης ποινῇ, καὶ ἑπομένως οὐ σώζεται χωρὶς τοῦ βαπτίσματος· ὥστε δεῖ ἀναγκαίως καὶ τὰ νήπια βαπτίζεσθαι. Ἔτι τὰ νήπια σώζεται, ὡς λέγεται παρὰ τῷ Ματθαίῳ [2]· ὁ δὲ

Decretum XVI.

Credimus sanctum Baptisma, a Domino quidem institutum et in nomine sanctae Trinitatis collatum, esse summe necessarium. Etenim sine illo salvari nemo potest juxta Domini sententiam: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum coelorum. Igitur et parvulis necessarium illud est, utpote qui rei quoque peccati originalis existant et solo possint baptismate mundari. Quod docens Dominus nequaquam de quibusdam tantum sed simpliciter et de omnibus dixit: Nisi quis renatus fuerit etc. Quod item est ac si dixisset, omnes post Christi salvatoris adventum coelorum regnum ingressuros esse regenerandos. Si autem parvuli homines sunt, siquidem salute indigent, indigent et baptismate; et qui non regenerati decedunt, tamquam qui originalis peccati remissionem non acceperint, sempiternae peccati poenae de necessitate subjiciuntur et consequenter sine baptismo haudquaquam salvantur: quare necesse est, parvulos baptizari. Insuper salutem parvuli consequuntur, ut apud Matthaeum dicitur: Non ba-

1) Ioann. III. 5. 2) Math. XIX. 12.

μὴ βαπτισθεὶς οὐ σώζεται· καὶ τὰ νήπια ἄρα ἀναγκαίως βαπτισθήσονται. Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι [1]) λέγεται, ὅτι πᾶσαι αἱ οἰκίαι ἐβαπτίζοντο, ἄρα καὶ τὰ νήπια. Τοῦτο καὶ οἱ πάλαι πατέρες μαρτυροῦσι σαφῶς, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ἐν τῷ περὶ ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας [2]). Καὶ Ἰουστῖνος πεντεκοστῷ ἕκτῳ ζητήματι [3]), ὅς λέγει ῥητῶς· ἀξιοῦνται δὲ τῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀγαθῶν τῇ πίστει τῶν προσφερόντων αὐτὰ τῷ βαπτίσματι. Καὶ Αὐγουστῖνος παράδοσιν εἶναί φησιν [4]) ἀποστολικὴν, τὰ παιδία διὰ τοῦ βαπτίσματος σώζεσθαι· καὶ ἀλλαχοῦ σε· ἡ ἐκκλησία τοῖς βρέφεσιν ἑτέρων πόδας ἐντίθησιν, ὅπως ἔρχωνται· ἑτέρων καρδίας, ὅπως πιστεύωσιν· ἑτέρων γλῶσσαν, ὅπως ἐπαγ-

ptizatus autem non salvatur. Ergo necesse est, et parvulos baptizari. Et in Actis dicitur, familias totas fuisse baptizatas; ergo et parvulos. Sed et hoc ipsum Patres antiqui testantur evidenter, in quibus Dionysius de ecclesiastica [1]) hierarchia; Justinus quaestione quinquagesima sexta, ubi sic expresse loquitur: Bonorum, quae per Baptismum adveniunt, digni fiunt fide eorum, a quibus sacros ad fontes offeruntur. Et Augustinus apostolicam ait esse traditionem, parvulos baptismo salvari. Item alibi: Alienos infantibus pedes ecclesia tribuit, ut ad se veniant; aliena corda, ut credant; linguam alienam, ut spondeant. Et

1) Act. VIII. 12. XVI. 33. 2) Agit de hac re mysticus ille pater cap. 7. inscripto: De iis quae fiunt circa defunctos; edit. laud. p. 360. § 11., ubi infantium ablutionem contra ejus vituperatores et irrisores fere iisdem argumentis defendit, quibus nostra adhuc aetate uti solent. Et in hac etiam re ad traditiones acceptas provocat, quibus et hic usus et illa argumenta debeat. Cfr. Vasquez in III. part. Disput. 154. c. I. 3) Significatur locus a Crusio Baumgarteniano hist. dogmat. II. Vol. p. 1209. not., ut prisca aetate in ecclesia *societatis* et *actionum vicariarum ἰδέαν* et hoc in genere viguisse monstraret. Legitur locus in *Responsionibus ad Orthodoxos de quibusdam necessariis quaestionibus* p. 462. A. edit. Maran.; et quidem cuncta accurate, prouti hic descripta sunt. Librum illum falso Justino attribui, demonstratum nuperrime ivit *Otto* de Justini Martyris scriptis et doctrina Jenae, 1841, p. 66 sqq. 4) Veluti de Pecc. Mer. I. 39.: Quia parvulos baptizandos esse concedunt, qui contra auctoritatem universae ecclesiae, *procul dubio per Dominum et Apostolos traditam*, venire non possunt etc. Voluit scilicet Augustinus ex paedobaptismo origin. peccati veritatem probare.

1) B. marg. recte lectores ad eccles. hierarch, vocat, quam etiam legit Par. ed.; B. vero interpr. scribit: *de coelesti hierarchia.*

γέλλωνται. Καὶ ἀλλαχοῦ· ἡ μήτηρ ἐκκλησία μερικὴν καρδίαν ἐκείνοις χαρίζεται.

Γίνεται δὲ τὸ βάπτισμα δι' ὕλης μὲν ὕδατος καθαροῦ καὶ οὐδένος ἑτέρου ὑγροῦ. Ἀποτελεῖται δὲ διὰ μόνου τοῦ ἱερέως, καὶ κατ' [1]) ἀνάγκην ἀπροφάσιστον ἔχει γίνεσθαι καὶ δι' ἑτέρου ἀνθρώπου, πλὴν ὀρθοδόξου καὶ σκοπὸν ἔχοντος τὸν ἁρμόδιον τῷ θείῳ βαπτίσματι. Ἀποτελέσματα δὲ τοῦ βαπτίσματος, συνελόντι φάναι [2]), πρῶτον ἡ ἄφεσις τοῦ προπατορικοῦ πλημμελήματος καὶ ὅσων ἄλλων ἁμαρτιῶν πεπραχὼς ἦν ὁ βαπτισθεὶς. Δεύτερον ῥύεται ἐκεῖνον τῆς ἀϊδίου ποινῆς, ἥτινι ὑπέκειτο, εἴτε διὰ τὸ ἀρχέγονον ἁμάρτημα εἴτε δι' ἃ ἰδικῶς ἔπραξε θανασίμως. Τρίτον δίδωσιν αὐτοῖς τὴν ἀθανασίαν· δικαιοῦν γὰρ αὐτοὺς τῶν προημαρτημένων ναοὺς Θεοῦ ἀποκαθίστησιν. Οὐκ ἔστι δ' εἰπεῖν, μὴ λύεσθαι διὰ τοῦ βαπτίσματος πάσας τὰς ὁπωσοῦν πρὸ τούτου ἁμαρτίας, ἀλλὰ μένειν μὲν, οὐκ ἰσχύειν δέ. Τοῦτο γὰρ ἀσεβείας τῆς ἐσχάτης ἐστὶ γέμον καὶ ἄρνησις μᾶλλον ἢ ὅλως ὁμολογία εὐσεβείας· ἀλλ' ὅτι πᾶσα ἁμαρτία πρὸ

rursum alibi: Cor illis singulare mater ecclesia subministrat.

Porro baptismi materia aqua pura est seu naturalis et non ullus alius liquor. Per solum autem sacerdotem perficitur; urgente tamen inexcusabili [1]) necessitate potest et per alium hominem conferri, modo sit orthodoxus et convenientem sacro baptismati scopum intendat. Effectus porro baptismi breviter recensendi. Primus est originalis peccati remissio et aliorum, quotquot voluntate propria is qui baptizatur admisit. Secundus ab aeternis, quae sive propter originale sive propter propria mortalia peccata manebant hominem, poenis eximit. Tertio inmortalitatem baptizatis impertitur, quippe a peccatis praecedentibus eos emundans in Dei templa restituit. Neque dicere licet omnia prorsus, quae Baptismum praecessere, peccata, per hunc non deleri, sed manere quidem at non imputari. Extremae etenim id impietatis est et pietatis abnegatio censenda magis quam confessio. Imo vero omne, quodcunque peccatum, quod

1) B. κατὰ. 2) Mutavi intercisionem, ut esset ἡ ἄφεσις praedicatum τῶν ἀποτελεσμάτων. Fuit ante post verb. φάναι colon, quod delevi, quum non esset additum ταῦτα vel tale quid. Συνελ. φάναι commatis inclusi; est enim haec formula, ut aliae hujus generis, intermissa orationi.

1) B. vera.

τοῦ βαπτίσματος οὖσα, ἢ γεγονυῖα ἀφανίζεται, καὶ ὡς μὴ οὖσά ποτε ἢ γεγονυῖα λογίζεται. Οἱ γὰρ τύποι τοῦ βαπτίσματος, πᾶσαι ἑκάτερον [1]) καὶ αἱ προμηνύουσαι καὶ τελειοῦσαι ῥήσεις τὸ βάπτισμα τὴν τελείαν ὑπαινίττουσι κάθαρσιν. Τοῦτο αὐτὸ καὶ αὐτὰ τὰ τοῦ βαπτίσματος ὀνόματα περιστῶσιν. Εἰ γὰρ βάπτισμα διὰ πνεύματος καὶ πυρὸς [2]), δῆλον ὅτι καὶ τελεία πᾶσιν ἡ κάθαρσις· τὸ γὰρ πνεῦμα τελείως καθαίρει. Εἰ φῶς [3]), τὸ σκότος ἔλυσεν· εἰ ἀναγέννησις [4]), παρῆλθε τὰ ἀρχαῖα. Τίνα δὲ ταῦτα, εἰ μὴ τὰ ἁμαρτήματα; Εἰ ἀπεκδύεται ὁ βαπτιζόμενος τὸν παλαιὸν [5]) ἄνθρωπον, ἄρα καὶ τὴν ἁμαρτίαν. Εἰ ἐνδύεται τὸν Χριστὸν [6]), ἄρα ἀναμάρτητος γίνεται ἐνεργείᾳ διὰ τοῦ βαπτίσματος. Μακρὰν γὰρ ἀπὸ ἁμαρτωλῶν ὁ Θεός. Τοῦτο καὶ Παῦλος διδάσκει τρανώτερον λέγων [7])· ὥσπερ διὰ τοῦ ἑνὸς ἁμάρτωλοι κατεστάθημεν οἱ πολλοί, οὕτω διὰ τοῦ ἑνὸς

ante baptismum aut est aut fuit, deletur atque perinde, ac si nunquam exstitisset, reputatur. Etenim baptismi symbola [1]) et verba baptismum praesignantia ac perficientia perfectam munditiam designant, idemque et illa, quibus appellatur, vocabula confirmant. Si enim per spiritum et ignem perficitur baptismus, perfectam utique *munditiam* hunc esse, manifestum est, quum perfecte spiritus expurget; si *lumen*, tenebras dissipat; si *regeneratio*, utique vetera desiere; quae porro vetera, nisi peccata? Veterem hominem, si qui baptizatur, exuit; ergo et peccatum. Christum si induit, igitur per baptismum a peccato mundus actu efficitur; longe enim a peccatoribus Deus. Hoc ipsum vero et apertius Paulus edocet, dicens: Sicut per unum peccatores constituti sumus multi, ita et

1) Male Paris. ἑκάθερον. Est vero neutrum istuc pro adverbio, certe ad hujus similitudinem proxime accedit: verba et actum baptismi praecedentia et efficientia, *haec duo quasi utrinque* significant, in baptismo esse perfectam expiationem. 2) Matth. III. 11. 3) Hebr. IV. 4. 4) Tit. III. 5. 5) Recepi e Paris. marg. Vulg. per errorem παλὸν quod nescio an nusquam legatur. Certe non scripsit auctor, quum ei obversaretur locus Coloss. III. 9., qui me etiam movit, ut ἀπεκδ. ante substituerem vulg. lectioni ἀπενδ. quod verbum et per se absurdius est, nec alibi exstat. Totus vero locus biblicum colorem prae se fert. 6) Galat. III. 27. 7) Rom. V. 19. Sed λέγων excepi e Bibl. Edit. Paris. λέγον. Amstel. primos tantum huj. cap. versus habet usque ad vocabula οὐ δύναται — ἀφέσεως.

1) B.: quae in baptismo formantur signacula et tum quae praecedunt cum quae ipsum perficiunt verba etc.

δίκαιοι. Εἰ δὲ δίκαιοι, ἄρα ἁμαρτίας ἐλεύθεροι. Οὐ γὰρ δύναται, ἐν ταὐτῷ εἶναι τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον. Εἰ ἀληθῶς ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, ἄρα καὶ ἀληθὴς ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἄφεσις.

Ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, πάντα τὰ βαπτισθέντα καὶ κοιμηθέντα βρέφη ἀναμφιβόλως σώζεσθαι, προορισθέντα διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ἐκτὸς πάσης ἦσαν ἁμαρτίας· κοινῆς μὲν, ὅτι ἐλυτρώθησαν τῷ θείῳ λουτρῷ, ἰδικῆς δὲ, ὅτι τὰ βρέφη μὴ ἔχοντα ἐνεργείᾳ προαίρεσιν οὐχ ἁμαρτάνει· ἄρα καὶ σώζεται. Ἐντίθησι δὲ τὸ βάπτισμα καὶ χαρακτῆρα ἀνεξάλειπτον, ὥσπερ καὶ ἡ ἱερωσύνη.[1] Καθὼς γὰρ ἀδύνατον, τὸν αὐτὸν δὶς ἱερωσύνης τυχεῖν τῆς αὐτῆς· οὕτως ἀδύνατον ἀναβαπτισθῆναι τὸν ἅπερ ὀρθῶς βαπτισθέντα, κἂν καὶ μυρίαις συμβέβηκεν αὐτὸν ὑποπεσεῖν ἁμαρτίαις, ἢ καὶ αὐτῇ ἐξομομώσει τῆς πίστεως. Θέλων γὰρ ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον ἀναλαμβάνει τὴν ἣν ἀπώλεσεν υἱοθεσίαν διὰ τοῦ μυστηρίου τῆς μετανοίας.

per unum justi. Porro si justi, igitur et a peccato liberi; neque enim simul esse possunt vita et mors. Si vere mortuus est Christus; vera profecto est et per spiritum condonatio peccati.

Hinc vero compertum, baptizatos parvulos et defunctos omnes dubio procul salutem consequi, per mortem Christi praedestinatos. Quum enim nullius rei sint peccati; non quidem omnibus communis, utpote jam divino lavacro mundati, neque etiam proprii, utpote qui actu electione carentes non peccant, certissime salvantur. Porro aeque ac Ordo Baptismus characterem imprimit indelebilem: unde, quemadmodum eodem ordine initiari bis nemo potest; ita nec recte semel baptizatus iterum baptizari, ut in mille peccata forte prolapsus, imo ut a fide etiam apostata. Enimvero converti ad Dominum quisquis voluerit; eam, a qua exciderat, per Poenitentiae sacramentum recuperat adoptionem.

Ὅρος ιζ'.

Πιστεύομεν τὸ πανάγιον μυστήριον τῆς ἱερᾶς εὐχαριστίας, ὅπερ ἀνωτέρω κατὰ τάξιν τέταρτον ἐθέμε-

Decretum XVII.

Credimus sanctissimum divinae Eucharistiae sacramentum, quod ordine quartum supra recensuimus, illud

1) Vulg. τὴν ἱερωσύνην, quam non dubitavi in nomin. mutare.

θαι [1]), ἐκεῖνο εἶναι, ὅπερ ὁ κύριος παρέδωκε τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδου ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Λαβὼν γὰρ ἄρτον καὶ εὐλογήσας ἔδωκε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις εἰπών· λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. [2]) Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον εὐχαριστήσας εἴρηκε· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν [3]).

Τούτου ἐν τῇ ἱερουργίᾳ πιστεύομεν παρεῖναι τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν οὐ τυπικῶς, οὐδ' εἰκονικῶς, οὐδὲ χάριτι ὑπερβαλλούσῃ [4]), ὡς ἐν τοῖς λοιποῖς μυστηρίοις, οὐδὲ κατὰ μόνην παρουσίαν, καθὼς τινες τῶν πατέρων εἰρήκασι περὶ τοῦ βαπτίσματος, οὐδὲ κατ' ἐναρτισμόν, ὥστε ἑνοῦσθαι τὴν θεότητα τοῦ λόγου τῷ προκειμένῳ τῆς εὐχαριστίας ἄρτῳ ὑποστατικῶς, καθὼς οἱ ἀπὸ Λουθήρου λίαν ἀμαθῶς καὶ ἀθλίως δοξάζουσιν [5]): ἀλλ' ἀληθῶς καὶ πραγματικῶς, ὥστε μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου μεταβάλλεσθαι, μετουσιοῦσθαι, μεταποιεῖσθαι, μεταῤῥυθμίζεσθαι [6]) τὸν μὲν ἄρτον εἰς αὐτὸ τὸ ἀληθὲς τοῦ κυρίου σῶμα, ὅπερ ἐγεννήθη

ipsum esse, quod ea nocte, qua semet ipsum pro mundi vita tradidit dominus, nobis traditione reliquit. Panem quippe accipiens ac benedicens dedit sanctis discipulis suis et apostolis, dicens: Accipite, manducate, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias agens dixit; Bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.

In hujus itaque celebratione sacramenti Dominum nostrum Jesum Christum credimus esse praesentem, non quidem secundum figuram aut imaginem neque etiam secundum quamdam ut ceteris in sacramentis gratiae excellentiam neque secundum simplicem, quam et in baptismo patres nonnulli commemoravere, praesentiam, neque penes impanationem [1]), qua proposito eucharistiae pani verbi divinitas substantialiter [2]) uniatur, quemadmodum inscite juxta ac misere arbitrantur Lutherani, sed vere realiterque; quatenus panis et vini facta consecratione transmutetur, transsubstantietur, convertatur, transformetur [3]) panis quidem in ipsum corpus domi-

1) Omittit Amst. hanc enunciat. relat. 2) Matth. XXVI. 26. 3) Matth. XXVI. 28. 4) B. ὑπερβαλούσῃ. 5) De hac Lutheranorum inculpatione et de re vide Baumg. Crus. Hist. Dogmat. II. 1238. 6) B. μεταῤῥυθμ.

1) B. *conjunctionem.* 2) B. margo: *lege hypostatice.* 3) B. *transeat.*

ἐν Βηθλεὲμ ἐκ τῆς ἀειπαρθένου, ἐβαπτίσθη ἐν Ἰορδάνῃ, ἔπαθεν, ἐτάφη, ἀνέστη, ἀνελήφθη, κάθηται ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατέρος, μέλλει ἐλθεῖν ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, — τὸν δ' οἶνον μεταποιεῖσθαι καὶ μετουσιοῦσθαι εἰς αὐτὸ τὸ ἀληθὲς τοῦ κυρίου αἷμα, ὅπερ κρεμαμένου ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἐχύθη ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. [1])

ai versum, quod natum est in Bethlehem ex perpetua Virgine, baptizatum in Jordane, passum, sepultum, quod resurrexit, adscendit, sedet a dextris Dei patris, in coeli denique nubibus adventurum, — vinum vero in ipsum Domini sanguinem verum converti ac transsubstantiari, qui ex illo in cruce pendente pro mundi vita defluxit.

Ἔτι μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου οὐκ ἔτι μένειν τὴν οὐσίαν τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ κυρίου ἐν τῷ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου εἴδει καὶ τύπῳ, ταὐτὸν εἰπεῖν, ὑπὸ τοῖς τοῦ ἄρτου συμβεβηκόσιν.

Item facta panis et vini consecratione nec panis nec vini manere amplius substantiam credimus, sed ipsum corpus et sanguinem domini sub panis et vini specie et figura, id est, sub panis accidentibus.

Ἔτι αὐτὸ τὸ πανακήρατον τοῦ κυρίου σῶμα καὶ αἷμα μεταδίδοσθαι καὶ εἰσδύειν εἰς τὸ στόμα καὶ στόμαχον τῶν μετεχόντων εὐσεβῶν τε καὶ ἀσεβῶν. Πλὴν τοῖς μὲν εὐσεβέσι καὶ ἀξίοις ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ ζωὴν αἰώνιον προξενεῖν· τοῖς δὲ ἀσεβέσι καὶ ἀναξίοις κατάκρισιν καὶ κόλασιν αἰώνιον παραχωρεῖν. [2])

Item et ipsum distribui domini corpus et sanguinem purissimum inque communicantium sive piorum sive impiorum os ac stomachum introduci: nisi quod remissionem peccatorum vitamque piis ac dignis impertitur aeternam, impiis vero ac indignis damnationem poenamque accersit sempiternam.

---

1) Ioann. VI. 51. qui locus in hac re admodum fuit frequentatus, veluti a *Paschasio Radberto de corpore et sanguine Domini* l. 2. ubi de consecrationis vi et effectu edisserens, prorsus eadem ratione, atque hic Dositheus de absoluta corporis identitate, ut ajunt, verba fecit. Permansit hic locus in hac re celeber usque ad hoc tempus. Cfr. Muralt Briefe über den Gottesdienst der morgenländ. Kirche p. 166. Reliqua, quae supra sequuntur, desunt in Amstel. usque ad verba: *Ἔτι δὲ μετουσίωσις λέξις* etc. 2) Cfr. idem Radbertus l. l. c. VIII. 2.

Ἔτι τέμνεσθαι μὲν καὶ διαιρεῖσθαι εἴτε χέρσιν εἴτε καὶ ὀδοῦσι τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ κυρίου κατὰ συμβεβηκὸς [1]) μέντοι ἤτοι κατὰ τὰ συμβεβηκότα τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου, καθ' ἃ καὶ ὁρατὰ καὶ ἁπτὰ εἶναι ὁμολογοῦνται, καθ' ἑαυτὰ δὲ μένειν ἄτμητα πάντη καὶ ἀδιαίρετα. Ὅθεν καὶ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία [2]) φησί· Μερίζεται καὶ διαμερίζεταί ὁ μελιζομενος [3]) καὶ μὴ διαιρούμενος, ὁ πάντοτε ἐσθιόμενος καὶ οὐδέποτε δαπανώμενος, ἀλλὰ τοὺς μετέχοντας — δηλονότι ἀξίως — ἁγιάζων.

Item manibus dentibusve concidi quidem Domini corpus et sanguinem ac dividi; verum per accidens dumtaxat sive penes accidentia panis et vini, per quae et visibilia ea esse et contrectabilia in confesso est: at insecta prorsus et indivisa secundum se permanere. Unde et Catholica dixit Ecclesia: Conciditur et dividitur, quum membratim concidatur, nequaquam dividitur, semper manducatur, et nunquam consumitur: sed digne accedentes sanctificat.

Ἔτι ἐν ἑκάστῳ μέρει καὶ τμήματι ἐλαχίστῳ τοῦ μεταβληθέντος ἄρτου καὶ οἴνου οὐκ εἶναι μέρος τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου — βλάσφημον γὰρ τοῦτο καὶ ἄθεον — ἀλλ' ὅλον ὁλικῶς τὸν δεσπότην Χριστὸν κατ' οὐσίαν μετὰ

Item nequaquam sub divisione qualibet ac minima panis et vini transmutati particula esse partem corporis et sanguinis Domini — quippe hoc sine blasphemia et impietate nemo dixerit — sed totum ac integrum Dominum Christum secundum substan-

1) B. *κατασυμβεβηκός*. 2) Quae sit ecclesia *catholica* possit ambigi, num Graeca, an ipsa Catholica, ad cujus rationem Concilium in hoc dogmate proxime accedere, patet. Quare me latet ille locus, nescium etiam, num verba ipsa an sententia reddita sit. Haec certe invenitur in Cat. Rom. edit. Danzii § 61. qui ad Augustini locum provocat, ita se habentem: Singuli accipiunt Christum Dominum, et in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se praebet in singulis. 3) Nolo marg. lectioni Paris. loco cedere, quae est *μεριζόμενος*. At contra verb. *μελίζεσθαι* cum vi dictum videtur esse, *μερίζ.* autem repetitio molesta esset. Illud est *εἰς μέλη in frustula dividi*. Versio bibliothecae ad Graeca aptior videtur esse, sic se habens: conciditur et dividitur, qui concisus nequaquam dividitur, ubique manducatur et nusquam consumitur. Graeca quum intellectu faciliora sint, non alienum esse puto, conjicere, ex Graeco auctore ista desumta esse. De Christi in eucharistia corpore diviso quidem sed non consumto, manducato at vero non confecto agi, ex verbis durioribus et obscurioribus facile efficitur. Id ipsum est, quod sequentibus amplius explanatur, quo Missarum veritatem declarare auctor conatur.

ψυχῆς δηλονότι καὶ θεότητος, ἤτοι τέλειον Θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον. Ὅθεν καὶ πολλῶν γινομένων ἐν τῇ οἰκουμένῃ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ἱερουργιῶν, μὴ γίνεσθαι πολλοὺς Χριστοὺς ἢ πολλὰ σώματα Χριστοῦ, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν παρεῖναι ἀληθῶς καὶ πραγματικῶς, καὶ ἓν εἶναι αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα ἐν πάσαις ταῖς κατὰ μέρος τῶν πιστῶν ἐκκλησίαις, καὶ τοῦτο οὐχ ὅτι τὸ ἐν οὐρανοῖς τοῦ δεσπότου ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις κάτεισι σῶμα, ἀλλ' ὅτι ὁ τῆς προθέσεως ἐν πάσαις ταῖς κατὰ μέρος ἐκκλησίαις προκείμενος ἄρτος μεταποιούμενος καὶ μετουσιούμενος μετὰ τὸν ἁγιασμὸν γίνεται καὶ ἔστι ἓν καὶ τὸ αὐτὸ τῷ ἐν οὐρανοῖς. Ἓν γὰρ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐν πολλοῖς τόποις καὶ οὐ πολλά, καὶ διὰ τοῦτο τὸ μυστήριον τοῦτο μάλιστά ἐστι καὶ λέγεται θαυμαστὸν καὶ πίστει μόνῃ καταληπτόν, οὐ σοφίσμασι σοφίας ἀνθρωπίνης, ἧς τὴν ματαίαν καὶ ἀνόητον ἐν τοῖς θείοις περιέργειαν ἀποσείεται ἡ εὐσεβὴς καὶ θεοπαράδοτος ἡμῶν θρησκεία.

Ἔτι αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου τὸ ἐν τῷ τῆς εὐχαριστίας μυστηρίῳ ὀφείλειν τιμᾶσθαι ὑπερβαλλόντως καὶ προσκυνεῖσθαι λατρευτικῶς. Μία γὰρ ἡ

tiam, animam videlicet suam et divinitatem, id est, Deum perfectum et perfectum hominem. Unde et multae quum per orbem una et eadem hora celebrantur Missae, haudquaquam Christi plures plurave Christi sunt corpora, sed unus in omnibus ac singulis fidelium ecclesiis vere ac realiter praesens est ipse Christus, unum et corpus est, et sanguis unus. Atque id quidem, non quod illud, quod in coelo est, Domini corpus super altaria descendat, sed quod post consecrationem conversus ac transsubstantiatus, qui singulis in ecclesiis offertur, panis propositionis fiat et sit illud ipsum corpus, quod est in coelo. Quippe multis in locis non multa sed unum est corpus Domini; ac vel hinc maxime mirabile est diciturque hujusmodi sacramentum et sola fide comprehensibile, non autem humanae ratiunculis sapientiae, cujus quidem vanam et circa res divinas coecam inquisitionem pia atque divinitus nobis tradita abnuit [1]) professio nostra.

Item et honore supremo colendum esse cultuque latriae adorandum idem Domini corpus et sanguinem, quae sunt in Sacramento Eucharistiae [2]). Quippe san-

1) B. contemnit. 2) B. omittit: *quae — Euchar.*

προσκύνησις τῆς ἁγίας τριάδος καὶ τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου.

Ἔτι εἶναι θυσίαν ἀληθῆ καὶ ἱλαστικὴν προσφερομένην ὑπὲρ πάντων τῶν εὐσεβῶν ζώντων καὶ τεθνεώτων καὶ ὑπὲρ ὠφελείας πάντων, ὡς κεῖται ῥητῶς ἐν ταῖς τοῦ μυστηρίου προσευχαῖς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τῇ ἐκκλησίᾳ παραδοθείσαις κατὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς διαταγὴν τοῦ κυρίου. [1])

Ἔτι καὶ πρὸ τῆς χρήσεως εὐθὺς μετὰ τὸν ἁγιασμὸν καὶ μετὰ τὴν χρῆσιν τὸ φυλαττόμενον ἐν ταῖς ἱεραῖς θήκαις πρὸς μετάληψιν τῶν ἀποδημῆσαι μελλόντων ἀληθὲς εἶναι τοῦ κυρίου σῶμα, καὶ κατὰ μηδὲν διαφέρον ἑαυτοῦ, ὥστε πρὸ τῆς χρήσεως μετὰ τὸν ἁγιασμὸν, ἐν τῇ χρήσει καὶ μετὰ τὴν χρῆσιν, εἶναι κατὰ πάντα τὸ ἀληθὲς τοῦ κυρίου σῶμα.

Ἔτι τῇ μετουσιώσις λέξει οὐ τὸν τρόπον πιστεύομεν δηλοῦσθαι, καθ᾽ ὃν ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος μεταποιοῦνται εἰς τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ κυρίου, — τοῦτο γὰρ ἄληπτον πάντη καὶ ἀδύνατον πλὴν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς πιστεύουσιν ἀμάθειαν ἅμα καὶ ἀσέβειαν ἐπιφέρει — ἀλλ᾽ ὅτι ὁ

ctissimae Trinitatis et corporis sanguinisque Domini una est adoratio.

Item et verum ac propitiatorium esse Sacrificium, quod pro fidelibus omnibus tum vivis tum defunctis nec non et pro utilitate omnium offeratur, uti et in hujusce Sacramenti precibus exprimitur, quas juxta id [1]); quod a Domino mandatum acceperant, Apostoli Ecclesiae tradidere.

Item ante usum statim a consecratione ac post usum, id quod sacris in pixibus communioni moribundorum asservatur, corpus esse Domini verum et a se ipso ne vel levissime quidem diversum, quatenus ante usum et post consecrationem in usu ac post usum verum omnino sit corpus Domini.

Praeterea verbo *Transsubstantionis* modum illum, quo in corpus et sanguinem Domini panis et vinum convertuntur, explicari minime credimus, — id enim penitus incomprehensibile praeterquam ipsi Deo, et capere se credentibus inscitiae ac impietatis notam inurit —

1) *Goar* ad Euchol. Magnum p. 109. Cfr. Chrysostomi Missa apud eumdem Goarum p. 78. et Basilii p. 178. *Heineccius* Abbildung etc. II Tom. p. 296.

1) B. *pro ea, quam — receperant, disponendi potestate.*

ἄρτος καὶ ὁ οἶνος μετὰ τὸν ἁγιασμὸν οὐ τυπικῶς οὐδ' εἰκονικῶς, οὐδὲ χάριτι ὑπερβαλλούσῃ [1]), οὐδὲ τῇ κοινωνίᾳ ἢ τῇ παρουσίᾳ τῆς θεότητος μόνης τοῦ μονογενοῦς μεταβάλλεται εἰς τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου, οὐδὲ συμβεβηκός τι τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου εἰς συμβεβηκός τι τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ κατά τινα τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν μεταποιεῖται, ἀλλ' ἀληθῶς καὶ πραγματικῶς καὶ οὐσιωδῶς [2]) γίνεται ὁ μὲν ἄρτος αὐτὸ τὸ ἀληθὲς τοῦ κυρίου σῶμα, ὁ δ' οἶνος αὐτὸ τοῦ κυρίου αἷμα, ὡς εἴρηται ἀνωτέρω.

Ἔτι μὴ γίνεσθαι ὑπό τινος ἄλλου τὸ τῆς ἱερᾶς εὐχαριστίας τοῦτο μυστήριον, εἰ μὴ μονον ὑπὸ ἱερέως εὐσεβοῦς καὶ ὑπὸ εὐσεβοῦς καὶ νομίμου ἐπισκόπου τὴν ἱερωσύνην λαβόντος, καθ' ὃν τρόπον ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία διδάσκει. Αὕτη ἐστὶν ἐν συντόμῳ ἡ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ περὶ τοῦ μυστηρίου τούτου δόξα καὶ ἀληθὴς ὁμολογία καὶ ἀρχαιοτάτη παράδοσις, ἣν οὐ δεῖ κολοβοῦσθαι κατ' οὐδένα τρόπον ὑπὸ τῶν εὐσεβεῖν βουλομένων καὶ ἀποσειομένων τοὺς νεωτερισμοὺς καὶ τὰς βεβήλους τῶν αἱρετικῶν κενοφωνίας· ἀλλ' ἀναγκαίως

1) B. ὑπερβαλούσῃ. 2) B. οὐσιώδως. Male etiam mediam post γίνεται intercisionem positam esse video.

sed quod panis et vinum, facta consecratione, non per figuram [1]) aut per imaginem, non penes superabundantem gratiam, non per communionem aut solius divinitatis unigeniti filii Dei praesentiam in corpus et sanguinem Domini convertitur, nec panis aut vini accidens aliquod in quoddam corporis et sanguinis accidens aliqua conversione vel alteratione mutatur, sed vere realiterque ac substantialiter fit quidem panis ipsum verum Domini corpus, vinum vero ipse sanguis ejus, uti jam ante dictum est.

Denique neminem praeter pium Sacerdotem, ab pio utique Episcopo canonice instituto sacerdotii charactere initiatum, juxta Orientalis Ecclesiae doctrinam hoc sacrosanctae Eucharistiae credimus posse conficere Sacramentum. Haec est compendiaria Orientalis catholicae Ecclesiae hoc de sacramento doctrina veraque confessio et traditio perantiqua, cui detrahere quidquam non convenit [2]) eos, qui pie sentire cupiunt et novitates horrent ac profana haereticorum vaniloquia [3]) detestantur; sed hanc, quae

1) B. typicam — praesentiam. 2) B. qua de ne vel apicem detraxerint. 3) B. dogmata.

σῶαν καὶ ἀδιάσειστον τηρεῖσθαι τὴν νομοθετηθεῖσαν παράδοσιν. Τοὺς γὰρ παραβαίνοντας ἀποποιεῖται καὶ ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία.

Ὅρος ιή.

Πιστεύομεν τὰς τῶν κεκοιμημένων ψυχὰς εἶναι ἢ ἐν ἀνέσει ἢ ἐν ὀδύνῃ, καθ' ὅ, τι[1]) *ἕκαστος ἔπραξεν· — χωριζομένας γὰρ ἀπὸ τῶν σωμάτων παραυτίκα ἢ πρὸς εὐφροσύνην ἢ πρὸς λύπην καὶ στεναγμὸν ἐκδημεῖν, ὁμολογουμένης μέντοι μήτε τῆς ἀπολαύσεως μήτε τῆς κατακρίσεως τελείας. Μετὰ γὰρ τὴν κοινὴν ἀνάστασιν, ὅτε ἡ ψυχὴ ἑνωθείη*[2]) *τῷ σώματι, μεθ' οὗ καλῶς ἢ πονηρῶς ἐπολιτεύσατο, ἀπολήψεται ἕκαστος τὸ τέλειον ἢ τῆς ἀπολαύσεως ἢ τῆς κατακρίσεως δηλονότι.*[3])

Τοὺς δὲ συμφθαρέντας θανασίμοις πλημμελήμασι καὶ μὴ ἐν ἀπογνώσει ἀποδημήσαντας ἀλλὰ μετανοήσαντας μὲν, ἔτι περιόντας ἐν τῷ μετὰ σώματος βίῳ, μὴ ποιήσαντας δὲ οὐδοτιοῦν[4])

jam pridem obtinuit, traditionem integram servent et illibatam. Hanc enim violantes[1]) Catholica Christi rejicit ac anathematizat Ecclesia.

Decretum XVIII.

Credimus *defunctorum animas* aut in requie aut in poenis esse, prout quisque gesserit; quippe separatas a corporibus ad gaudii vel ad tristitiae gemitusque locum commigrare[2]); nondum tamen eis concessa integra beatitudine aut damnationis mensura. Etenim generali facta resurrectione, quando anima unietur corpori[3]), quocum aut bene gessit aut male; tunc beatitudinis ac poenarum perfectam unusquisque vicem[4]) recipiet.

Eorum vero, qui peccatis impliciti non in desperatione defuncti sunt[5]), sed quos adhuc superstites poenituit, at nullum fecerunt poenitentiae fructum, lacrimas videlicet effundendo ge-

1) B. et A. ὅτι. Par. certe ὅ τι. 2) B. ἑνωθείη. 3) Quae sequuntur usque ad articulorum, quae infra fit, summam et ipsum epilogum, cuncta desiderantur in edit. Amst. Quod eo magis mirum est, quod cap. VI. p. 366. ej. edit. ἐρωτήσεις etiam infra secuturas esse, promissum sit. 4) Acuta quidem est Paris. marg. conjectura ὁντιναοῦν, *quemcunque* i. e. *ullum aliquem*, sed textus lectio haud spernenda, hunc praebens sensum: qui non fecerunt resipiscentiae fructum *ne tantillum quidem*, i. e. omnino non vel *ne ullo quidem modo*, qui nulla parte resipiscentiae veritatem ac sinceritatem re et facto comprobarunt.

1) B. Huic enim adhaerere qui contemserint, sancta etc. 2) B. adducuntur, atque corpora deseruere. 3) B. quum — suum anima corpus — resumserit. 4) B. complementum. 5) B. Quos vero letalium, quibus sese foedaverant, peccatorum non desperatio cepit etc.

καρπὸν [1]) μετανοίας — ἐκχέαι δάκρυα δηλονότι καὶ γονυπετῆσαι ἐν γρηγορήσει προσευχῶν, θλιβῆναι, πτωχοὺς παραμυθῆσαι, καὶ τέως ἐν ἔργοις τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλήσιον ἀγάπην ἐπιδεῖξαι, ἃ καὶ ἱκανοποίησιν καλῶς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἀπ' ἀρχῆς ὠνόμασε — τούτων καὶ αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἀπέρχεσθαι εἰς ᾅδου καὶ ὑπομένειν τῶν ἕνεκα ὧν εἰργάσαντο ἁμαρτημάτων ποινήν. Εἶναι δ' ἐν συναισθήσει [2]) τῆς ἐκεῖθεν ἀπαλλαγῆς, ἐλευθεροῦσθαι δὲ ὑπὸ τῆς ἄκρας ἀγαθότητος διὰ τῆς δεήσεως τῶν ἱερέων καὶ εὐποιϊῶν, ἃ τῶν ἀποιχομένων ἕνεκα οἱ ἑκάστου συγγενεῖς ἀποτελοῦσι· μεγάλα δυναμένης μάλιστα τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, ἣν ἰδίως ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων συγγενῶν ἕκαστος καὶ κοινῶς ὑπὲρ πάντων ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ὁσημέραι ποιεῖ ἐκκλησία· ἐννοουμένου μέντοι καὶ τούτου τοῦ μὴ εἰδέναι ἡμᾶς δηλαδὴ τὸν καιρὸν τῆς ἀπαλλαγῆς. Ὅτι γὰρ γίνεται ἐλευθερία τῶν τοιούτων, ἀπὸ τῶν δεινῶν καὶ πρὸ τῆς κοινῆς ἀναστάσεώς τε καὶ κρίσεως οἴδαμεν καὶ πι-

nibus flexis in orationibus vigilando, semet ipsos affligendo, pauperes recreando, suam denique tum in Deum, quum in proximum caritatem operibus demonstrando, quae et Catholica Ecclesia recte ab initio *satisfactiones* appellavit, horum, inquam, ipsorum [1]) animas credimus ad inferos abire ibique justas pro iis, quae commisere, peccatis poenas sustinere, at suae tamen exhinc futurae liberationis esse conscias et ab summa bonitate per sacerdotum orationes et eleemosynas, quas pro defunctis eorum propinqui [2]) faciunt, liberari. Ad hoc vero potissime valet incruentum Missae sacrificium, quod peculiariter singuli pro consanguineis defunctis, catholica vero et apostolica ecclesia quotidie pro omnibus communiter facit. Porro liberationis hujusmodi notum nobis esse tempus nequaquam dicimus; tales enim solvi quidem poenis, idque ante resurrectionem et universale judicium et scimus

1) B. κάρπον. 2) Notabile, hanc animarum, quae in statu quem ajunt medium versantur, de se conscientiam antiquissimis jam temporibus fuisse a Graecis potissimum traditam. Cfr. Iustin. dial. c. Tryph. 80. Iren. II. 33. Ambr. de Cain et Ab. II. 2.

1) B. atque id genus etc. 2) B. parentes vocavit.

στεύομεν· πότε [1]) δὲ, ἀγνοοῦμεν.

Ἐρώτησις ά.

Εἰ δεῖ τὴν θείαν γραφὴν κοινῶς παρὰ πάντων τῶν Χριστιανῶν ἀναγινώσκεσθαι;

Οὔ. Τὴν πᾶσαν γὰρ γραφὴν θεόπνευστον καὶ ὠφέλιμον οἴδαμεν, καὶ οὕτω τὸ ἀναγκαῖον ἔχουσαν μεθ᾽ ἑαυτῆς, ὥστε χωρὶς αὐτῆς ἀδύνατον ὁπωσοῦν εὐσεβεῖν. Οὐ μὴν καὶ ὑπό πάντων ἀναγινώσκεσθαι ταύτην ἀλλ᾽ ὑπὸ μόνον τῶν μετὰ τῆς πρεπούσης ἐρεύνης τοῖς βάθεσιν ἐγκυπτόντων τοῦ πνεύματος καὶ εἰδότων, οἷς τρόποις ἡ θεία γραφὴ ἐρευνᾶται καὶ διδάσκεται καὶ ὅλως ἀναγινώσκεται. Τοῖς δὲ μὴ γεγυμνασμένοις καὶ ἀδιαφόρως ἢ μόνον κατὰ τὸ γράμμα ἢ καὶ κατ᾽ ἄλλον τινὰ τρόπον ἀλλότριον τῆς εὐσεβείας τὰ τῆς γραφῆς ἐκλαμβάνουσιν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, διὰ τῆς πείρας τὴν βλαβὴν ἐγνωκυῖα, οὐ θεμιτὴν τὴν ἀνάγνωσιν εἶναι ἐντέλλεται. Ὥστε παντὶ εὐσεβεῖ ἐπιτέτραφθαι μὲν ἀκούειν τὰ τῆς γραφῆς, ἵνα πιστεύῃ τῇ καρδίᾳ εἰς δικαιοσύνην, ὁμολογῇ δὲ τῷ στόματι εἰς σωτηρίαν [2])· ἀναγινώσκειν δὲ ἔ-

et credimus; id vero, quando fiat, ignoramus.

Quaestio I.

Decetne sacram scripturam communiter ab omnibus legi Christianis?

Non decet. Enimvero omnem scripturam divinitus inspiratam et utilem novimus; et ita ex se necessariam, ut pie sine illa vivere nullatenus quisquam possit. Hanc tamen haudquaquam convenit omnes legere; at eos dumtaxat, qui ad profunda, quae in illa latent, Spiritus arcana convenienti discussione incumbunt[1]), quive eam, qua scrutanda, docenda, legenda est Scriptura sacra, rationem probe norunt. Inexercitatis [2]) autem et Scripturam sacram absque discrimine vel [3]) penes literam aut alieno a pietate sensu intelligentibus ecclesia catholica utique, per experientiam de dispendio certa, lectione ejus interdixit. Itaque omnibus quidem fidelibus sacram audire scripturam quatenus corde credant ad justitiam, ore autem confessionem promant ad salutem, permissum est;

1) Libr. editi ποτὲ, tamquam esset indefinitum. Talem indefinit. et interrogat. particularum confusionem in confess. orth. saepissime invenimus. 2) Rom. X. 10.

1) B. qui profunda — arcana recta interpretatione valent aperire etc. 2) B. Illiteratis. 3) B. vel solum.

νια τῆς γραφῆς μέρη καὶ μάλιστα τῆς παλαιᾶς ἀπηγορεύεται τῶν εἰρημένων αἰτίων καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις ἕνεκα. Καὶ ἔστιν[1]) ἴσον παραγγέλλειν τοῖς ἀγυμνάστοις μὴ ἀναγινώσκειν ὡσαύτως τὴν πᾶσαν ἱερὰν γραφὴν, καὶ τοῖς βρέφεσιν ἐντέλλεσθαι, μὴ ἅπτεσθαι στερεᾶς τροφῆς.

Ἐρώτησις β'.

Εἰ σαφής ἐστιν ἡ γραφὴ πᾶσι τοῖς ἀναγινώσκουσι Χριστιανοῖς;

Εἰ σαφὴς ἦν ἡ θεία γραφὴ πᾶσι τοῖς ἀναγινώσκουσι Χριστιανοῖς, οὐκ ἂν ὁ κύριος ἐρευνᾷν ταύτην τοῖς βουλομένοις σωτηρίας τυχεῖν[2]) ἐπέτρεπε· καὶ τὸ χάρισμα τῆς διδασκαλίας ματαίως τῷ Παύλῳ[3]) ἐλέγετο τεθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ· καὶ ὁ Πέτρος[4]) οὐκ ἂν περὶ τῶν τοῦ Παύλου ἐπιστολῶν ἔχειν τινὰ δυσνόητα ἔλεγε. Δῆλον οὖν, ὡς πολὺ τὸ βάθος ἔχειν τὴν γραφὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐννοιῶν καὶ δεῖσθαι ἐπιστημόνων καὶ θείων ἀνδρῶν πρὸς ἐρευνᾷν καὶ ἀληθῆ κατάληψιν καὶ γνῶσιν ὀρθὴν καὶ συνῳδὸν τῇ πάσῃ γραφῇ καὶ τῷ δημιουργῷ ταύτης ἁγίῳ πνεύματι.

aliquos vero scripturae ac veteris potissimum instrumenti libros legere, praedictis ac consimilibus de caussis prohibitum. Et vero perinde est, sacrae Scripturae lectione inexercitatos prohibere ac solidiori abstineant cibo infantibus imperare.

Quaestio II.

Sitne perspicua omnibus legentibus Christianis scriptura?

Si legentibus omnibus perspicua esset sacra scriptura Christianis, nequaquam perscrutari scripturas his, qui salutis desiderio tenentur, Dominus mandasset; frustra quoque Paulus positam a Deo in Ecclesia doctoratus gratiam scripsisset, neque intellectu difficilia habere Pauli epistolas Petrus diceret. Maximam itaque constat esse scripturae altitudinem juxta ac sensuum ejus amplitudinem [1]) ac doctissimis proinde divinisque hominibus ad ejus indagationem [2]) veramque intelligentiam ac rectum sensum, scripturae et ejusdem auctori Spiritus sancto consonum, opus esse.

---

1) B. καὶ ἔστιν. 2) Libri editt. τύχειν, qua forma non verbum recens factum sed accentus errorem latere puto. Cfr. Ioann. V. 39. 3) 1 Cor. XII. 28. 4) 2 Petr. III. 16.

1) B. celsitatem. 2) B. expositionem germanamque etc.

Ὥστε τοῖς ἀναγεννηθεῖσιν, εἰ καὶ γνώριμος ἡ περὶ τριάδος πίστις καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐνανθρώπησις, τὰ πάθη, ἡ ἀνάστασις, ἡ εἰς οὐρανοὺς ἄνοδος, ὁ περὶ τῆς παλιγγενεσίας καὶ κρίσεως λόγος, ὧν εἵνεκα καὶ πολλοὶ θάνατον ὑπομεῖναι οὐκ ὤκνησαν· οὐκ ἀναγκαῖον δὲ, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον πᾶσιν, εἰδέναι καὶ ἃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μόνοις τοῖς ἐγγεγυμνασμένοις ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἁγιότητι φανεροῖ.

Ἐρώτησις γ΄.

Ἱερὰν γραφὴν ποῖα βιβλία καλεῖς;

Στοιχοῦντες τῷ κανόνι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἱερὰν γραφὴν καλοῦμεν ἐκεῖνα πάντα, ἅπερ ὁ Κύριλλος ὑπὸ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ἐρανισάμενος ἀριθμεῖ καὶ πρὸς τούτοις ἅπερ ἀσυνέτως καὶ ἀμαθῶς εἴτ᾽ οὖν ἐθελοκακούργως [1]) ἀπόκρυφα κατωνόμασε· τὴν Σοφίαν δηλαδὴ τοῦ Σολομῶντος, τὴν Ἰουδὴθ, τὸν Τωβίαν, τὴν Ἱστορίαν τοῦ δράκοντος, τὴν Ἱστορίαν τῆς Σωσάννης, τοὺς Μακκαβαίους καὶ τὴν Σοφίαν τοῦ Σειρὰχ [2]). Ἡμεῖς γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων τῆς θείας γραφῆς γνησίων βιβλίων καὶ ταῦτα γνήσια τῆς γραφῆς μέρη κρίνομεν, ὅτι ἡ παραδόσασα ἀρχαία συνήθεια καὶ μάλιστα ἡ κα-

1) Paris. male ἐτελ. 2) B. Σιρὰχ.

Itaque quamvis regeneratis conspicua sit fides sanctissimae Trinitatis et incarnatio filii Dei, ejusdem passio, resurrectio, in coelos ascensio, item et regenerationis ac judicii veritas pro quibus mortem subire multi non dubitarunt; — haud tamen necesse est imo impossibile, et ea scire omnes, quae solis sapientia et sanctitate exercitatis Spiritus sanctus manifestat.

Quaestio III.

Quosnam libros sacram Scripturam vocas?

Ecclesiae catholicae regulam sequentes sacram Scripturam eos omnes appellamus libros, quos ab Laodicena [1]) synodo Cyrillus mutuatus recenset, iis insuper additis, quos insipienter, inscite aut magis malitiose vocavit apocryphos: Sapientiam videlicet Salomonis, librum Judith, Tobiam, Draconis historiam, Historiam Susannae, Machabaeos et Sapientiam Sirach. Hos etenim cum ceteris genuinis sacrae Scripturae libris ceu germanas ejusdem Scripturae partes censemus esse numerandos. Quoniam quae

1) Paris. *Laodicaena*, non magis falso quam orthodoxae Confess. interpres scripsit *Nicenus*.

θολικὴ ἐκκλησία γνήσια εἶναι τὰ ἱερὰ εὐαγγέλια καὶ τ' ἄλλα τῆς γραφῆς βιβλία καὶ ταῦτα εἶναι τῆς ἁγίας γραφῆς μέρη ἀναμφιβόλως παρέδωκε, καὶ τούτων ἡ ἄρνησις ἐκείνων ἐστὶν ἀθέτησις. Εἰ δέ που [1]) δοκεῖ μὴ ἀεὶ πάντα ὑπὸ πάντων συγκαταριθμεῖσθαι, οὐδὲν ἧττον ὅμως καὶ ταῦτα παρά τε συνόδων καὶ πολλῶν ὅσων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας παλαιοτάτων τε καὶ ἐγκρίτων θεολόγων ἀριθμεῖται καὶ συγκαταριθμεῖται τῇ πάσῃ γραφῇ, ἃ πάντα καὶ ἡμεῖς κανονικὰ βιβλία κρίνομεν, καὶ ταῦτα τὴν ἱερὰν γραφὴν εἶναι ὁμολογοῦμεν.

sancta Evangelia aliosque Scripturae libros ut genuinos tradidit antiqua consuetudo seu magis ecclesia catholica; et istos haec ipsa ceu sacrae Scripturae partes procul dubio tradidit; quatenus istos qui neget et illos recusaverit. Sin vero ab cunctis haud recenseri omnes fortasse videantur; isti nihilo secius ab synodis nec non et a multis quum antiquissimis tum nominatissimis catholicae ecclesiae theologis recensentur et sacras inter scripturas numerantur. Quos omnes et nos judicamus esse canonicos et sacram eos esse scripturam confitemur.

Ἐρώτησις δ'.

Περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων καὶ τῆς προσκυνήσεως τῶν ἁγίων πῶς ὀφείλομεν φρονεῖν;

Τῶν ἁγίων ὄντων καὶ ὁμολογουμένων παρὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πρεσβευτῶν, ὃν τρόπον εἴρηται ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ [2])· καιρὸς εἰπεῖν, ὅτι καὶ τιμῶμεν αὐτοὺς ὡς φίλους Θεοῦ καὶ ὡς ὑπὲρ ἡμῶν δεομένους τῷ τῶν ὅλων Θεῷ. Τιμῶμεν δὲ τούτους διττῶς· καθ' ἕνα μὲν τρόπον τὴν μητέρα τοῦ Θεοῦ Λόγου, ὃν καὶ ὑπερδουλικόν φαμεν. Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἀληθῶς δού-

Quaestio IV.

Qui de sanctis imaginibus et cultu sanctorum sentire debemus?

Oratores nostri quum sint et ab catholica ecclesia habeantur sancti, quemadmodum in octavo capitulo dictum est; dicendi modo tempus est, eos a nobis ceu Dei amicos nostrosque apud Deum [1]) universorum intercessores honorari. Porro duplicem Sanctis cultum adhibemus. Alterum quippe verbi divini matri, quem hyperduliam appellamus. Enim-

1) Male in Paris. edit. haec tria vocabula in unum sunt conflata. 2) Supra p. 434.

1) B. dominum.

λη ἡ Θεοτόκος τοῦ μόνου Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ μήτηρ, ὡς τὸν ἕνα τῆς Τριάδος γεννήσασα σαρκικῶς, διὸ καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερέχειν ὑμνεῖται πάντων ἀγγέλων τε καὶ ἁγίων, ὅθεν καὶ ὑπερδουλικὴν αὐτῇ ἀπονέμομεν τὴν προσκύνησιν. Κατὰ δεύτερον δὲ τρόπον, ὃν καὶ δουλικὸν ὀνομάζομεν, προσκυνοῦμεν εἴτ' οὖν τιμῶμεν τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, ἀποστόλους, προφήτας, μάρτυρας καὶ ἁπλῶς πάντας τοὺς ἁγίους.

Πρὸς τούτοις προσκυνοῦμεν καὶ τιμῶμεν τὸ ξύλον τοῦ τιμίου τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, ἐν ᾧ ὁ σωτὴρ ἡμῶν τὸ κοσμοσωτήριον εἰργάσατο πάθος, καὶ τὸν τύπον τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τὴν ἐν Βηθλεὲμ φάτνην, δι' ἧς τῆς ἀλογίας ἐῤῥύσθημεν [1]), τὸν τόπον τοῦ κρανίου, τὸν ζωηφόρον τάφον καὶ τὰ λοιπὰ ἅγια προσκυνήματα· τά τε ἱερὰ εὐαγγέλια καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη, δι' ὧν ἡ ἀναίμακτος ἐπιτελεῖται θυσία. Μνήμαις τε ἐτησίοις καὶ δημοσίοις ἑορταῖς καὶ θείοις ἱδρύμασι καὶ ἀναθέμασι [2]) τοὺς ἁ-

vero Dei et hujus quidem solius ut famula vere sit et ipsa Deipara; at mater ejus est, utpote quae unum [1]) e Trinitate in carne genuit. Quare omnium quum Sanctorum tum Angelorum longe superior praedicatur; unde et hyperdulico eam cultu veneramur. Alterum vero, quem et dulicum vocamus, sanctis Angelis, Apostolis, Martyribus, omnibus denique Sanctis adhibemus.

Insuper venerandae ac vivificae [2]) Crucis lignum, in quo pro salute mundi Salvator noster passus est, quin et ejusdem Crucis signum veneramur et adoramus, item et quod apud Bethleem est praesepe, per quod ab irrationali affectu liberati sumus [3]), item et Calvariae locum, et quod theca fuit vitae sepulcrum, ceteras denique res sanctas, quas adoramus: sancta videlicet evangelia, nec non et sacra vasa, in quibus sacrificium incruentum celebratur. Sed et annuis commemorationibus festisque solennibus, sacris aediculis et anathema-

1) Bibl. male ἐῤῥισθ. sed margo recte ut supra. 2) Non bene Bibl. margo adjecit: pro ἀναθήμασι; quasi illud, quod in textu est, falso se haberet. Utrumque vocabulum *dona sacra* notare, omnes sciunt.

1) B. unam Trinitatis personam. 2) B. vitalisque. 3) B. *cujus humilitate fundati sumus*, sed recte adjecta haec sunt in marg.: *Lege: per quod ab irationalitate liberati sumus. Alludit ad praesepe, in quo ἄλογα ζῶα pastum capessunt.*

γίους γεγαίρομεν [1]) καὶ τιμῶμεν.

Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων προσκυνοῦμεν καὶ τιμῶμεν καὶ ἀσπαζόμεθα, καὶ μὴν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ὡς ὤφθησαν ἐνίοις τῶν τε προπατόρων καὶ προφητῶν. Ἱστοροῦμεν δὲ καὶ τὸ πανάγιον πνεῦμα, ὡς ὤφθη, ἐν εἴδει περιστερᾶς.

Εἰ δέ τινες εἰδωλολατρεῖν ἡμᾶς, ἁγίους καὶ εἰκόνας ἁγίων καὶ τὰ λοιπὰ προσκυνοῦντας, λέγουσι, μάταιον ἡγούμεθα καὶ ἀδρανές. Ἡμεῖς γὰρ μόνῳ τῷ ἐν τριάδι Θεῷ λατρεύομεν καὶ οὐδενὶ ἑτέρῳ· τοὺς δὲ ἁγίους τιμῶμεν διττῶς· πρῶτον μὲν κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀναφοράν, ἐπειδὴ ἐκείνου ἕνεκα τιμῶμεν αὐτούς, καὶ καθ' ἑαυτούς, ὅτι ζῶσαι εἰσιν εἰκόνες [2]) τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ καθ' ἑαυτοὺς διώρισται ὅτι δουλικόν. Τὰς δὲ ἁγίας εἰκόνας σχετικῶς, ὡς τῆς πρὸς ἐκείνας τιμῆς ἐπὶ τὰ πρωτότυπα ἀναφερομένης. Ὁ γὰρ εἰς τὴν εἰκόνα προσκυνῶν

tis sanctos ornamus et honoramus.

Deinde et Domini nostri Jesu Christi et sanctissimae Deiparae omniumque Sanctorum, quin et sanctorum Angelorum secundum eam, qua quibusdam Patriarchis aut Prophetis apparuere, formam, imagines veneramur, adoramus et osculamur. Denique et Spiritum Sanctum sub ea, qua visus est columbae specie, repraesentamus [1]).

Eam porro, quam sanctis et eorum imaginibus ceterisque praedictis venerationem adhibemus, idololatriam esse si qui dicunt, stultum ac inane reputamus. Nos enim soli in Trinitate Deo ac praeter ipsum nemini latriae cultum impendimus. Sanctos vero duplici modo veneramur, imprimis quidem relative ad Deum; quippe propter ipsum illos honoramus, deinde et in se ipsis, quoniam animatae Dei imagines illi sunt. Duliam porro esse qua Sanctos veneramur in se ipsis, supra definitum est, sanctas vero imagines relative; siquidem, qui exhibetur illis cultus, ad earum prototypa refertur.

1) Male se habet Par. lectio γεγαίρ. Repetendum verbum est a γέρας, honor. 2) Ita Bibl. et marg. Paris., cujus textus male exhibet εἰκόναι. Sunt vero εἰκόνες, quos τύπους etiam dixeris, illi Sancti, qui fidei constantia vitaeque probitate Dei imaginem repraesentarunt.

1) B. oculis pingendo subjicimus; margine vero adnotante haec: *Prius male legebatur: proponimus adorandum.* Exstabat vero haec interpretat. in prima Paris. edit., quae prodiit anno 1676. Castigatior enim altera emendavit, ut supra videre est.

διὰ τῆς εἰκόνος τὸν πρωτότυπον προσκυνεῖ, καὶ ἡ δόξα οὐ μερίζεται, οὐδ' ὅλως σχίζεται τῆς τε εἰκόνος καὶ τοῦ εἰκονιζομένου, καὶ ἐν ταὐτῷ γίνεται, ὡς ἡ εἰς τὸν βασιλικὸν πρέσβυν γινομένη.

Ἃ δὲ πρὸς σύστασιν καινοτομίας αὐτῶν παρὰ τῆς γραφῆς λαμβάνουσιν, οὐχ οὕτως αὐτοῖς βοηθεῖ, ὡς βούλονται, ἀλλὰ μάλιστα ἡμῖν συνῳδὰ φαίνεται. Ἡμεῖς γὰρ τὴν θείαν γραφὴν ἀναγινώσκοντες ἐξετάζομεν καιρὸν, καὶ πρόσωπον, παράδειγμα καὶ αἰτίαν. Ὅθεν καὶ τὸν αὐτὸν Θεόν ποτε μὲν λέγοντα[1]· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὔτε ὁμοίωμα, οὐδὲ προσκυνήσεις, οὐδὲ λατρεύσεις αὐτοῖς, ποτὲ δὲ προστάττοντα[2]), γενέσθαι Χερουβὶμ; Καὶ ἔτι βόας[3]) καὶ λέοντας[4]) γινώμενα ἐν τῷ ἱερῷ θεωροῦντες οὐ πεισματικῶς τούτων τὴν ἔννοιαν θεωροῦμεν. Ἐν γὰρ τῇ πεισμονῇ οὐκ ἔστι πίστις, ἀλλ', ὡς εἴρηται, καιρὸν καὶ τὰ λοιπὰ θεωροῦντες, τῆς ὀρθῆς περὶ τούτων δόξης ἐπιτυγχάνομεν καὶ τό· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον ἢ ὁ-

Quisquis enim colit imaginem, per imaginem colit prototypum, neque aliquantum dividitur separaturve imaginis honor et prototypi; sed in eodem positus est [1]), quemadmodum in prorege rex honoratur.

Quae vero e scripturis in confirmationem suae novitatis assumunt, non sic ipsis favent, uti autumant, imo nobis maxime concinunt [2]). Nos enim sacram Scripturam quum legimus, tempus, personam, exemplum, caussam examinamus [3]). Cur nimirum idem ipse Deus modo dicat: Non facies tibi idolum, neque simulacrum, neque adorabis, neque coles illa; modo autem Cherubim fieri praecipiat? Imo et quum sculptos in templo boves leonesque spectamus, haudquaquam pervicaciter [4]) de illis judicamus; non enim in pervicavia est fides: sed tempus ceteraque, ut dictum est, considerantes rectam eorum interpretationem assequimur, idemque esse dicimus: *Non facies tibi idolum et simula-*

1) Levit. XXVI, 1. 2) Exod. XXV. 18. Totum locum, id quod verss. praeiverunt, feci interrogativum, plenam ante ὅθεν intercisionem ponens. Sin minus haec ratio placet; vix unde pendeat accus., exputare queas, quem in enunciat. interrog. facile explicamus. 3) 2 Reg. XVI. 17. 4) 1 Reg. VII. 29.

1) B. sed una et eadem actione impenditur. 2) B. nobis quam aperte favent, nedum id non probant, quod ipsi contendunt. 3) B. occasionem, adjuncta, caussam et significationem eorum, quae in illa scripta sunt, diligentius investigamus. 4) B. secundum persuasionem nostram — in persuasione.

μοίωμα ταὐτὸν ἡγούμεθα τὸ[1])· οὐ προσκυνήσεις Θεοὺς ἀλλοτρίους, εἴτ' οὖν μὴ εἰδωλολατρήσῃς. Οὕτω γὰρ καὶ ἡ παρὰ[2]) τοῦ καιροῦ τῶν ἀποστόλων ἐπικρατήσασα συνήθεια τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ προσκυνεῖσθαι σχετικῶς τὰς ἁγίας εἰκόνας καὶ ἡ μόνῳ τῷ Θεῷ λατρεία διασωθείη καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἐναντίως λέγων ἑαυτῷ φανείη. Εἰ γὰρ ἡ γραφὴ φησιν· οὐ ποιήσεις οὐδὲ προσκυνήσεις, τίνα τρόπον ὕστερον ὁ Θεὸς τὸ μὲν ποιῆσαι ὁμοιώματα συγκεχώρηκε, τὸ δὲ προσκυνῆσαι οὔ, οὐκ ἔχομεν συνορᾷν. Ὅθεν, περὶ μόνης τῆς εἰδωλολατρείας οὔσης τῆς ἐντολῆς, εὑρίσκομεν καὶ ὄφεις καὶ λέοντας καὶ βόας καὶ Χερουβὶμ γεγονότα καὶ εἴδη εἴτ' οὖν ὁμοιώματα, ἐν οἷς οἱ ἄγγελοι, ἐφαίνοντο προσκυνηθέντα.

Οὓς δὲ προφέρουσι τῶν ἁγίων ὡς λέγοντας, μὴ ἐξὸν προσκυνεῖν τὰς εἰκόνας· ἡμῖν μᾶλλον βοηθεῖν ἐκείνους ἡγούμεθα, ἐπεὶ ἐκεῖνοι ἀγωνιστικῶς διαλεγόμενοι καὶ κατὰ τῶν λατρευτικῶς προσκυνούντων τὰς ἁγίας εἰκόνας καὶ κατὰ τῶν φερόντων εἰς τὰς ἐκκλησίας τὰς εἰκόνας τῶν τεθνηκότων συγγε-

crum ac: *Non adorabis deos alienos*, seu: *Idololatra non eris.* Ita enim et soli Deo latria conservata est et relativi sanctarum imaginum cultus in ecclesia ab temporibus apostolorum inducta consuetudo, Deumque nequaquam secum pugnare verbis, commonstratum. Verum enimvero si absolute scriptura dicit: Non facies neque adorabis; qui tandem simulacra facere non autem adorare postea Deus indulsit, prorsus non intelligimus. Quamobrem quum de Idololatria sola prohibitio facta sit [1]) et Cherubim et serpentes et leones sculptos fuisse ac honoratos invenimus, et figurae sive simulacra, inter quae et Angeli, adorata comparuere.

Quos vero allegant sanctos, adorationem imaginum asserentes illicitam, nostris potius quam illorum favere partibus aestimamus; quandoquidem acerrimis disputationibus suis in eos dumtaxat invehebantur, qui latriae cultum sacris imaginibus impendebant, quive parentum suorum defunctorum effigies

1) Exod. XX. 3. 2) Paris. marg. sagaciter ἀπὸ legendum esse conjicit, quod quidem optime de ortu ex tempore dicitur. Sed παρὰ quum apud optimos Graecos legatur de origine, de motione ex spatio; non dubito, quin posteriores etiam de tempore dixerint. Paullo infra ἀπὸ in eadem re et verbis legitur.

1) B. idololatriam solam necesse est fuisse prohibitam.

νῶν ἐκείνων ἐφέροντο καὶ ἀναθέματι τοὺς οὕτω ποιοῦντας καθυποβάλλουσιν, οὐ κατὰ τῆς ὀρθῆς προσκυνήσεως τῶν τε ἁγίων καὶ ἁγίων εἰκόνων καὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν εἴρηται, ὅπου μάλιστα καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῶν ἀποστόλων [1]) εἶναι τὰς ἁγίας εἰκόνας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν πιστῶν πλεῖστοι ὅσοι καὶ ἱστοροῦσι καὶ κηρύττουσι, μεθ' ὧν καὶ μεθ' οὓς ἡ ἁγία οἰκουμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος καταισχύνει πᾶσαν αἱρετικῶν βδελυρίαν.

Ἐπειδὴ σαφέστατα μὲν διδῶσιν ἐννοεῖν, ὅπως δεῖ προσκυνεῖν τὰς ἁγίας εἰκόνας, καὶ τὰ προειρημένα ἄνωθεν. Ἀναθεματίζει δὲ καὶ ἀφορισμῷ καθυποβάλλει τοὺς ἢ προσκυνοῦντας λατρευτικῶς τὰς εἰκόνας ἢ λέγοντας τοὺς ὀρθοδόξους εἰδωλολατρεῖν, προσκυνοῦντας τὰς εἰκόνας. Ἀναθεματίζομεν οὖν καὶ ἡμεῖς μετ' ἐκείνων τοὺς προσκυνοῦντας ἢ ἅγιον ἢ ἄγγελον ἢ εἰκόνα, ἢ σταυρόν ἢ λείψανον ἁγίων ἢ ἱερὸν σκεῦος, ἢ εὐαγγέλιον, ἢ ἄλλο τι [2]) ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τῇ θα-

1) Par. male ἀποστόλον, quod quid sibi velit accentu suo ostendit. 2) B. ἀλλότι, ut supra p. 421. similiter peccatum est.

in ecclesiam inferebant, quos et insuper anathemati subjecere; non autem in rectum tum sanctorum tum sacrarum imaginum tum et venerandae crucis ceterorumque praedictorum cultum; maxime quum ab apostolorum temporibus decoratam sacris imaginibus ecclesiam eisque adhibitum ab fidelibus cultum quam plurimi [1]) tradant et attestentur, quibuscum et quos secuta sancta oecumenica synodus septima omnem haereticorum impudentiam confundit [2]).

Siquidem manifestissime, qualem sacris imaginibus adhibere oporteat cultum et ea, quae supra dicta sunt, demonstrant [3]). Quoscunque vero, quum qui latriae cultum sacris imaginibus impendunt, tum qui fideles, honorem imaginibus deferentes, idololatriae insimulant, anathematizat et excommunicationi subjicit. Et nos igitur cum ipsis eos omnes, qui sive sanctum, sive angelum, sive imaginem, sive crucem, sive reliquias sanctorum, sive vas aliquod sacrum, sive evangelium, sive quidpiam aliud ex iis, quae in coelo et in terra et in

1) P. omnes. 2) B. quorum sententiam sancta — approbavit et omnem haereticorum impudentiam una cum illis repressit. 3) B. Manifestissime quippe — simulac ea, quae et nos — diximus, *ipsa synodus indixit.*

λάσση λατρευτικῶς καὶ μόνῳ τῷ ἐν τριάδι Θεῷ τὴν λατρευτικὴν προσκύνησιν ἀπονέμομεν. Ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς λέγοντας τὴν προσκύνησιν τῶν εἰκόνων εἰκονολατρείαν, ἢ μὴ προσκυνοῦντας αὐτὰς, καὶ μὴ τιμῶντας τὸν σταυρὸν καὶ τοὺς ἁγίους, ὡς ἡ ἐκκλησία παρέδωκε.

Καὶ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας προσκυνοῦμεν, ὃν εἴρηται τρόπον, καὶ ἱστοροῦμεν ταύτας εἰς καλλωπισμὸν τῶν ναῶν, καὶ ἵν᾽ ὦσι βιβλία τῶν ἀμαθῶν καὶ πρὸς μίμησιν τῶν ἀρετῶν τῶν ἁγίων καὶ ἀνάμνησιν καὶ ἔρωτος αὔξησιν καὶ πρὸς ἐγρήγορσιν τοῦ ἐπικαλεῖσθαι ἀεὶ τὸν μὲν κύριον, ὡς δεσπότην καὶ πατέρα, τοὺς δὲ ἁγίους, ὡς δούλους μὲν ἐκείνου, βοηθοὺς δὲ καὶ μεσίτας ἡμῶν.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν κεφαλαίων καὶ ἐρωτήσεων Κυρίλλου. Οἱ δὲ αἱρετικοὶ καὶ τὴν προσευχὴν τῶν εὐσεβῶν πρὸς τὸν Θεὸν κακίζουσιν, ἔπειτα οὐκ οἴδαμεν, ὅπως αὐτὴν μόνων τῶν μοναχῶν κατηγοροῦσι. Τὴν προσευχὴν τοίνυν ἡμεῖς ὁμιλίαν μετὰ Θεοῦ καὶ πρεπόντων ἀγαθῶν αἴτησιν, παρ᾽ οὗ λαβεῖν ἐλπίζομεν, ἀνάβασίν τε νοῦ πρὸς Θεὸν καὶ εὐσεβῆ πρὸς Θεὸν ἀπευ-

mari sunt, latriae cultu venerantur, anathematizamus solique in trinitate Deum cultum hujusmodi ducimus esse tribuendum. Insuper et cultum imaginum appellantes iconolatriam easque ac crucem et sanctos juxta traditionem ecclesiae adorare et colere recusantes anathematizamus.

Sanctos quippe eo, quo supra diximus, cultu veneramur nec non et sanctas imagines, quas ad templorum ornamentum depingimus, ut librorum instar inibi sint et ad virtutum Sanctorum imitationem, memoriam, amoris incrementum, atque ad jugem Dei quidem ceu Domini et Patris, Sanctorum vero ceu servorum ejus, nostrorum autem adjutorum juxta ac oratorum obsecrationem rudiores [1]) excitentur.

Atque haec quidem de [2]) Cyrilli capitibus quaestionibusque dicta sint. Porro fidelium quoque orationes ad Deum [3]) improbant haeretici. Deinde vero quamobrem eam, quae ab solis fit monachis, calumnientur nescimus. Nos igitur orationem ceu cum Deo colloquium ac convenientium, a quo speramus illa, bonorum postulationem, item adscensum piumque affectum mentis ten-

1) B. peccatores. 2) B. contra. 3) B. ac monachorum maxime (quod quamobrem faciant, plane haud intelligimus) improbant haeretici. Verum

θυνομένην διάθεσιν, ζήτησιν τῶν ἀνωτέρω, ψυχῆς ἁγίας βοήθημα, λατρείαν τῷ Θεῷ κεχαρισμένην, σημεῖον μετανοίας καὶ βεβαίας ἐλπίδος οἴδαμεν· γίνεσθαι δὲ ἢ νῷ μόνῳ ἢ νοῒ καὶ φωνῇ· θεωρεῖσθαι ἐν αὐτῇ θεωρίαν τῆς ἀγαθότητος καὶ τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ, ἀναξιότητα τοῦ αἰτοῦντος καὶ εὐχαριστίαν καὶ ἐπαγγελίαν τῆς μελλούσης πρὸς Θεὸν ὑποτάξεως.

Ἔχειν δ' αὐτὴν πίστιν καὶ ἐλπίδα καὶ διαμονὴν καὶ τήρησιν τῶν ἐντολῶν καὶ κατὰ πρῶτον λόγον αἴτησιν τῶν οὐρανίων· πολλοὺς δ' ἔχειν τοὺς καρποὺς, οὓς περιττὸν ἐγκαταλέγειν· γίνεσθαι δὲ συνεχῶς, ἐπιτελεῖσθαι δὲ ὀρθίῳ καὶ γονυκλίτῳ σχήματι. Τοσαύτη δὲ ἥπερ αὐτῆς ὠφέλεια, ὥστε καὶ ψυχῆς τροφὴν καὶ ζωὴν ὁμολογεῖσθαι. Συνάγεται καὶ ταῦτα πάντα ἐκ τῆς θείας γραφῆς, ὥστε εἴ τις τούτων ἀπόδειξιν αἰτεῖ, ὅμοιος ἄφρονι, ἢ τυφλῷ, περὶ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ὥρᾳ [1]) μεσημβρίας καὶ αἰθρίας ἀμφισβητοῦντι.

Οἱ δ' αἱρετικοὶ, βουλόμενοι μηδὲν ὧν Χριστὸς ἐπέτρεψε ἀπαράθραυστον [2]) ἐᾶσαι, καὶ ταύτης καθήψαντο. Αἰσχυνόμενοι δ' οὕτω

dentem in Deum, coelestium rerum inquisitionem, animae sanctae subsidium, cultum Deo acceptissimum, poenitentiae ac firmae spei signum agnoscimus. Fieri [1]) autem vel sola mente, vel mente simul et voce; Deique bonitatem et misericordiam ac orantis pariter indignitatem et futurae ad Deum subjectionis [2]) beneficium ac promissionem in illa considerari.

Fidem vero et spem et perseverantiam et mandatorum observationem ac, ut praediximus, coelestium cumprimis habere petitionem, quin et fructus id genus quam plurimos, quos frustra recenseamus. Denique sine intermissione fieri, et qua stando, qua genua flectendo peragi. Tanta vero est orationis utilitas, ut animae cibus et vita merito censeatur. Et haec quidem omnia sacris ita manifeste colliguntur e scripturis, ut insipienti aut coeco, meridie ac sereno coelo de solis lumine dubitanti, similis ille sit, qui probationem eorum exegerit.

Haeretici vero, quum eorum, quae fidelibus mandavit Christus, nihil relinquere integrum statuerint [3]), et illam canino ore arrosere.

---

1) B. ὅρᾳ. 2) B. ἀπαράθριστον, quod nullum habet verbum, unde sit repetendum.

1) B. Fit etc. 2) B. adhaesionis nostrae — in illa meditamur. 3) B. *nihil non statuerint amputare*, quod bene textui respondet.

φανερῶς ἀσεβεῖν τέως μὲν περὶ προσευχῆς, ἁπλῶς μὴ γίνεσθαι οὐ κωλύουσι [1]), *ταῖς τῶν μοναχῶν δ' εὐχαῖς ταράττονται· ὅπερ καὶ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἵνα τοῖς ἁπλοϊκοῖς μῖσος κατὰ τῶν μοναχῶν θῶσι πρὸς τὸ μὴ ὅλως ἀνέχεσθαι τούτους τυχὸν ὡς βεβήλους καὶ νεωτεριστὰς ὁρᾷν, μὴ ὅτιγε ἀνέχεσθαι τὰ τῆς εὐσεβοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως δόγματα διδάσκεσθαι παρ' αὐτῶν. Σοφὸς γὰρ ὁ ἀντίδικος περὶ τὸ κακὸν καὶ ἀγχίνους περὶ τὰ μάταια· ὅθεν καὶ τοῖς ὀπαδοῖς αὐτοῦ — οἷοι οἱ αἱρετικοὶ οὗτοι μάλιστα — οὐκ ἔστι τοσοῦτον καταθύμιον εὐσεβεῖν, ὅσον περισπούδαστον τὸ ἀείποτε ἐκτραχηλιάζειν ἐπὶ βάθει κακῶν καὶ ἐκρήγνυσθαι ἐς τόπους, οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ κύριος* [2]).

Ἐρωτητέον οὖν αὐτοὺς, τίνας φασὶν εἶναι τὰς τῶν μοναχῶν προσευχάς· καὶ εἰ μὲν τοὺς μοναχοὺς φαῖεν ἐξ ἑαυτῶν τινὰ ἀλλόκοτα [3]) *πεποιηκέναι καὶ ἀπᾴδοντα τῇ ὀρθοδόξῳ τῶν Χριστιανῶν θρησκείᾳ, καὶ αὐτοὶ*

Id tamen tam apertae circa orationem impietatis tandem erubescentes, orare omnino minime prohibent; sed monachorum orationibus commoventur [1]**); ea nimirum mente, ut simpliciorum odium in monachos excitent: quatenus eorum ceu profanorum ac novatorum nec adspectum sustineant et catholicae atque apostolicae fidei ab illis exponi dogmata multo minus patiantur. Prudens enim est in malum diabolus et ad confingendas calumnias ingeniosus. Unde et ejus asseclas — cujusmodi sunt isti maxime, quibus de loquimur, haeretici — non tam pietatis propositum, quam homines ad malorum abyssum detrudendi et ad ea, quae non visitat dominus, loca rapiendi, movet institutum.**

Itaque, quales esse dicant monachorum orationes, interrogandi sunt; et si quidem a se ipsis aliqua aliena [2]**) vel orthodoxae Christianorum professioni dissentanea fecisse monachos probaverint; jam adversus**

---

1) In marg. Paris. hoc scriptum invenio: *in autographo scriptum videtur* ο ὐ κ ι θ λ ο ῦ σ ι, quod certe in duo esset disjungendum vocabula; *κιθλεῖν* vero sive *κιθλοῦν* quum non exstet, textum antiquum esse reor. 2) Deut. XI. 12. Illud quod supra est *ἀείποτε* in unum vocavi vocabulum, uti recte in B. videtur factum esse. Disjunxit Par. 3) B. textus male exhibet *ἐλοκότα*, sed corrigente marg. *Ἀλλόκοτον* per methetesin dictum pro *ἀλλότοκον* *monstrosum* proprie notat, deinde apud posteriores, veluti apud Plutarch. et Lucian., *quidquid absurdum est.*

1) B. in monachorum orationes debacchantur. 2) Vocabulum **aliena** immisi, suadente marg. Bibl. Poscit et textus Graecus et illud quod sequitur *vel.*

ξυντιθέμεθα καὶ τοὺς μοναχοὺς οὐ μόνον οὐ μοναχοὺς ἀλλ' οὐδὲ Χριστιανούς φαμεν. Εἰ δὲ οἱ μοναχοὶ διηγοῦνται ἐν ἐκτάσει [1]) τὴν δόξαν καὶ τὰ θαυμάσια του Θεοῦ καὶ συνεχῶς καὶ ἀδιαλείπτως, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ τὸ θεῖον, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ὕμνοις καὶ δοξολογίαις καταγεραίρουσι, πῇ μὲν τὰ τῆς γραφῆς δηλονότι ψάλλοντες, πῇ δὲ τοὺς ὕμνους ἐκ τῆς γραφῆς συνάγοντες, εἴτ' οὖν συνῳδὰ ἐκείνῃ φθεγγόμενον· ἀποστολικὸν καὶ προφητικὸν, μᾶλλον δὲ κυριακὸν ἔργον αὐτοὺς πληροῦν ὁμολογοῦμεν.

Ὅθεν καὶ ἡμεῖς παρακλητικὴν, τριῴδιον καὶ μηναῖα ψάλλοντες μηδὲν ἀπᾷδον Χριστιανοῖς ἔργον πληροῦμεν. Πᾶσαι γὰρ αἱ τοιαῦται βίβλοι περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκριμένης θεολογίας [2]) διαλέγονται καὶ ὕμνοις, πῇ μὲν συνηγμένοις ἐκ τῆς θείας γραφῆς, πῇ δὲ κατὰ τὴν χορηγίαν τοῦ πνεύματος, ἵν' ὦσι τοῖς μέλεσιν αἱ λέξεις κατάλληλοι δι' ἑτέ-

monachos cum illis caussam agimus, eosque non modo monachos non esse dicimus, sed neque Christianos. Sin vero gloriam et mirabilia Dei et intenta mente assidue et indesinenter et omni tempore enarrant monachi Deumque pro viribus humanis hymnis et canticis celebrant, nunc quidem scripturae verba psallentes, nunc vero hymnos ex scriptura componentes, sive eidem scripturae consona loquentes; apostolicum et propheticum imo vero dominicum opus eos implere confitemur.

Unde et nos nullum ab Christianis alienum opus facimus, quando Paracleticen, Triodion et Menaea cantamus: quum de conjuncta atque discreta edisserant omnes isti libri theologia. Imo vero per hymnos tum e scriptura quidem desumtos, tum spiritus adminiculo donoque aliis vocibus, quae voces melodiae concinant, quae sunt scripturae, decantamus.

1) Marg. Paris. duas alias lectiones proponit, ἐκστάσει et ἐξετάσει; in quarum neutra acquiesco. Nec enim sacer furor perpetuus potest esse, ἔκστασις igitur male consonat cum adv. quae sequuntur συνεχῶς καὶ ἀδιαλείπτως, nec ἐξέτασις *exploratio*, *disquisitio* cum θαυμασίοις τοῦ Θεοῦ, quae et clara sunt et omnia debent enarrari. Unice probanda est ἔκτασις *virium intentio*, *mentisque attentio*, qua Dei miracula semper debent praedicari. Duo sunt officia in enarrandis mirabilibus: internum unum, ut sit intenta mens; alterum, ut nulla fiat intermissio, quae duo bene inter se possunt conjungi. 2) Marg. Paris. notat: *Ita de Divinitate Graeci loquuntur, eo quod una est trina.* Verb. solemnia ἡν. et διακρ.; illud dicitur de iis, quae trium personarum sunt communia, de communi sanctae trinitatis, ut ait Gennadius p. 7., Conf. orth. p. 71.; διακρ. vero de iis, quibus singulae personae distinguuntur, uti Conf. orth. p. 64. explicata ea esse vides.

ρων λέξεων, τὰ τῆς γραφῆς ᾄδομεν· ἔπειτα ἵν' ὅλως ᾖ κατάδηλον, ὅτι τὰ τῆς γραφῆς ἀεὶ ψάλλομεν, ἐν ἑκάστῳ τῶν ὕμνων λεγομένῳ Τροπαρίῳ στῖχον τῆς γραφῆς ἐπιλέγομεν. Εἰ δὲ καὶ Θηκαρᾶ καὶ ἄλλας τοῖς πάλαι πατράσι πονηθείσας εὐχὰς ψάλλομεν καὶ ἀναγινώσκομεν· εἰπάτωσαν οὗτοι, ποῖον ἐκείνων τὸ βλάσφημον καὶ μὴ εὐσεβὲς, καὶ μετ' ἐκείνων τούτους ἀποδιώξομεν.

Εἰ δὲ καὶ μόνον τοῦτό φασι, τὸ συνεχῶς καὶ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι κακὸν, τί αὐτοῖς καὶ ἡμῖν; Μαχέσθωσαν Χριστῷ — καθάπερ καὶ μάχονται — εἰπόντι [1]) τὴν τοῦ ἀδίκου κριτοῦ παραβολὴν, πρὸς τὸ δεῖν συνεχῶς προσεύχεσθαι, καὶ διδάξαντι ἀγρυπνεῖν καὶ εὔχεσθαι [2]), φυγεῖν τὰ θλιβερὰ καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου [3]). Μαχέσθωσαν Παύλῳ πρώτης πρὸς Θεσσαλον. κεφαλαίῳ [4]) καὶ ἀλλαχοῦ ἐν πολλοῖς. Ἐῶ λέγειν τοὺς θείους

Deinde sacram semper nos canere scripturam, hinc prorsus liquet, quod cuilibet hymnorum modulo versiculum e scriptura subjungamus. Si vero et Thecarae aliasve ab antiquis patribus compositas orationes canimus et legimus; quidnam blasphemiae, quid impietatis habentur in illis, adversarii nostri demonstrent; et una cum ipsis monachos, ipsa canentes, insequemur.

Sin autem hoc solum, quod semper et sine intermissione oramus, ceu malum quid improbant; quid hanc in nos querelam movent? In Christum magis certamen sumant — quemadmodum et sumunt — qui, sine intermissione orandum esse ut probaret, iniqui judicis parabolam proposuit et ad cavendas tentationes vigilandum esse docuit et orandum standumque coram filio hominis. Sumant et cum Paulo, qui tum primae ad Thessalonicenses quinto, tum et alibi passim ad continuam orationem adhortatur. Divinos praetermitto a Chri-

1) Luc. XVIII. 2. 2) Marc. XIII. 33. 3) Luc. XXI. 36. Male interpres Graeca intellexit et copulavit orationis membra. Disjunxit quae mente conjungenda sunt, *ἀγρυπνεῖν τῷ φυγεῖν, εὔχεσθαι τῷ σταθῆναι* respondere ratus. Minime vero *standumque* dicere debebat, quasi Jesus proposuisset similitudinem, ut homines orarent et starent etc. At contra *φυγ.* et *σταθ.* consilium indicant, quo vigilandum et preces faciendae sint, ut non solum pericula evitentur, sed homines digni habeantur, qui coram Christi tribunali stent i. e. absolvantur. Melius B. vers.: ad cavendas tentationes standumque coram — hom. vigilandum esse docuit et orandum. 4) v. 6. et 17.

τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καθηγεμόνος ἀπὸ Χριστοῦ ἄχρις ἡμῶν· ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς πρὸς αἰσχύνειν [1]) τὸ σύντονον τῆς προσευχῆς τῶν τε προπατόρων, ἀποστόλων καὶ προφητῶν.

Εἰ οὖν τὰ τῶν μοναχῶν ἐστὶ τὰ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, δὸς δ᾽ εἰπεῖν καὶ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ τῶν προπατόρων αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· δῆλον ὅτι αἱ τῶν μοναχῶν εὐχαὶ καρποί εἰσι τοῦ τῶν χαρισμάτων δοτῆρος ἁγίου πνεύματος. Ἃ δὲ Καλουῖνοι κεκαινοτομήκασιν ἔν τε τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων βλασφημοῦντες καὶ τὴν θείαν γραφὴν παρεξηγούμενοι [2]), κολοβοῦντες καὶ καθυβρίζοντες· τοῦ διαβόλου εἰσὶ σοφίσματά τε καὶ ἐφευρήματα [3]).

Ἀλυσιτιλὲς δὲ καὶ τὸ· ἀδύνατον τῇ ἐκκλησίᾳ, βρωμάτων τινῶν ἀποχὰς καὶ νηστείας διατάττειν ἄνευ βίας καὶ τυραννίδος. Ἡ γὰρ ἐκκλησία πρὸς νέκρωσιν τῆς

sto ad nos usque Catholicae ecclesiae praepositos: satis enim superque concors proavorum [1]), apostolorum ac prophetarum de oratione sententia haereticos pudore suffundit.

Porro si quae fecerunt apostoli, quae prophetae, imo — dicere liceat [2]) — et quae sancti patres atque ipsius Christi progenitores [3]); haec ipsa faciunt et monachi: utique donorum largitoris spiritus sancti fructus esse orationes monachorum manifestum est. Quas vero novitates induxere Calvinistae, tum circa Deum resque divinas blasphemando, quum scripturam sacram perperam interpretando, decurtando et injuriose tractando; diaboli sophismata esse dicimus et inventa.

Neque minus inepte garriunt, non posse ecclesiam absque violentia et tyrannide ab quibusdam cibis abstinentiam et jejunia constituere. Enimvero recte admodum ad

---

1) Constantem hanc librorum lectionem ut expellerem, me Paris. edit. margo non potuit impellere. Conjectura enim *αἰσχύνην* non elegantia quidem vacat, nec vero vulgatam falsam esse arguit et a dat. *αὐτοῖς* non multum adjuvatur. Exspectassem certe *πρ. αἰσχ. αὐτῶν*. Ita verba se habent in loco simillimo Conf. Orth. I. 25. p. 89. *διὰ αἰσχύνην διαβόλου ob infamiam diaboli*, i. e. ut diabolus inde reportaret] infamiam. Verbum vero *αἰσχύνειν* esse *pudore aliquem afficere* non est quod moneam. Dativus ita non ineptus videtur: *sufficit ipsis*, certe debebat illis sufficere, ut pudore afficeret antiquorum summa consensio. 2) Hic recepi Paris. marg. lectionem, Vulg. *παρεξηγοῦντες* aspernatus, quum hoc verbum: *ita interpretari, ut verum praetermittatur*, non legatur nisi in forma media. 3) B. *ἐφευρέματα*.

1) B. Patriarcharum. 2) B. omisit. 3) B. Patriarchae.

σαρκὸς καὶ ὅλως τῶν παθῶν, μάλα καλῶς ποιοῦσα, διατάττει ἐπιμελῶς [1]) τὴν προσευχὴν καὶ τὴν νηστείαν, ἧς ἐρασταὶ καὶ τύποι γεγόνασι οἱ ἅγιοι πάντες, δι' ὧν - τῇ ἄνωθεν χάριτι καθαιρόμενος ὁ ἀντίδικος ἡμῖν διάβολος σὺν τοῖς στρατεύμασι καὶ ταῖς δυνάμεσι αὐτοῦ [2]) — ῥαδίως τελειοῦται ὁ προκείμενος τοῖς εὐσεβέσι δρόμος. Ταῦτα οὖν σκεπτομένη ἡ ἄσπιλος ἁπανταχοῦ ἐκκλησία οὐ βιάζει, οὐδὲ τυραννεῖ· ἀλλὰ παρακαλεῖ, νουθετεῖ, διδάσκει τὰ τῆς γραφῆς καὶ πείθει τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος.

Προστίθησι δὲ τοῖς εἰρημένοις καί τις ἀνθρωπίσκος ὁ ἐν Καρεντονίᾳ προειρημένος, φαμὲν, Κλαύδιος καὶ ἕτερά τινα καθ' ἡμῶν γελοῖα καὶ μηδενὸς λόγου ἄξια· ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τὰ εἰρημένα αὐτῷ μύθους ἡγούμεθα καὶ τοῦτον αὐτὸν τερατοποιὸν καὶ πάντῃ ἀμαθῆ γνωρίζομεν. Καὶ μετὰ Φώτιον γὰρ μύριοι ὅσοι καὶ γεγόνασι καί εἰσιν ἐπὶ σοφίᾳ καὶ θεολογίᾳ καὶ ἁγιότητι παρὰ τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ διαφέροντες τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος.

Γελοιότατον δὲ καὶ τὸ· διὰ τὸ ἔχειν τινὰς τῶν ἀνα-

carnis et passionum prorsus [1]) mortificationem orationem et jejunia, quorum amantes ac exempla exstitere sancti omnes, sollicite praecipit: quibus, ac coelestis ope gratiae dejecto cum exercitibus et virtutibus suis adversante nobis diabolo, propositum sibi cursum perquam facile fideles absolvunt. Hunc igitur quum inculpata ubique ecclesia spectat, vim nullam, nullam adhibet tyrannidem, sed hortatur, sed admonet, sed ea, quae scripturae sunt, edocet, illaque sancti spiritus operante virtute persuadet.

His et nonnulla adversum nos ridicula penitusque contemnenda homuncio quidam apud Carentonium Claudius nomine, uti diximus, adjicit. Sed et inter fabulas, quaecunque dixit ille, recensemus, ipsumque circulatorem ac funditus illiteratum agnoscimus. Etenim etiam post Photium quam plurimi apud Orientalem ecclesiam exstiterunt et sunt per virtutem spiritus sancti sapientia, theologia et sanctitate praestantes.

Ineptissimam pariter adversarii nostri premunt ar-

1) B. hic male posuit mediam intercisionem. 2) Haec verba in parenthesi posui, ne casus absolutus (ὁ διάβολος) structuram interrumperet. Ita verto: *quibus*, oratione et jejunio — etiamsi qui coelesti gratia destitutus est diabolus cum suis copiis et viribus nobis adversatur — facile perficitur, qui piis propositus est, cursus.

1) B. omnium pariter.

τολικῶν ἱερέων τὸν ἅγιον ἄρτον ἐν σκεύεσι ξυλίνοις, ἔσω που τοῦ ναοῦ, ἔξω τοῦ βήματος [1]) ἔν τινι τῶν κιόνων κρεμάμενον, μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς τὴν πραγματικὴν καὶ ἀληθῆ μεταβολὴν τοῦ ἄρτου εἰς τὸ σῶμα τοῦ κυρίου. Ὅτι μὲν γάρ τινες τῶν πτωχῶν ἱερέων ἔχουσι τὸ δεσποτικὸν σῶμα ἐν σκεύεσι ξυλίνοις, οὐκ ἀρνούμεθα· καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ὑπὸ λίθων καὶ μαρμάρων τιμᾶται, ἀλλὰ διάνοιαν ὑγιῆ καὶ καρδίαν καθαρὰν αἰτεῖ παρ' ἡμῶν.

Τοῦτο καὶ Παύλῳ συμβέβηκεν· ἔχομεν γάρ φησι [2]) τὸν θησαυρὸν ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν. Ὅπου δ' αἱ κατὰ μέρος ἐκκλησίαι δύνανται, ὥσπερ τυχὸν παρ' ἡμῖν ἐν Ἱεροσολύμοις, ἔνδον τοῦ ἁγίου βήματος ἑκάστου τῶν ναῶν τὸ δεσποτικὸν σῶμα τιμᾶται καὶ φωταγωγεῖται ἀείποτε ἑπταφώτῳ κανδήλῃ.

Ἐπειδὴ δέ μοι θαυμάζειν, πῶς τὸ δεσποτικόν σῶμα

